M. 498.

EXPERIMENTARIVS MEDICINÆ.

CONTINENS

TROTVLAE curandarum Ægritudinum Muliebrium, ante, in, & post partum LIB. unicum, nusquàm antea editum. Quo fœminei sexus accidentes morbi & passiones. Infantum & puerorum à partu cura, Nutricis delectus, ac reliqua iisce adnata. Dispositiones utriusque Sexui contingentes. Experimenta denique uariarum Ægritudinum: cum quibusdam medicamentis decorationi Corporis inseruientia, edocentur.

OCT. Horatiani, De Curationibus omnium fermè Morborum Homini accidentium. De acutis & chronicis passionibus. De Mulierum accidentibus: & curis eorundem. Deque physica scientia EXPERIMENTORVM Libros Quatuor.

LIB. item Quatuor Hildegardis, De Elementorum, Fluminum aliquot Germaniæ, Metallorum, Leguminum, Fruticum, Herbarum, Arborum, Arbustorum, Piscium, Volatilium, & Animantium terræ naturis & operationibus.

ORIBASII de Simplicium, quæ Medicis præcipuè in usu sunt, uirtutibus LIB. Quinquè.

THEODORI Dietam: quibusnam uel salubriter utendum, uel cautius abstinendum. Hippocratis item breuissimam, per singulos Anni Menses.

ESCVLAPII De Morborum, Infirmitatum, Corporisquè accidentium origine, caussis, descriptionibus & cura LIB. unum utilissimum.

Cum CAES. Maiest. Priuilegio ad Quinquennium.

ARGENT. apud Ioannem Schottum, Anno Christi M. D. XLIIII.

EXPERIMEN TARIVS ME DICINÆ.

CONTINENS

TROTVLAE curandarum Ægritudinum Muliebrium, ante, in, & post partum LIB. unicum, nusquàm antea editum. Quo fœminei sexus accidentes morbi & passiones. Infantum & puerorum à partu cura, Nutricis delectus, ac reliqua iisce adnata. Dispositiones utriusq; Sexui contingentes. Experimenta denique uariarum Ægritudinum: cum quibusdam medicamentis decorationi Corporis inseruientia, edocentur.

OCT. Horatiani, De Curationibus omnium fermè Morborum Homini accidentium. De acutis & chronicis passionibus. De Mulierum accidentibus: & curis eorundem. Deq; physica scientia EXPERIMENTORVM Libros Quatuor.

LIB. item Quatuor Hildegardis, De Elementorum, Fluminum aliquot Germaniæ, Metallorum, Leguminum, Fruticum, Herbarum, Arborum, Arbustorum, Piscium, Volatilium, & Animantium terræ naturis & operationibus.

ORIBASII de Simplicium, quæ Medicis præcipuè in usu sunt, uirtutibus LIB. Quinque.

THEODORI Dietam: quibusnam uel salubriter utendum, uel cautius abstinendum. Hippocratis item breuissimam, per singulos Anni Menses.

ESCVLAPII De Morborum, Infirmitatum, Corporisquè accidentium origine, causis, descriptionibus & cura LIB. unum utilißimum.

Cum CAES. Maiest. Priuilegio ad Quinquennium.

ARGENT. apud Ioannem Schottum.
Anno Christi M. D. XLIIII.

M. 498.

EXPERIMENTARIVS MEDICINÆ.

CONTINENS

TROTVLAE curandarum Ægritudinum Muliebrium, ante, in, & post partum LIB. unicum, nusquàm antea editum. Quo fœminei sexus accidentes morbi & passiones. Infantum & puerorum à partu cura, Nutricis delectus, ac reliqua ijsce adnata. Dispositiones utriusque Sexui contingentes. Experimenta deniquè uariarum Ægritudinum: cum quibusdam medicamentis decorationi Corporis inseruientia, edocentur.

OCT. Horatiani, De Curationibus omnium fermè Morborum Homini accidentium. De acutis & chronicis passionibus. De Mulierum accidentibus: & curis eorundem. Deque physica scientia EXPERIMENTORVM Libros Quatuor.

LIB. item Quatuor Hildegardis, De Elementorum, Fluminum aliquot Germaniæ, Metallorum, Leguminum, Fruticum, Herbarum, Arborum, Arbustorum, Piscium, Volatilium, & Animantium terræ naturis & operationibus.

ORIBASII de Simplicium, quæ Medicis præcipuè in usu sunt, uirtutibus LIB. Quinque.

THEODORI Dietam: quibusnam uel salubriter utendum, uel cautius abstinendum, Hippocratis item breuissimam, per singulos Anni Menses.

ESCVLAPII De Morborum, Infirmitatum, Corporisquè accidentium origine, causis, descriptionibus & cura LIB. unum utilissimum.

Cum CAES. Maiest. Priuilegio ad Quinquennium.

ARGENT. apud Ioannem Schottum.
Anno Christi M. D. XLIIII.

M. 498.

EXPERIMENTARIVS MEDICINÆ.

CONTINENS

TROTVLAE curandarum Ægritudinum Muliebrium, ante, in, & post partum LIB. unicum, nusquàm antea editum. Quo fœminei sexus accidentes morbi & paßiones. Infantum & puerorum à partu cura, Nutricis delectus, ac reliqua ijsce adnata. Dispositiones utriq; Sexui contingentes. Experimenta deniquè uariarum Ægritudinum: cum quibusdam medicamentis decorationi Corporis inseruientia, edocentur.

OCT. Horatiani, De Curationibus omnium fermè Morborum Homini accidentium. De acutis & chronicis paßionibus. De Mulierum accidentibus: & curis eorundem, Deq; physica scientia EXPERIMENTORVM Libros Quatuor.

LIB. item Quatuor Hildegardis, De Elementorum, Fluminum aliquot Germaniæ, Metallorum, Leguminum, Fruticum, Herbarum, Arborum, Arbustorum, Piscium, Volatilium, & Animantium terræ naturis & operationibus.

ORIBASII de Simplicium, quæ Medicis præcipuè in usu sunt, uirtutibus LIB. Quinquè.

THEODORI Dietam: quibusnam uel salubriter utendum, uel cautius abstinendum. Hippocratis item breuißimam, per singulos Anni Menses.

ESCVLAPII De Morborum, Infirmitatum, Corporisquè accidentium origine, causis, descriptionibus & cura LIB. unum utilißimum.

Cum CAES. Maiest. Priuilegio ad Quinquennium.

ARGENT. apud Ioannem Schottum.
Anno Christi M. D. XLIIII.

EXPERIMENTARIVS MEDICINÆ.

CONTINENS

TROTVLAE curandarum Ægritudinum Muliebrium, ante, in, & post partum LIB. unicum, nusquam antea editum. Quo fœminei sexus accidentes morbi & passiones. Infantum & puerorum à partu cura, Nutricis delectus, ac reliqua ijsce adnata. Dispositiones utriusque Sexui contingentes. Experimenta denique uariarum Ægritudinum: cum quibusdam medicamentis decorationi Corporis inseruientia, edocentur.

OCT. Horatiani, De Curationibus omnium fermè Morborum Homini accidentium. De acutis & chronicis passionibus, De Mulierum accidentibus: & curis eorundem. Deque physica scientia EXPERIMENTORVM Libros Quatuor.

LIB. item Quatuor Hildegardis, De Elementorum, Fluminum aliquot Germaniæ, Metallorum, Leguminum, Fruticum, Herbarum, Arborum, Arbustorum, Piscium, Volatilium, & Animantium terræ naturis & operationibus.

ORIBASII de Simplicium, quæ Medicis præcipuè in usu sunt, uirtutibus LIB. Quinque.

THEODORI Dietam: quibusnam uel salubriter utendum, uel cautius abstinendum. Hippocratis item breuissimam, per singulos Anni Menses.

ESCVLAPII De Morborum, Infirmitatum, Corporisquè accidentium origine, causis, descriptionibus & cura LIB. unum utilissimum.

☞ Cum CAES. Maiest. Priuilegio ad Quinquennium.

ARGENT. apud Ioannem Schottum,
Anno Christi M. D. XLIIII.

EXPERIMENTARIUS MEDICINÆ.

CONTINENS

TROTULAE curandarum Ægritudinum Muliebrium, ante, in, & post partum LIB. unicum, nusquàm antea editum. Quo fœminei sexus accidentes morbi & passiones. Infantum & puerorum à partu cura, Nutricis delectus, ac reliqua ijsce adnata. Dispositiones utriq; Sexui contingentes. Experimenta deniquè uariarum Ægritudinum: cum quibusdam medicamentis decorationi Corporis inseruientia, edocentur.

OCT. Horatiani, De Curationibus omnium fermè Morborum Homini accidentium. De acutis & chronicis passionibus. De Mulierum accidentibus: & curis eorundem. Deq; physica scientia EXPERIMENTORUM Libros Quatuor.

LIB. item Quatuor Hildegardis, De Elementorum, Fluminum aliquot Germaniæ, Metallorum, Leguminum, Fruticum, Herbarum, Arborum, Arbustorum, Piscium, Volatilium, & Animantium terræ naturis & operationibus.

ORIBASII de Simplicium, quæ Medicis præcipuè in usu sunt, uirtutibus LIB. Quinquè.

THEODORI Dietam: quibusnam uel salubriter utendum, uel cautius abstinendum. Hippocratis item breuissimam, per singulos Anni Menses.

ESCULAPII De Morborum, Infirmitatum, Corporisquè accidentium origine, caussis, descriptionibus & cura LIB. unum utilissimum.

Cum CAES. Maiest. Priuilegio ad Quinquennium.

ARGENT. apud Ioannem Schottum.
Anno Christi M. D. XLIIII.

N. 498.

EXPERIMENTARIUS MEDICINÆ.

CONTINENS

TROTVLAE curandarum Ægritudinum Muliebrium, ante, in, & post partum LIB. unicum, nusquàm antea editum. Quo fœminei sexus accidentes morbi & paßiones. Infantum & puerorum à partu cura, Nutricis delectus, ac reliqua ijsce adnata. Dispositiones utriusq; Sexui contingentes. Experimenta denique uariarum Ægritudinum: cum quibusdam medicamentis de corationi Corporis inseruientia, edocentur.

OCT. Horatiani, De Curationibus omnium fermè Morborum Homini accidentium. De acutis & chronicis paßionibus. De Mulierum accidentibus: & curis eorundem. Deq; physica scientia EXPERIMENTORVM Libros Quatuor.

LIB. item Quatuor Hildegardis, De Elementorum, Fluminum aliquot Germaniæ, Metallorum, Leguminum, Fruticum, Herbarum, Arborum, Arbustorum, Piscium, Volatilium, & Animantium terræ naturis & operationibus.

ORIBASII de Simplicium, quæ Medicis præcipuè in usu sunt, uirtutibus LIB. Quinquè.

THEODORI Dietam: quibusnam uel salubriter utendum, uel cautius abstinendum. Hippocratis item breuißimam, per singulos Anni Menses.

ESCVLAPII De Morborum, Infirmitatum, Corporisquè accidentium origine, causis, descriptionibus & cura LIB. unum utilißimum.

Cum CAES. Maiest. Priuilegio ad Quinquennium.

ARGENT. apud Ioannem Schottum.
Anno Christi M. D. XLIIII.

M. 498.

EXPERIMENTARIVS MEDICINÆ.

CONTINENS

TROTVLAE curandarum Ægritudinum Muliebrium, ante, in, & post partum LIB. unicum, nusquàm antea editum. Quo fœminei sexus accidentes morbi & passiones. Infantum & puerorum à partu cura, Nutricis delectus, ac reliqua ijsce adnata. Dispositiones utriusque Sexui contingentes. Experimenta denique uariarum Ægritudinum: cum quibusdam medicamentis decorationi Corporis inseruientia, edocentur.

OCT. Horatiani, De Curationibus omnium fermè Morborum Homini accidentium. De acutis & chronicis passionibus. De Mulierum accidentibus: & curis eorundem. Deque physica scientia EXPERIMENTORVM Libros Quatuor.

LIB. item Quatuor Hildegardis, De Elementorum, Fluminum aliquot Germaniæ, Metallorum, Leguminum, Fruticum, Herbarum, Arborum, Arbustorum, Piscium, Volatilium, & Animantium terræ naturis & operationibus.

ORIBASII de Simplicium, quæ Medicis præcipuè in usu sunt, uirtutibus LIB. Quinque.

THEODORI Dietam: quibusnam uel salubriter utendum, uel cautius abstinendum. Hippocratis item breuissimam, per singulos Anni Menses.

ESCVLAPII De Morborum, Infirmitatum, Corporisque accidentium origine, causis, descriptionibus & cura LIB. unum utilissimum.

Cum CAES. Maiest. Priuilegio ad Quinquennium.

ARGENT. apud Ioannem Schottum, Anno Christi M. D. XLIIII.

Io. Schottus ad LECTOREM.

Incidimus casu in obesum uetustate, & quadam carie deprauatum TROTVLAE Exemplar: quod quia omnium utilitati, humanæ præcipuum genituræ & educationi plurimum inseruire uidebatur, opera doctissimi D. Georgij Kraut, Nemetensium archiatri, in hoc edendo usi sumus. Is (ut est uir omnifariam & humanus, & rei Medicæ peritissimus) è situ id uindicauit, publico usui exponens. Cui Posteritas multa debet. Quæ uerò hęc fuerit TROTVLA, certè non uulgaris, quinimò multæ peritiæ & eruditionis fœmina, ut ex .xx. capite libri huius uidere licet. Adiecta sunt autem, quæ superiori coronide Titulus Voluminis fronte ipsa profert, Liber totus ut est plurium, ita & uarietate, & mirabili EXPERIMENTORVM catalogo cōadunatus: ut præterea desyderari nihil posit, quod saltem rei ipsi non satisfaciat. Non hic rhetoricismo, aut elegantiæ, imò plus Experimentis ipsis Lector candidus fidem tribuat: non incertis argutulorum ambagibus, quin potius ueritati probatæ inhærens: atq; eo tutius proficiet. Absit autem iniuria à Medicinæ professoribus primarijs. Circulatorum interim & agirtarum imposturas damnantes, medio mariuela hic pandimus, autori DEO opt. max. gloriam subscribentes: à quo, & in quo solo tota omnium nostrum salus pendet. VALE.

In TROTVLAE Librum de Passionibus Mulierum, PROLOGVS.

QVVM Autor Vniuersitatis DEVS, in prima mundi cōstitutione,
rerum naturas singulas, iuxta genus suum distingueret, Naturam Humanam su
pra cæteras creaturas, singulari dignitate condidit. Huic enim supra aliorum ani
malium conditionem, Rationis & Intellectus libertatem dedit. Propterea uolēs
eius generationem perpetuò subsistere, in sexu dispari, Masculum, et Fœminam Hominis excellentia.
creauit: ut eorum fœcunda propagatione, nunquàm desineret emergere futura
soboles. Quorum quidèm Complexiones, grata quadam commixtione contem
perans, naturam Masculi calidam & siccam, Fœmellæ uerò frigidam & humi-
dam constituit: qua cuiusqꝫ alterius Complexionis excessus, mutua Qualitatum
contrariarum repugnantia cöerceretur: adeò, ut uiri cōstitutio calida & sicca, mu
lieris frigiditatem & humiditatem: & econtra huius nantra frigida & humida, il-
lius complexionem calidam & siccam remulceret. Similiter ut masculus qualita-
te fortiori dignus, in Mulierem tanquàm in agrum semen effunderet, & mulier
qualitate debiliore prędita, tanquàm uiri officio subdita, semen effusum in gremi-
um Naturæ susciperet. Quoniam ergò, Mulieres natura sunt Viris debiliores,
hinc est, quòd in eis sæpius abundant ægritudines, maximè circa membra operi
Naturæ debita. Quæ cùm in loco secretiori accidant, ipsæ propter uerecundiam,
& conditionis fragilitatem, non audent angustias suarum ægritudinum Medi
co reuelare. Quapropter ego, miseranda illarum calamitate, præsertim cuiusdam
matronæ instigatione compulsa, incæpi diligentius contemplari, de Ægritudini
bus, quibus fœmininus sexus sepissimè molestatur. Cùm itaquè in mulieribus Cur Trotula librum hunc scripserit.
non tantus abundet calor, qui prauos & superfluos, qui in eis quotidiè congre-
gantur, sufficiat consumere humores, nec tantùm laborem ualeat earum debili-
tas tolerare, ut sudorem possit ad exteriora illos Natura expellere, sicut in uiris:
ideò ipsa Natura, propter defectum caloris, eis præcipuam quandam purgatio-
nem destinauit, scilicet Menstrua, quæ Vulgus Flores appellat. Nam sicut Ar- Flores.
bores non producunt sine floribus fructus, sic mulieres sine proprijs floribus, cō
ceptionis officio defraudantur. Hæc autem purgatio contingit Mulieribus, sicut
de nocte uiris Pollutio. Semper enim Natura grauata quibusdam humoribus,
siue in uiris, siue in mulieribus, iugum suum nititur deponere, & laborem minue
re. Solet præterea huiusmodi purgatio mulieribus contingere circa decimumter
tium, uel quartumdecimum añum, uel paulò citius, uel paulò tardius, secundùm Menstruorū tempus.
quòd in eis magis, uel minus abundat caliditas uel frigiditas. Durat autem usqꝫ
ad Quinquagesimum annum, si est macra: quandoqꝫ usqꝫ ad sexagesimum, aut se
xagesimumquintum, si est humida: in mediocriter pinguibus, usqꝫ ad Quadrage
simumquintū. Si aūt debito tempore & ordine cōtigerit talis purgatio, exonerat
se cōpetenter Natura à superfluis humoribus. Si uerò Mēstrua plus, uel minus
exierint quàm debent, plures ægritudines inde emergunt. Quoniā inde minora
tur appetitus tàm cibi, quàm potus. Quandoqꝫ fit Vomitus: & quandoqꝫ appe- Menstruorum inęqualium ægritudines.
tunt terram, carbones, cretam, & similia. Quandoqꝫ ex eadem causa dolor senti-
tur circa collum, dorsum, & in capite. Quandoqꝫ adest febris acuta, cordis mor
sus, hydropisis, uel dysenteria. Hæc autem contingunt, uel quia tempore longo
deficiunt menstrua: uel quia prorsus non habēt: unde non solùm hydropisis, uel
dysenteria, uel morsus cordis accidunt, sed & aliæ peiores ęgritudines. Aliquan
do enim accidit diarrhia, propter nimiam frigiditatem Matricis: uel quia uenæ ei
us sunt multum graciles. ut in extenuatis mulieribus. Quia tunc humores spissi
& superflui, non habent liberos meatus, per quos possint erumpere: uel quia hu

 mores

mores sunt spissi & uiscosi, ideò propter conglutinationem, eorum exitus impeditur: uel quia deliciosè comedunt: uel quia ex aliquo labore multum sudant. Sicut testatur Galenus. Mulier quæ se non exercet multũ, necesse est, quòd abundet in multis menstruis, ad hoc ut sana existat. Aliquando Mulieribus deficiunt Menstrua, quia in corpore earum cöagulatus est sanguis: uel quia sanguis per alia loca emittitur, ut per os, aut per nares, per sputum, aut hæmorrhoides. Aliquando deficiunt Menstrua ex nimio dolore, uel ira, uel motu, uel timore. Si aut em diu cessauerint, suspicationem grauis ægritudinis futuræ arguunt. Nam urina eorum uertitur in ruborem, uel in colorem loturæ carnis recentis: quandoq; in uiriditatem, uel liuiditatem, aut in colorem, qualis est color graminis, facies earum mutatur.



TROTVLAE De Mulierum Passionibus, ante, in, & post partum, cum reliquis partim item inseruientibus LIBER experimentalis mirificus.

De Retentione Menstruorum. CAP. I.



A SI igitur deficiant Menstrua, et mulier sit corpore extenuata, tunc phlobotometur ei uena quæ est sub cauilla pedis interius, quæ dicitur Saphena, primo die de uno pede, sequenti die de altero: & extrahatur sanguis secundùm quòd uirtus expostulauerit. Quia in omni ægritudine generaliter cauendum & respiciendum est, ut non nimis debilitetur ægrotans. Refert enim Galenus de quadam muliere, cui defecerant menstrua per nouem menses, & in toto corpore constricta fuerat & extenuata, cui etiam penitus defecerat comedendi appetitus: unde ipse extrahebat ei sanguinem de prędicta uena per tres dies, de uno pede primo die lib. i. secundo die lib. i. de altero pede, tertio die de primo pede iterum unc. viij. & ita in breui spacio rediјt color & calor uiuificus, cum debita totius corporis habitudine.

Cùm autem uenter fuerit constipatus, sicuti frequentissimè restrictis menstruis accidit, tunc accipe pilulas de quadam medicina competenti, & acue eas prout ipsum acumen poterit sustinere: & ei tribue. Postea phlobotometur de Saphena. Deinde balneetur: & post balneum bibat de calamento, uel de nepita, uel mentha coctis cum melle: ita tamen, ut septem partes sint aquæ, & nouem mellis. Et sæpè balneum est intrandum. Et post balneum bibat de Dyatesseron, cum decoctione mellis & aquæ. Conferunt etiam omnia diuretica. ut feniculus, spica, apium, ciminum, ameos, carui, petroselinum, & similia. Hæ omnes herbæ, uel singulæ, in uino coctæ, uel cum melle, & potatæ conferunt. Galenus sic docet. Artemisia trita cum uino, uel in eo cocta, & potata, multum confert. In balneo nõ modicum iuuat, si bibatur nepita, uel in ipso balneo coquatur: uel uiridis trita ligetur super uentrem, uel sub umbilico, uel super umbilicum. Vel decoquatur in olla, & mulier supponat sellam perforatam, & desuper sedeat cöoperta undiq;, & per calamum, uel embotum fumus exeat: ut is introceptus, penetret ad matricem. Valet etiam Artemisia cum his herbis, admixta tapsia, siselcos, saluia, origanum,

num,ciminum,ameos,ſauina,meliſſa,pulegium,anetum,betonica,aniſum,ſatu-
reia,leuiſticum:quæ omnes,uel quædam ex eis decoquantur in aqua;& imple-
atur ſacculus unus lana minutiſsimè carpinata,ut ſit in modum puluinaris;& in-
tingatur in illa aqua,& calidus uentri apponatur:& hoc fiat frequenter.
Item Puluis optimus ad prouocanda Menſtrua. Recipe flammulæ,cicutæ,ca
ſtorei,artemiſiæ,centonicæ,myrrhæ,centaureæ,ſaluiæ ana,fiat puluis,& detur
drac.1.cum aqua decoctionis ſauinæ & myrrhæ:& in balneo bibat,& detur una
uice ſcrup.1. Si autem Matrix indurauerit,adeò,ut iſtis adiutorijs non poſsint
educi menſtrua,Recipe fel Tauri,aut aliud fel,& puluerem nitri,& cum ſucco
apij,uel hyſſopi miſceantur:& intingatur ibi lana carpinata:& poſt prematur ut
ſit dura,rigida,& longa,ut in uuluam poſsit inmitti:& intromittatur. Aut fiat ali
ud peſſarium in modum uirgæ uirilis:& ſit concauum;ibiq; imponatur medici-
na,& iniſciatur.

Menſtruorum prouocatio.



De paucitate MENSTRVORVM. CAPVT II.

Mulieres autem quædam ſunt,quæ cùm ueniunt ad tempus A
Menſtruorum,nulla,uel modica habent. Quibus ſic ſubuenias.
Accipe radices ſalicis rubeas,de quibus ligantur dolia,& benè
ab exteriori cortice munda:& piſta:& eas piſtatas cum uino,uel aqua,decoquen
do diſtempera,& manè de iſta coctione da ad potandum hauſtum tepidum. Si
uerò grauius laborat,tunc dabis ei cibum iſtiuſmodi factum. Rubeam ma-
iorem,& Maluam teras:& cum farina hordei,& albumine ouorum miſce:& in-
de fac criſpellas. Valent etiam huiuſmodi herbæ ſuffumigatæ ad prouocanda
menſtrua. Vel ad idē accipe Verbenam,Rutam,& piſta fortiter,& coque cum
larido:& da patienti ad comedendum. Poſtea radicem ſalicis ſubtilis,& radicem
Rubeæ maioris tere,& da ſuccum patienti cum uino. Mulieres item ſi pauca ha-
bent Menſtrua,& cum dolore ea emittunt,Recipe Betonicæ,pulegij,centoni-
cæ,artemiſiæ ana M.1.decoquantur in aqua,uel uino uſq; ad conſumptionem du
arum partium. Poſtea fiat colatura per pannum,& bibatur cum ſucco fumiter-
ræ. Si uerò diu defecerint Menſtrua,Recipe Rheupontici drac.ij. artemiſiæ ſic-
cæ,piperis ana drac.1.& fiat inde puluis:de quo bibat mane & ſero per tres dies:
& coöperiat ſe,ita ut ſudet. Item Recipe menthæ,pulegij,rutæ ana M.1.ſalis gem
mæ,drac.iiij. plantæ caulis rubeæ M.5.& tria capita porrorum. Hæc omnia co-
quantur ſimul in olla rudi:& bibat in balneo. Aliud. Recipe radicem ireos,leui-
ſticum,herbam nepitam,coloquintidam,fœniculum,rutam:coquantur in uino,
& illud uinum potui detur. Vel decoquantur in uino,ſauina,apium,fœniculus,
petroſelinum,leuiſticum,nepita:& bibatur. Item Recipe tanacetum,triſolium,
artemiſiam;frixa cum butyro,& pone ſuper umbilicum.

Menſtrua prouocare.

Medicus quidam in regione Franciæ ſic fecit. Recipe zinziber,folia Lauri,
& ſauinam:trita ſimul in olla rudi,ponantur ſuper carbones uiuos in ſede perfo-
rata,& deſuper ſedeat mulier,& fumum recipiat per inferiora:& ſic menſtrua re
dibunt. ſiat ter,uel quater,uel pluries. Mulier autem quæ huiuſmodi fomēta fre-
quentat,uuluam ſuam abintra inungat unguentis frigidis;ne nimis calefiat.
Valet etiam ad prædicta fumigatio de cimino,feniculo,Aneto,calamento,
mentha,urtica,omnibus ſimul commixtis,uel ſimplicibus. Valet ad idem ſcarifi-
catio:& ſimiliter coitus. Nocet autem minutio facta in manu. Comedat ſi ſit ſine
febre,portos,cepas,piper,allia,ciminum,piſces ſquamoſos:& uinum forte bi-
bat,ſi ſit ſine dolore capitis,& ſine defectione neruorum,& ſine febre. quia in om

 niſe-

ni febre nocet uinum.

De nimio FLVXV menstruorum.

CAPVT III.



SVNT & aliæ Mulieres prædictis contrariæ: quæ habent menstrua inordinatè fluentia: quibus hoc modo succurras. Accipe soleas ueteres, & puluerisa: & folia Lauri fac decoqui: & his decoctis, fiat suffumigium. Vel accipe cineres calidos, & misce cum uino rubeo calido, & confice in modum pastæ: & malaxa, & inde accipe ad modum cunei mediocris, & inuolutum panno lineo nouo impone adhuc tepidum. Vel accipe Saluiam, & camphoram: pista fortiter, & fac crispellas cum uino, & coque super tegula: & da patienti ad constringenda menstrua. Postea accipe semen Vrticæ, & cornu cerui, & da patienti puluerem inde factum, ad bibendum cum uino. Restringit etiam hoc aliud remedium, quod sic fit. Accipe cornu cerui puluerisatum cum cinere urticæ mortuæ, & distempera cum aqua pluuiali: & da bibere, non omittendo prædictum suffumigium: quod confortat Matrices frigidas. Confortantur etiam isto fumigio. Recipe Spicę Nardi, carioph. nuces muscatæ ana, puluerisata proijciantur super prunas. Valent & cæteræ purgationes quas diximus.

Causæ nimij fluxus Menstruorum.

Abundant quoquè Menstrua præter naturam. Quod contingit, quia uenæ matricis sunt amplæ, & apertæ. Vel quia quandoq; crepantur, & fluit inde sanguis in multa quantitate: & apparet sanguis fluens rubeus, & clarus. Quia ex multitudine cibi & potus, generatus est sanguis multus, qui cùm non possit intra uasa contineri, prorumpit extra. Vel contingit quandoq; propter nimiam sanguinis calefactionem, ex cholera redundante ex felle, quæ facit sanguinem ebullire: adeò, ut non possit in uenis contineri. Vel quia phlegma salsum admiscetur sanguini, & ipsum attenuat, & à uenis facit prorumpere extra. Si sanguis, qui egreditur, sit citrinus, aut uergat ad citrinitatem, ex cholera contingit. Si ad albedinem, ex phlegmate. Si ad ruborem, ex sanguine. Huiusmodi ægritudines emergunt, propter humores interius corruptos: quam corruptionem natura dedignatur sustinere. Quandoquè contingit propter diabrosim: ex qua sæpissimè sequitur mors.

Discoloratio mulieris

His de causis mulier discoloratur, & macrescit: & si diu durauerit, in hydropisim de facili conuertitur. Epatis enim substantia infrigidatur propter subtractionem sanguinis, per quem deberent membra in suo calore naturali conseruari. Vel quandoq; accidit propter defectum caliditatis succositatem digerere nequeuntis, & debito modo humores commutare non ualentis.

Si ergò sanguis est in causa, minuendus est de manu, uel brachio: ut sanguis sursum prouocetur. Sumendum est etiam aliquod leue catharticum. Si cholera sit in causa, quæ à felle redundat, detur trifera Saracenica, & rosata nouella cum succo uiolarum, & scariolæ. Si contingat ex abundantia phlegmatis & choleræ nigræ, detur aliqua hierarum cum aqua calida, uel uino secundùm alios, & bibat. Post purgationem uerò apponenda sunt quædam constrictiua exterius & interius, quæ constringant. Potet ergo aquam in qua coctæ sint cortices mali granati, psidiæ, flores rosarum rubearum, gallæ, nux muscata, folia quercus, bedegar, rubus, agrimonia, plantago. Hæc omnia immixta, uel simplicia iuuant. Post cibum, uel inter cibaria detur eis puluis lapidis hæmatitis cum aqua pluuiali distemperatus ad potandum: uel puluis coralli, & gummi balaustiæ, seminis myrti, portulacæ, boli armeni: & puluis de cornu cerui, plantaginis, centinodij, sanguinis draconis, spodij, seminis citoniorum. Comedat gallinas coctas in pane:

pisces

piſces recentes in aceto coctas, panem hordeaceum. Bibat ptiſanam de Hordeo
factam, in qua primitus coquatur radix plantaginis, & bulliat cum ptiſana, &
melius erit. Poſtea bulliat in aqua marina donec crepat, & corrugetur: & appo-
natur acetum, & coletur per pannum, & detur ad potandum. Bibat etiam uinũ
rubeum cum aqua marina lymphatum. Ponantur quoq; uentoſæ ignitæ inter
mammillas, quæ ſanguinem ſuperius trahant. Inijciatur ſuccus plantaginis per
peſſarium. Valet etiam ſuccus Semperuiuæ, ſi cum uino bibatur albo. Similiter
ſuccus perſicariæ ualet ſuper uentrem linitus. Item accipe duo fruſta laridi lata
cum ſale, & deſuper aſpergatur ſuccus coriandri cum ſemine eius, & puluis ab-
ſinthij, & unum fruſtum ligetur ſuper umbilicum, & alterum ſuper renes. Fi-
ant etiam duo emplaſtra de abſinthio cum axungia, & ligentur ſuper renes, &
uentrem: quibus ſi addantur folia myrti trita, melius erit. Aliud. Accipe teſtas
nucis maioris, & fac puluerem, & da in potu cum aqua marina. Poſtea fac empla
ſtrum de ſtercoribus ouium, uel cati cum axungia, & ſuperponatur
uentri & renibus. Vel fac puluerem de teſtis ouorum, &
da in potu per tres dies cum aqua tepida, quan
rum poteris leuare cum duo-
bus digitis.

De Suffocatione MATRICIS.

CAPVT IIII.



QVandoq; ſuffocatur Matrix: quando uidelicet ſurſum tollitur,
unde prouenit ſubuerſio ſtomachi, & appetitus debilitatio ex de
bilitate cordis. Quandoq; patiũtur ſincopim, & ita euaneſcit pul-
ſus, quòd penitus non ſentitur: ex eadem cauſa. Quandoq; Mulier contrahitur,
ita quòd caput iungitur genubus, & uiſu caret, & uocis officium amittit, naſus
diſtorquetur, labia contrahuntur, & dentes ſtringit, & pectus ſurſum præter ſo-
litum eleuatur. Galenus refert de quadam Muliere, quæ ita patiebatur, & ami-
ſerat pulſum & uocem, & erat quaſi defuncta: quia exterius nullum ſignum ui-
tæ apparebat: ſed tamen circa cor natura adhuc parum caloris retinuerat. Vnde
quidam iudicabant eam mortuam. Galenus uerò lanam benè carpinatam nari-
bus & ori eius appoſuit, cuius motu eam uiuam recognouit. Contingit autem
hoc Mulieribus, quia ſperma nimium corruptum abundat in eis, & in ueneno-
ſam naturam conuertitur. Et præcipuè accidit illis, quæ uiris non utuntur, ma-
ximè uiduis, quæ antea conſueuerunt uti carnali commercio. Virginibus etiam
ſolet euenire, quæ ad annos nubiles peruenerũt, & uiris uti non poſſunt: cùm in
eis maximè abundet ſperma, quod per Maſculum natura uellet educere. Ex
hoc autem ſemine ſuperabundante, & corrupto, quædam fumoſitas frigida diſ-
ſoluitur, & aſcendit ad partes quaſdam, quæ à uulgo Collaterales dicuntur: quia
cordi & pulmoni ſunt uicinæ, & cæteris inſtrumentis uocalibus, unde ſolet fieri Partes Col-
impedimentum uocis. Huiuſmodi morbus ſolet etiam principaliter oriri ex de- laterales.
fectu menſtruorum. Ideò cùm deficiant mẽſtrua, & ſemen ſuperabundet, tantò
moleſtior & prolixior eſt ægritudo, maximè quando partes occupat altiores.
Summum igitur remedium eſt, ut manus & pedes mulieris moderatè fricentur
cum oleo laurino, & naribus applicentur ea, quæ ſunt grauis odoris. ut galbanũ, Cauſa mor-
opoponacum, caſtoreum, pix, lana combuſta, pañus lineus combuſtus, & pellis bi.
combuſta, & aſa fetida. Sed tamen oleis & unguentis, quę ſunt odoris aromatici,

debent uuluæ earum inungi intus & extra: qualia sunt oleum muscellinum, & oleum nardinum, sed super omnia melior est inunctio facta cum zibeto. Hæc enim menstrua attrahunt, & prouocant. Præterea apponantur uentosæ in inguine, & pectine. Item in sero accipiat diaciminum cum succo apij, uel nepitæ, uel cum syrupo de calamento. Vel Recipe castorei, piperis albi, costi, menthæ, apij, ana drac.i. terantur, & distemperentur cum uino albo uel dulci, & da sero drach. iij. Iustianus Medicus, contra hunc morbum præcipit ciminum desiccari, & in potu dari drach.i. uel coclearia duo. Præcepit etiam uulpis priapum, uel caprioli accipi, & inde fieri puluerem, & per pessarium inijci. Ad idem multum ualet radix leuistici cocta & trita cum axungia, & ligata super umbilicum.

De descensu MATRICIS, CAPVT V.



SI contingat post partum Matricem nimis de loco suo descendere inferius, calefiat auena prius humectata, & saccellata apponatur. Mouetur autem quandoque Matrix de loco suo, & quandoque descēdit, & quandoque per uuluam egreditur foras.

Causa morbi. Et hoc contingit propter neruorum remollitionem, & frigidorum humorum abundantiam. Huiusmodi uerò remollitio & infrigidatio contingit ex aëre frigido per orificia matricis subintrante, ut quando mulier detecta se directè opposuerit aëri frigido. Vel si super lapidem frigidum diu sedeat. Quandoquè contingit ex balneo aquæ frigidæ, quia per hoc debilitatur matrix, ideo exit de loco suo.

Cura. Interdum etiam contingit conatum pariendi. Si descendit, & non exit foras, apponenda sunt naribus aromatica, ut balsamus, muscus, ambra, spica, storax, & similia. Sed inferius fumigetur rebus fœtentibus, ut est pannus lineus combustus, & similia. Fomentetur umbilicus, lana, uino & oleo infusa. Si uerò Matrix exierit: distemperētur aromatica cum succo absinthij: & ex eis inungatur uenter cum penna. Postea Recipe Rutæ, castorei, arthemisiæ ana partes æquales, & decoquantur in uino usque ad cōsumptionem duarum partium: deinde da in potu. Sac celletur uenter & umbilicus de frumento cocto. Postea Matrix egressa, manu apposita restituatur usque ad locum suum concussa. Postea Mulier intret aquam, in qua cocta sint balaustiæ, rosæ, cortices mali granati, gallæ, sumach, myrtilli, glandes, folia & cortices quercus, & nuces cupresi, & lenticula. Deinde fiat stupha, quæ multum ualet, quia Galenus præcepit eis facere stupham de buxo posito in olla super carbones uiuos: & Mulier sedeat desuper cooperta, & fumum intra se recipiat. Dieta sit frigida & stiptica sine cimino, pipere, & sine omni acumine. De fructibus comedat coctana, mespila, sorba, mala acria, & similia. Bibat uinum temperatum stipticitate participans.

Experimentum. Experimentum probatissimum ad Matricem egressam. Recipe pulueris de corde cerui, foliorum lauri, ana drach.i. myrrhæ, scrup.i. distemperentur trita cum uino, & dentur potanda: & sic Matrix reuertetur in suum locum.

De mo-

De motu Matricis ex ſuo loco,quæ tamen non eleuatur,neq; deprimitur. CAPVT VI.



Liquando mouetur Matrix de loco ſuo, non tamen ſurſum ele-
natur uerſus ſpiritualia,nec per orificiũ egreditur foras, neq; de-
ſcendit. Cuius ſignum eſt: quòd Mulier ſentit dolorem in ſini-
ſtro latere, menſtruorum retentionem, diſtorſionem membro-
rum,difficultatem mingendi,torſiones,& rugitus uentris. Accipe ergò econtra Cura.
apium,& fœnſigre.& trita cum uino da potui. Aliud. Recipe agaricum, ſemen
plantaginis,atq; ſatureiæ: pulueriza,& da in potu cum uino,uel melle cocto.
Ad hoc ut uulua nõ moueatur de loco ſuo,& ut nulla duticia moleſtetur. Re
cipe medullæ cerui,adipis anſerini,ceræ rubeæ,butyri,ana unc.ij. quibus adden
do fœnumgræcum, ſemen lini: coquantur in aqua ad lentum ignem uſq; ad ple-
nam decoctionem,& inijciatur per peſſarium. Iſtud enim eſt utile contra plures
morbos oris Matricis.



De nimia caliditate Matricis. CAPVT VII.

Ontingit quãdoq; matricem diſtemperari in caliditate, ita quòd
maximus ardor, & calor ibi ſentiatur. Cura hoc modo. Recipe
opij,ſcr.1.adipis anſeris,ſcr.1. ceræ, mellis,ana ſcr.iiij.olei, unc.1.
albumina duorum ouorum,& lac Mulieris: commiſceantur,&
inijciantur per peſſarium.



De Apoſtemate Matricis. CAPVT VIII.

Vandoq; naſcuntur in Matrice inflationes,& apoſtemata diuer
ſi coloris. Si à felle exiens cholera cauſa eſt apoſtematis, tunc fe-
brem habet & cancrum. Si à frigidis humoribus cauſa fuerit: tu-
midum & durum eſt apoſtema,& ſentit Mulier in coxis,anchis,
& tibijs grauedinem cum multo dolore.
Aliquando naſcuntur ibi apoſtemata ex uentoſitate,uel ictu,uel alijs læſioni-
bus. Vel ex eo, quòd nunquàm menſtrua deficiunt. Si naſcuntur in eminentio-
ri,uel anteriori parte Matricis: dolor ſentitur circa uuluam,& inde naſcitur ſtran
guria. Si apoſtema fuerit interius in orificio matricis: dolor ſentitur circa umbili-
cum,& renes. Si in parte poſteriori: dolor ſentitur in dorſo ſub coſtis, & uenter
conſtipatur. Si de ſanguine,uel cholera rubea ſit natum apoſtema: febris adeſt cõ
tinua,uel acuta,ſitis,& dolor nimius. Si ergò ſit de calida cauſa, expedit, ut un-
gantur Muliebria,& trahatur ſanguis à uena quæ cadit ſub pede(ſicut aſſerit Ga
lenus)non de manu. Quia nociuum eſſet in paſsionibus matricis ſurſum trahere
ſanguinem: auferrẽtur enim menſtrua. propterea ab inferiori parte trahatur ſan
guis iuxta uirtutem patientis. Et ſi fortis fuerit Mulier, ut poſsit ſuſtinere: bis in
die minuatur. Poſtea accipiat in potu aquam eorum, quæ mitigant caliditatem.
ut eſt ſuccus Morellæ, Plantaginis, Semperuiuæ, caſſilaginis, mandragoræ,& ſi
milium. Fiat etiam emplaſtrum quod mitiget dolorẽ, & confortet uirtutẽ. ut de
ſucco Portulacę, Semperuiuæ, Pſilij, Plantaginis, Scariolæ,& oleo roſato. Poſt-
ea apponantur maturatiua, ut ſemen lini cum butyro, malua, & fœnugræcum,
cocta cum adipe anſeris,uel gallinæ,albumen oui,melilotũ. De his ſimplicibus,
uel compoſitis fiat peſſarium. Item dicit Galenus, quòd multum prodeſt ſedere
in aqua,ubi cocta ſit ſpica. Paulus docet fieri peſſarium ad duriciem Matricis, &
auerſionem eiuſdem,& inflationem,& uentoſitatem à corpore eijciendam. Re
cipe medullæ uituli,adipis caponis,meliloti, taxonis ana ad pondus.xij. denario
medullæ cornu cerui,ſcr.iij.adipis anſeris,gallinæ,ana drac.ij. mellis drac.ij.
hyſopi,

A hysopi, ceroti ad pondus. vij. denariorum. Omnia terantur & commisceantur, & distemperentur cum lacte mulieris, & oleo rosaceo, & injiciatur per pessariū, & fiat inde emplastrum. Si frigidum sit, & generatum ex grossis humoribus, Recipe Fœnumgræcum, Melilotum, semen Lini, & Rutam: coquantur in aqua, & de substantia fiat emplastrum, & succus pessarizetur. Sæpè utatur balneis & emplastris. Dieta sit subtilis, ut grossicies humorum attenuetur. Et si ad saniem uolueris apostema ducere, apponantur maturatiua, & cutem rumpentia, ut sanies effluat. sicut semen Lini, Fœnumgræcum, farina hordei, cocta simul cum farina Tritici, uel Fabæ cum fimo columbarum syluestrium coctæ. Si autem apostema crepuerit, & sanies inde effluxerit in uesicam, bibat lac caprinum, uel asininum: & fiat pessarium de Ptisana, & melle, & injiciatur in matricem.

De Vlceribus Matricis. CAPVT IX.



Lceratur quandoq; Matrix de acumine medicinæ, uel materiæ. Quandoq; ab exorsu. quod cognoscitur per saniem egredietem, & dolorem, & punctionem matricis. Si uulnera sint ex sanie, uel corrosione uenæ, sanies uergit aliquantulum in nigredinem cum fetore horribili. Primo ergò debent apponi mundificatiua saniei, & dolorem mitigantia. ut est succus morellę, & plantaginis, cum oleo rosaceo, et albumine oui, cum lacte mulieris, & cum sueco portulacæ, uel Lactucæ, quæ sunt frigidæ naturæ. Dieta sit frigida. Balneetur in aqua ubi cocta sint rosæ, myrtus, fœnumgræcum, psidia, lenticula, galla, balaustię, & similia. Si uerò uenæ putrefactæ sint, detur sanguis draconis, uel myrrha, uel bolus, uel thus, uel aristolochia longa. & de his simplicibus, aut compositis fiat clystere, uel pessarium. Nec minus ualet acacia, cum lino per pessarium iniecta.

De Pruritu Vuluæ. CAPVT X.



B Ruritus Vuluæ si fuerit, accipe camphoram, litargyrium, baccas lauri, & albumen oui, & fiat pessarium, uel clystere. Galenus dicit, quòd puluis fœnugræci cum sanguine anseris, ualet ad duriciem matricis. sicut testatur Hippocrates.

De impedimento Conceptionis, & de his quæ faciunt ad impregnationem. CAPVT XI.



Vędam Mulieres sunt inutiles ad concipiendum: uel quia nimis tenues sunt & macræ: uel quia sunt nimis pingues, in quibus caro circumuoluta orificio matricis, constringit eam, nec permittit semen uiri in ipsam intrare. Quædam habent matricem ita lenem & lubricam, quòd semen receptum nequeat in ea retineri. Quod contingit quandoq; uitio uiri, qui habet semen nimis tenue, quod infusum matrici, liquiditate sua foras labitur. Quidam etiam uiri testiculos habēt ualde frigidos, & siccos: illi raro, aut nunquàm generant, quia semen eorum est inutile generationi.

Sterilitatis causæ.

Manifestum est igitur, quòd Conceptio impeditur tàm uitio uiri, quàm mulieris. Si uitio mulieris; hoc dupliciter contingit. Vel ex nimia matricis caliditate, uel humiditate. Matrix enim quandoq; sua lenitate præter naturam sperma iniectum retinere non potest. Et quandoq; præ nimia sui humiditate sperma suffocat. Et quandoq; ex nimia caliditate matricis semen comburente, nequit concipere. Si ergò præ nimia caliditate & siccitate matricis, mulier non posset concipere, hæc erunt signa. Labia uuluæ apparent ulcerata, & tanquàm Boriali uento excoriata

Ex uitio mulieris.

Signa.

tiata cum maculis rubeis: adeſt & ſitis aſsidua, & caſus capillorū. Hæc ergò cùm
uideris, & mulier.30. annos habuerit, incurrabilē iudicabis. Si autē fuerit iuuen-
cula, neq; paſsio diuturna, ſic ei ſubuenias. Accipe maluam, arthemiſiā, & in aqua
decoque, & cum tali decoctione ter uel quarter fumiges patientem: inter quas fu-
migationes, ſuppoſitoria, & etiam peſſaria uuluæ cum oleo muſcellino, & modi-
co muſco facies, ut matrix confortetur. Sed in die ſeptimo poſt purgationem, uel
fumigationem factam, accipe de trifera magna ad modum glandis, & inuolue in
bombace, & inde ſuppoſitoriū facies uuluæ, ut beneficio talis ſuppoſitorij & tot
fumigationibus recipiat aliquam confortationem, lenitatem, & lanuginem. In ſe
quenti uerò die eam facies cum uiro coire. Eadem quoq; cura ſequenti ſeptimana
ſi expediat, utaris, facien do ſuffumigationes prædictas, & alia, ut diximus, benefi
cia adhibendo. Hoc facies quouſq; prædicta ſyntomata remittantur: & eam bis,
uel ter facies cöire in hebdomada. quia ſic citius poterit impregnare. Si uerò præ
nimia humiditate matricis concipere non poſsit, hæc erunt ſigna. Oculos habe-
bit lachrymoſos aſſiduè. Cum enim matrix crebrò per neruos alligata ſit, neceſſe
eſt, ut cerebrum matrici compatiatur: unde ſi matrix nimiam in ſe habet humidi-
tatem, ex ea cerebrum impletur, quæ ad oculos redundans, eos inuoluntarie co-
git emittere lachrymas. Et quòd cerebrum matrici compatiatur, ſignum eſt alie-
nano matricis ex menſtruorū retentione. Purgetur ergò inprimis cùm Theodo Cura.
ricon eruptio. Tumq; tres uel quinquè pilulas de eodem Theodoric, uel Pauli-
no præcipimus fieri, etiam in bombace, ne diſſoluantur, inuolui, & quantū pru-
denter poſsibile per pudenda intromitti. Si uerò matrix non benè purgata fue-
rit, in alio die eodē modo peſſariū de trifera, cum modico muſco ei facies. Et hoc
tàm diu continuabis, donec à ſuperfluitate, humiditatem euacuatam cognoueris.
Et poſtea accipe parum de muſco cū oleo muſcatellino, uel alio odorifero: quod
iterum per uuluam intromittatur. Et ſi benè purgata fuerit, ſentiet odorē in ore:
unde ſi quis eam oſcularetur, crederet eam muſcū in ore tenere. Item ſi ſitum pro-
pter hanc purgationē habuerit, ſcias eam benè purgatam eſſe: quare ita purgata
frequenter cöeat, & concipiet. Quòd ſi uitio uiri impediatur conceptio, fit hoc Ex uitio
aut defectu ſpiritus ſperma impellentes: aut defectu ſpermaticæ humiditatis: aut uiri.
defectu caloris. Si ex defectu caloris, ſignū eſt quod nō appetit coitū. Vnde opor
tet talibus renes inungere cum arrogon. Vel accipe ſemen erucę, & euſorbiū, &
in puluerem ſubtilem redige, & cū oleo muſcatellino & pulegino miſceas, & in
de renes inungas. Si aūt fiat defectu ſpirituū: ſignum eſt, quia appetit, ſed non eri
gitur uirga. Cui ſuccurrimus cū unguento multorū ſpirituū generatiuo. Si uerò
defectu ſpermatis, ſignū: quia cū coit nihil, aut parū ſeminis emittit. Huic ſubueni
mus cū augmentantib. & generantibus ſperma, ut ſunt cepæ, paſtinacæ domeſti
cæ, & ſimilia. Si mulier fuerit ſterilis, aut uir, hoc modo percipies. Accipe duas
ollas, & in utramq; pone cantabrū, & in unā earū cum cantabro infundas de uri-
na uiri, et in alterā de urina mulieris: & ſic ollę permittant per nouem, uel decē di
es. Et ſi ſterilitas ſit uitio Mulieris, inuenies uermes multos, & cantabrū fœtidū
in eius olla & econtra habebis indicia ſimilia ex altera urina ſi ſterilitas ſit uitio ui
ri. Si uerò in neutra urina talia ſigna uideris, neuter erit in cauſa ſterilitatis: ideò
tunc poterūt medicinę beneficio adiuuari ut cōcipiant. Vnde ſi uolunt concipere
maſculū, uir accipiat matricē & uuluā leporis, & faciat exiccari, & pulueriza tum
diſtemperet cū uino, & bibat. Similiter mulier faciat de teſticulis leporis. & in fi-
ne menſtruorū iaceat cū uiro ſuo, & tunc maſculum cōcipiet. Aliud remediū eſt.
Accipiant epar, & teſticuli parui porci, quē ſolū ſcropha edidit, et ſiccētur: fiat in-
de puluis, & det in potu maſculo uel mulieri nō potentib. generare, & cōcipiet.

Item

Item si Mulier uult impregnari, accipiat testiculos uerris, uel apri, & faciat desiccari, & in puluerem redigi, de quo Mulier cum uino bibat post purgationẽ menstruorum: deinde cõeat cum uiro, & concipiet. Nota, dicit Galenus, quòd mulieres, quæ babent uuluas angustas, & matrices strictas, non debenr uiris uti: ne cõcipientes moriantur. Sed cùm non omnes illæ possint abstinere, indigent nostro auxilio. Ideò si illarum quædam ob periculum mortis non auderet concipere, illa secum carne nuda ferat matricem capræ, quæ nunquam habuit fœtum. Inuenitur lapis quidam dictus Gagates, qui gestatus in collo, uel etiam gustatus, prohibet conceptionem. Item accipe mustelam masculum, & auferantur ei testiculi, & relinquatur uiuus: hos testiculos ferat secum Mulier in sinu suo, & liget eos in pelle anserina, uel in alia pelle, & non concipiet. Si autem læsa fuerit in partu, & præ timore mortis non uult amplius concipere, ponat in secundina tot grana catapuciæ, uel hordei, quot annis uult sterilis permanere. Et si in perpetuum uult sterilis permanere, plenam manum imponat.

Gagais natura.

De formatione Seminis concepti. CAPVT XII.



Rimo mense fit purgatio sanguinis. Secundo fit expressio sanguinis & corporis: Tertio, ungulas & capillos producit. Quarto, motum: & ideò nauseant mulieres. Quinto accipit fœtus similitudinem patris, uel matris. Sexto, neruorum constrictionem. Septimo, ossa & neruos confirmat. Octauo, mouet natura, & infans rerũ beneficio repletur. Nono à tenebris procedit in lucem.

De situ Fœtus in utero matris. CAP. XIII.



Efert Galenus, quòd ita ligatur fœtus in matrice, sicut fructus in arbore: qui cùm procedit à flore, tenerrimus est, & ex qualibet occasione corruit: sed cùm adultus fuerit, & aliquantulum maturior, & firmatus adhæserit arbori, non de leui occasione corruet. Cùm autem totaliter maturior fuerit, per se, & nõ alia occasione decidet. Sic cum primo educitur infans ex semine cõcepto, tenera & non firma sunt eius ligamenta quibus alligatur matrici, & ideò de leui emittitur per aborsum. Vnde Mulier propter tussim, dyarhiam, uel dysinteriam, uel motum nimium, uel iram, uel minutionem sanguinis potest fœtum amittere. Cùm uerò infusa est anima in puero, paulò firmius adhæret, neque cito labitur. Sed cùm puer maturauerit, naturæ officio cito educitur. Vnde Hippoc. dicit, quòd si mulier indigeat purgatione, uel minutione: hæc non facias ante quartum mensem, sed in quinto, uel sexto potest purgari, uel minui, si necesse fuerit: sed tamen moderatè cum cholagago, uel apozimata, cum cautela, prout uirtus patientis poterit pati: ultra uerò, & ante hoc tempus, periculosa erit euacuatio. Maturato tandem tempore partus puer mouet se uehementius, & nititur ad egressum: cùm ipsius temporis natura uuluam aperiri facit: ut fœtus inueniat sui exitus libertatem: & ita fœtus, de cubili suo, scilicet de secundina, naturæ uigore expellitur.

De signis Impregnationis. CAPVT XIIII.



D cognoscendum, utrũ mulier gestet masculum, uel fœminam, accipe aquam de fonte, & mulier extrahat duas uel tres guttas sanguinis, uel lactis de dextro latere, & infundantur in aquam: & si fundum petant, masculum gerit: si supernatant, fœminam. Vnde dixit Hippoc. mulier quæ masculum gerit, bene colorata est, & dextram mammil-

mammillam habet groſsiorem. Si pallida eſt, gerit fœminam, & ſiniſtram mammillam habet groſsiorem.

De Regimine Pregnantium. CAP. XV.

MVlier quando incipit impregnari, cauendum eſt, ne nominetur coram ipſa quod non poſsit haberi. quia ſi poſtulauerit, & non detur ei, dat occaſionem abortiendi. Quòd ſi appeteret argillā, uel cretam, uel carbones, dentur ei fabæ coctæ cum zuccaro. Inſtante autem tempore partus, ſæpè balneanda eſt mulier: & inungatur uenter eius cum oleo oliuarum, uel cum oleo uiolarum: & comedat cibos leues, & digeſtibiles. Si uerò pedes eius tumuerint, inungant cū oleo roſaceo, & aceto. Et poſt cæteracibaria comedat uolatilia, citonia, mala granata. Et ſi uēter eius uentoſitatē diſtendatur, accipe ſeminis apij, ameos, menthæ, ana drac. iij. maſticis, garyophylorum, cardamomi, radices rubeæ maioris, ana drac. iij. caſtorei, zerloariæ, ireos, ana drac. ij. zucc. drach. v. fiat puluis ſubtiliſsimus, & conficiatur cum melle: & dentur ei ſcrup. iij. cum uino, hoc enim materiæ aufert uentoſitatem, & aborſum prohibet, ſi prout decet recipiatur.

De Regimine parturientis. CAPVT XVI.

TEmpore partus imminente, paret ſe mulier, ut mos eſt, & Obſtetrix ſimiliter. Fiat quoq; cum magna cautela ſternutatio, conſtrictis naribus & ore: ut maxima pars uirtutis & ſpirituum tendat ad matricem. Deinde detur ei decoctio fœnugræci, muſcilago lini, & pſilij, uel patrū tyriacæ, uel dyateſſaron cum decoctione arthemiſiæ in uino. Item de galbano cum aſa fœtida & myrrha, uel ruta fiant trociſci, & inde fiat fumigium ad nares. Super omnia caueat ſibi à frigore. Et non fiat ſuffumigatio aromatica ad nares, ſed ad orificium matricis tutius poteſt apponi. quia matrix ſequitur odorifera, & fugit fœtida. Ad hoc ualent ſpecies odoriferæ, ut muſcus, ambra, lignum aloes, & ſimilia pro Diuitibus: item & herbæ odoriferæ, ut mentha, pulegium, calamentum, origanum, & ſimilia pro Pauperibus. Notandum, quòd ſunt quædam phyſicalia remedia, quorum uirtus eſt nobis obſcura, quæ ab Obſtetricibus facta proferuntur. Teneat ergò patiens magnetem in manu dextra, & confert. Item raſuram eboris bibat. Item corallus in collo ſuſpenſus prodeſt. Similiter album illud quod inuenitur in ſtercore accipitris, datum in potu confert. Item in uentre hyrundinis, ſiue in nido inuenitur lapis primogeniti, cuius lotura ad idem ualet, & ad alia multa.

Remedia naturalia.

De difficultate Partus. CAPVT XVII.

SVnt autem quædam mulieres ita anguſtioſæ in officio partus, ut uix, uel nunquàm ſe expediant: quod ex diuerſis cauſis ſolet prouenire. Quandoq; enim calor extraneus ſuperuenit circa interiora: unde ipſæ nimis anguſtiantur in partu. Quandoq; nimis paruus eſt exitus matricis: uel quia nimis pinguis eſt mulier: uel quia fœtus eſt mortuus non iuuans naturam in ſuo motu. Et hoc multum contingit mulieri iuueni parienti in hyeme: cùm naturaliter habeat orificium matricis ſtrictum, quod propter frigiditatem temporis & aëris plus conſtringitur. Quandoq; ab ipſa muliere, calor totus exhalat. unde ſine uiribus relinquitur, ideò deficit in expediendo ſe à partu. Primo ergò ſi acciderit difficultas partus, ante omnia recurrendum eſt ad Deum. Deinde ad inferiora deſcendendo, expedit mulieri difficilè parienti, balneari in aqua, ubi coctæ ſint maluæ, fœnumgræcum, ſemen lini, & hordeum.

Conſilium frugi.

Inungantur latera, uenter, coxæ, & ilia cum oleo uiolarum, uel roſarum. Fricetur fortiter, & detur ei in potu oxizaccara, & de puluere menthæ, & abſinthij, drac. i. Prouocetur ſternutatio cum puluere thuris naribus impoſito, uel cũ puluere candiſi, piperis, uel euforbij. Ducatur mulier lento paſſu per domũ. Et qui aſſiſtunt, non reſpiciant eam in uultũ: quia mulieres ſolent inde uerecundari in partu, & poſt partum. Si autem puer non egrediatur eo ordine, quo debet, ut ſi prius tibiæ, uel brachia exeant: aſſit obſtetrix cum parua & ſuaui manu, humecta ta in decoctione ſeminis lini, & fœnugræci, reponendo puerum in locum ſuũ, ordine recto. Si uerò puer ſit mortuus, accipe rutam, arthemiſiam, abſinthium, piper nigrum: & hæc trita da in uino, uel aqua ubi cocti ſunt lupini. Vel teratur ſatureia, & ligetur ſuper uentrem: & exibit fœtus ſiue uiuus, ſiue mortuus. Idem facit uerbena potata cum uino, uel aqua, uel aceto. Vel accipiatur aqua ſalſa, uel roſata, & lac aſinæ ana, & detur ad potandum. Vel accipiatur butyrum cum melle & uino, & detur ab bibendum. Quòd ſi adhuc tardetur partus, uel ſi fœtus mortuus ſit in ea, & non liberetur: accipe rutam, arthemiſiam, oppoponacũ, abſinthiũ cum modico oleo, & pauco zucc. terantur, & ponantur ſuper inguina, uel ſuper umbilicum: & melius ualet. Item cingatur mulier de ſpolio ſerpentis, de quo ſerpens exiuit. Idem operatur lapis Aëtites, ligatus ad femur. Vel alligetur radix cucurbitæ renibus eius, & auferaẽ quamcito fœtus exierit: ne Matrix exeat poſt egreſſum pueri. Prçterea difficulter parturientibus ſubueniẽdum eſt hoc modo. Paretur balneum, & intromittatur mulier; & poſt exitum fiat fumigiũ de ſpica, & ſimilibus aromatibus, ad confortandũ & aperiendum. Fiant etiam ſternutatoria de helleboro albo, in puluerem benèredacto. Dixit enim Copho: conquaſſentur membra, & rumpantur cotilidones, & ſic fœtus egredietur. Item his qui multum laborant, pariendo fœtum mortuum ſic ſuccurrendum eſt. Ponatur patiens in linteamine, & tendatur à quatuor fortibus hominibus per quatuor angulos, capite patientis aliquantulum eleuato, huc & illuc, ab oppoſitis angulis fortiter trahatur linteamen, & ſtatim pariet, Deo fauente.

Officium obſtetricis.

Secundinæ exitus.

Si autem Secundina intus remanſerit, properandum eſt ut exeat. Prouocetur ergo ſternutatio ore clauſo, & naribus. Aut fiat lixiuium de cinere facto de fraxino, cui admiſcendo pulueris ſeminis maluæ, drac. i. detur ei ad bibendum: & ſtatim uomet. Vel detur ipſe puluis de ſemine maluæ cum aqua calida: & ſi uomat, bonum eſt. Et ſuffumigetur ſubtus oculis de oſsibus piſcium ſalſorum, uel de ungula caballina, uel de ſtercore cati, uel agni: iſta enim ſecundinam educunt. Valet etiam decoquere ſemen lini in aqua calida, & dare ad bibendum. Idem facit bdellium cum uino.

Si uerò ſanguis non exierit poſt ſecundinam, fiant ea quæ dicta ſunt ad menſtrua prouocanda.

Conſtitutio Matricis.

Quòd ſi contingat difficultas partus, ex conſtrictione orificij matricis, cuius cura grauior eſt inter omnes, ideò tale ſubiungimus conſilium. Prouideat ſibi mulier in tribus ultimis menſibus in dieta, ita ut utatur leuibus cibis & digeſtibilibus, ut per ea membra dilatentur: qualia ſunt uitella ouorum, carnes, & iuſcula pullorum, & minorum auium, ſcilicet, perdicum, phaſianorum, & piſcium ſquamoſorum cum bono cõdimento. Fiatq; ei balneum ſæpius de aqua dulci, in qua ſi apponanẽ herbæ mollificatiuę, ſicut maturæ, & huiuſmodi: & melius erit. Sed fugiat balneum aëreum & ſtupham. Et cùm de balneo exierit, inungatur unguentis calidis. ut oleo laurino, & oleo de ſemine lini, & axungia anſeris, uel anatis, uel gallinæ: & hæc inunctio fiat ab umbilico inferius cum prædictis unguentis calidis.

De

De regimine Infantis. CAPVT XVIII.



Nfantis aures premendę sunt statim:& hoc multotiens est facien
dum Postea obseruandũ, ne lac subintret aures, aut nares, cùm
ablactatur. Et ligetur umbilicus tribus digitis à uentre mensura-
tis. Quia secundũ retentionem umbilici erit uirga uirilis maior,
uel minor. Et ut rectius loquatur, unge palatum cum melle, &
nares cum aqua calida. Et factis unctionibus, semper mundificetur, & muscilagi
nes semper emungantur & emundentur. Puer præterea sæpè est fricandus, &
quælibet eius membra in unaquaq; parte fascia sunt retinenda, & iungenda: &
rectificanda sunt eius membra, caput uidelicet, frons, nares, uenter, & renes tem
perentur ne multa ex eis exeat unctuositas, uel humiditas. Quòd si aliquid istorũ
appareat, diutius à solita fasciatione cogatur abstinere, & diuuus dormiat. Postea
uerò in aqua calida balneetur, & ad suam consuerudinẽ reducatur: & si opus, de
medicinis saporiferis parum detur, ut dormiat. Cutis eius ęqualiter est mouen-
da: quod etiam consueuit fieri post mam̃illarum susceprionẽ. In principio natiui-
tatis oculi cooperiẽdi sunt: & summoperè cauendũ est, ne sit in loco lucido. Ante
ipsum sint diuersæ picturæ, pañi diuersi coloris, margaritę. Coràm eo cantilenis,
& facilibus utendũ uocibus, nec asperis uocibus cantandũ, neq; raucis, sicut bom
bardis. Postq; hora loquendi appropinquauerit, nutrix eius linguam frequenter
cum melle & butyro ungat. Et hoc maximè faciendũ est, cùm loquela tardatur.
Ante eum frequenter est loquendum, & facilia uerba proferẽda. Cùm uerò tem
pus natiuitatis dentium uenerit, gingiuę singulis diebus cum butyro & axungia Dentium
gallinę sæpè fricandę sunt, & aqua hordei liniendæ, gula & sphondylia inungen cura.
da. Quòd si uenter eius laxabitur, superponatur emplastrũ quod fit ex cimino, &
aceto: & admisceatur zuccarum, gummi arabicũ, bolus armenus, & similia. Siue
rò uenter cõstringitur; fiat ei suppositoriũ de melle, & bombace, & stercore mu-
ris, & supponatur. Cùm tempus aduenerit, in quo comedere incipiet, dandę sunt
infanti magdaleones ad modũ glandis, facti de zuccaro, & similia, ac lacte, quos
possit in manu tenere, & cum eis ludere, & de eis sugere, & aliquid transglutire.
Caro, quæ est in pectore gallinarum, & phasianorum, & perdicum est ei tribuen
da. Et postq; benè capere cœperit, mammillarũ substantiam mutare incipiẽs, eas
in nocte sugere nõ permittas. Ita & in die ordinatè ducendus est, benè obseruan-
do, ne tempore calido à lacte remoueatur. Si unũ membrũ pueri sit maius alio, Rectificatio
ad bonam habitudinem sic potest reduci, si talis dispositio fuerit recens, quia inue membrorũ
terata nullo modo reducitur. Fomẽtetur ergo primo cum decoctione brancæ ur pueri.
sinæ, radicis alteæ, foliorum apij, petroselini, & maratri, diutius bulliẽdo in aqua:
& membrum patientis ponatur super eas, & cooperiatur panno lineo: ut sudet.
Postea camomilla, & altea incoquantur, & in illa uiscositate malaxetur cera, & to
tum membrũ inde cooperiatur. Postea ligetur fascia linea strictè, & ita membrũ
patientis sudet per noctem unam: mane uerò fricetur, ut spiritus excitẽtur, & flu
ant ad locum dolorosum. Quo facto, fricetur statim cum dialtea, ita composita, ut
sint duæ partes dialteę, & tertia de oleo laurino: commisceãtur, & ungatur mem
brum prædicto modo ter uel quater in die. Tunc quoq; accipe diacerafeos, cero-
neum, oxicroceũ, & adinuicem puluerizentur. Deinde decoquatur altea, & pul
uis ille malaxetur cum illa uiscositate, quousq; benè adhæreat: & membrũ totum
patientis cooperiatur, & fascia ligetur. Et sic fomentando, & emplastra ponendo
poterit alleuiari. Quibus factis, iniungatur requies & ocium, & utatur calida &
humida dieta, optimo uino, & mediocriter rubeo, quod bibat quousq; curetur. In
super & balneo aquæ dulcis utatur.

De electione Nutricis. CAPVT XIX.


Vuenem oportet eſſe nutricem, clarū colorem cum albedine & rubore permixtū habentem, quæ non ſit partui uicina, neq; multum à partu remota. Non ſit maculoſa. Nec infirmos, neq; nimis groſſas babeat mammillas. Pectus groſſum & amplum. Pinguis ſit mediocriter. Non comedat ſalſa, nec acuta, nec acetoſa, nec ſtiptica, nec porros, aut cepas: neq; cæteras ſpecies quæ admiſcentur cibarijs pro ſapore. ut piper, allium, erucam: & præcipuè uiter allium: ſollicitudinem: ac ſibi à menſtruorum prouocatione caueat. Et ſi lac minuatur, pultes de farina fabarum, & ſimiliter riſi, & de pane ſimilę cum lacte & zuccaro factæ, dentur ei ad ſorbendum: quibus augmentetur lac, in quarum decoctione parum de ſemine feniculi admiſceatur. Si autem lac eius fuerit groſſum, nutrimentum ipſius ſubtiliandū erit, & ita etiam cogatur laborare. Cui inſuper dandus eſt ſyrupus acetoſus, & uinū ſubtile. Si uerò lac eius fuerit ſubtile: nutrimēta ſint groſſa & fortia, & ſomnis utať longioribus. Quòd ſi uenter pueri ſolutus ſit, dentur Nutrici quę cōſtipant.

De his, quæ Mulieribus ſæpè poſt partum accidunt. CAPVT XX.


Matricis dolor.

Ccidit mulieribus ſæpè dolor poſt partum Matrix. tunc tanquā fera ſilueſtris, propter ſubitam euacuationē quaſi uagando huc & illuc declinat. Vnde uehemens efficitur dolor. Accipe ergò cimas ſambuci, & tere: ac ſucco extracto, cum farina hordei, & albumine oui diſtempera, & inde fac criſpellas cum ſanguine ad comedendum: & uinum calidū in quo ciminum bullierit da ad bibendum. Vel ſi poſt partum matrix doleat, Accipe ſtoracis, calaminte, thuris, ſemen apij, ana drac. 1. ſemē racemorum nigrorū, drac. ij. ponantur ſuper carbones uiuos, & ſuffumigetur. quia multum confert. Sunt quædam quæ ex grauitate partus incidunt in rupturam pudendorum. Vnde Recipe radicem conſolidæ maioris exiccatam, ciminum, & cinnamomum: fiat puluis, & inijciatur in uuluam, & conſolidabitur. Item quibuſdam mulieribus in pariendo male accidit, propter defectum aſsiſtentium. Sunt enim quædā,

Ruptura perithoneon.

quibus uulua & anus fiunt unū foramen, & idem curſus. Vnde iſtis exit matrix & indureſcit. Quibus in reponendo ſic ſubuenimus. Matrici uinum calidum apponimus, in quo bullierit butyrum: & diligenter fomentamus, quouſq; matrix efficiatur mollis: & tunc ſuauiter eam reponimus. Poſtmodū rupturam intra anū & uuluam tribus locis, uel quatuor ſuimus cum filo de ſerico: poſtea pannum lineum uuluæ imponimus ad quantitatem uuluæ. Deinde pice liquida linimus. Hoc enim facit matricem retrahi, propter ſui fœtorem. Demùm ſanamus rupturam cum puluere facto de conſolida maiori, & minori, & cimino. Huiuſmodi aūt puluis ſuperaſpergendus eſt: & collocetur mulier in lecto, ita ut pedes altiores ſint, & ibi omnes operationes ſuas per octo uel nouem dies, faciat: & quantū neceſſe fuerit, manducet: ibi egerat, & omnia aſſueta faciat. Hanc præterea oportet abſtinere à balneo, uſq; quo uiderit, quòd balneum ſuſtinere poſsit. Debet quoq; abſtinere ab omnibus, quæ tuſsim faciunt, & ab indigeſtibilibus.

Pręſeruatiuum.

Ad prędictum igitur periculum euitandum, eis in partu diligentiſsimè ſic prouidendum eſt. Præparetur pannus in modum pilæ oblongæ, & ponatur in ano, ad hoc, ut in quolibet conatu eijciendi puerum: illud firmiter ano imprimatur, ne fiat huiuſmodi continuitatis ſolutio.

Retentio Secundinę.

Sunt quædam, quibus poſt partum retinetur ſecundina. Ad illius expulſionē accipimus ſuccū porri, & diſtemperamus cum oleo pulegino, uel muſcatellino.

Vel

Vel damus succum boraginis ad potandum:& statim educitur, quia fortasse uo-
met,& ex conatu uomendi educitur, quia succus ille uim habet talem, qua sufficit
ad eius expulsionem. Sunt quædam, quibus muliebria uentum suscipiunt, qui
inclusus dolorem & tumorem facit. Istas fomentamus cum decoctione sinapis, Venti in matricem ingressus.
uel rapæ. Quibus quandoq; partes illæ pruriunt; quas scalpendo excoriant: un-
de quandoq; oriuntur pustulæ, quæ maximam inferunt læsionem. Ideò partes il
las ungamus cum unguento quod ualet contra usturas ex igne, uel aqua calida
factas. Vnde ad huiusmodi excoriationes, Recipe pomum unum, bolum arme-
num, masticem, olibanum, oleum, uinum calidum, ceram & sepum. Et conficia-
mus sic. Pomum mundatum ab interioribus & exterioribus corticibus, tritum Contra usturam.
ponimus ad ignem in ollo cum oleo, cera, & sepo:& cùm bullierit, masticem, &
olibanum puluerizata imponimus. Postea facimus colari per pannum. Notan-
dum, quòd si aliquis propter usturam hoc unguento unctus fuerit, loco inuncto
folium hederæ coctum in uino, uel aceto, uel gladioli folium debet superponere.
hoc enim remedium est honestum. Idem uentus per uuluam ingressus, ut supra
diximus,& receptus in dextram partem, uel sinistram matricis, tantam generat
uentositatem, quòd quasi ruptæ uel iliacæ appareant. Vnde communiter Trotu
la uocata fuit: quasi Magistra operis. Cùm enim quædam puella debēs incidi pro Hic facilè potest comprehendi, unde iste libellus Trotula intituletur.
pter huiusmodi uentositatem, quasi ex ruptura laborasset: cùm eam uidisset Tro-
tula, admirata fuit quamplurimum. Fecit ergò eam uenire in domum suam: ut in
secreto cognosceret causam ægritudinis. Qua cognita, quòd non esset dolor ex
ruptura, uel inflatione matricis, sed ex uentositate: fecit hoc modo ei fieri balne-
um, in quo coquebantur malua & paritaria: & eam intromisit: aceas partes fre-
quenter, & satis planè tractauit mollificando:& diu fecit eam in balneo commo-
rari:& post exitum à balneo faciebat ei emplastrum de succo tapsibarbati, & ra-
pistri,& farina hordei,& totum illud, ad ipsam uentositatem consumendam cali-
dum apposuit:& iterum balneo prædicto insistere fecit,& sic curata remansit.

Quibusdam post partum accidit immoderatus fluxus sanguinis. Quibus sub-
ueniendo extrahimus succum arthemisiæ, saluiæ, pulegij, persicariæ, & aliarum Fluxus sanguinis.
herbarū huiusmodi: & facimus crispellas, damus ad comedendū:& collocamus
eas frequenter ad balnea: & hoc modo restringēdo sanguinem eis subuenimus.
Vel aliter. Accipe argillam,& distempera cum aceto:& fiat emplastrum ad epar
in dextro latere. Et si fluxerit sanguis per nares: de hoc emplastro ponimus supra
frontem,& tempora, ex transuerso tempora & frontē attingendo. Et nota: quòd
fluxus per nares non fit, nisi quando peperit filium.

Sunt & aliæ quæ laborant exitu Matricis post partum. Quibus benè succur-
rendo, Recipe arthemisiam, pulicariam, iuniperum, camphoram, absinthium: de Matricis exitus.
coquantur in aqua:& fiat balneum, in quo sedeat usq; ad mammillas. Postea sua-
uiter ponatur ad lectum:& iaceat suspensa pedibus, ut matrix conuertatur in lo-
cum suum. Intromissaq; matrice, Recipe puluerem pulegij, galangæ, spicæ nar-
di, nucis muscatæ, garyophyllatæ, Misce, & distempera cum oleo muscellino,
uel pulegino. Et accipe pannum lineum ueterem, rarum,& subtilem, & intus li-
ga hos pulueres, formando ad modum pilæ. Et matrice intromissa, os uuluę cum
dicta pila obstrue, ut matrix iterum non exeat: & pilam ibi cum fascia superliga.
ut non possit exire:& facias transire retrò usq; ad renes & intra ilia,& ibi ligetur.
Sed antequàm ibi ligetur, fiat tale emplastrum super renes. Recipe nasturtij, bac
carum lauri, thuris, cinnamomi, ana q.s. omnibus puluerizatis,& ad ignem cale-
factis, distemperatisq; cum melle fiat emplastrum, quod adhuc calidum super re
nes ponatur, ligando fascia, cum qua ligata est pila uuluę, firmando emplastrum

& pilam fortiter, ut moueant. Et ipsa iaceat supina per nouem dies, & amplius si fuerit necesse. Neq; se moueat nisi causa magnæ necessitatis. Et da ei talem dietã, ut per decẽ dies non eat ad sellam, uel ad urinam faciendam sæpè. Item in exitu uuluæ post partum imponimus plumaceolum, comprimendo ut non exeat, nisi cùm mingit. Tertio uerò die facimus balneum: & in posterioribus facimus insufflari sequentes pulueres ne tumescant. Recipe zinziber. piretri, cinnamomi, ana fiat puluis. Ad hæmorroides innatas uitio partus. Recipe absinthium, abrotanum, casiam ligneam, corticem cassiæ fistulæ, coquentur fortiter in uino: & inde fiat balneũ. Et cùm exierit de balneo, accipe puluerem aloes: cõfice cum oleo muscellino, uel pulegino, & intinge bombacem, & suppone.

Mammillarum accidentia. Quibusdam accidit dolor mamillarum ex lacte. Accipe argillam, distempere tur in aceto, & fiat emplastrum, dolorem sedat, & lac constringit. sed prius locum aqua calida fomentabis. Item nota, quòd dolor, qui accidit in mammillis puellarum, de facili transit. Quoniam hæc passio menstruis erumpẽtibus sanatur, quòd in quibusdam puellis morbo caduco laborantibus, fit ex suffocatione matricis cõpressis spiritualibus. Contra apostema autem mamillarum fac emplastrũ de maluauisco, absinthio, arthemisia, & cum axungia distemperetur. Et cùm caput apparuerit, contere nucleos, & appone, & si nõ rumpitur, cum phlebotomo aperiatur: & exprime parum in principio, ne ex subita euacuatione fiat peius. Et tũc impone licinium singulis diebus bis, uel ter illinitũ uitello oui, aut & melius, unguento facto ex butyro Maij, uitello oui, & terbentina: quòd est mirabile, & benignum. Quòd si locus iste fuerit fistulatus, cum curá hac poterimus subuenire. Recipe radicem mundatam hellebori nigri, & intinctam oleo, uel melle impone, & puluerẽ de lappa combusta superasperge, id enim omnem fistulam mundat & mortificat, dummodò inter ossa non fuerit. Ideoq; ibi debet poni, quousq; mortificetur & desiccetur. Postea uulnus curetur.

De mala complexione calida & frigida matricis.

CAPVT XXI.



T igitur à nobis de curatione Mulierum compendiosa fiat traditio, notandum est: quòd quædam mulieres sunt calidæ: quædam frigidæ. Ad quod tale fiat experimentum. Licinium cum oleo pulegino, uel laurino, uel alio oleo calido inungamus: & illud in quantitate parui digiti uuluæ intromittamus de nocte quando uadit dormitum: & ligetur cum filo forti circa crura. Quòd si intus attractũ fuerit, datum est nobis indicium, quòd laborat frigiditate. Si uerò expulsum fuerit: scimus eam laborare caliditate. Sed in utraq; causa subueniendum est hoc modo. Si de causa laborat calida, supponatur suffumigium de herbis frigidis in hunc modum. Quoniam contraria contrarijs curantur. Ponamus igitur maluas, uiolas, & rosas in aqua, & istarum decoctione fumigamus. Si uerò frigiditate laborat, quod melius est, pulegio, folijs lauri, & persicaria mulieri faciamus fumigium, similiter pessarium: & sic abundantia humorum mundificata, habilis erit ad concipiendum.

Postea faciamus fumigium fœminis, quod miro modo confortat. Recipe garyophil. spicæ nardi, storacis, calamintæ, nucis muscatæ; & ponantur in testa oui super carbones uiuos paucos: & paretur sella perforata, ut totus fumus ad interiora redundet.

Dedo-



De dolore Matricis. CAPVT XXII.

Ddolorem Matricis prouenientem ex duricie ipſius, Accipe ſa
xifragiam, cretam marinam, caules ueteres, arthemiſiam, maluã,
radicẽ ſpargi: omnes herbas coque in aqua fortiter, & fac in his
ſedere patientem, uſq; ad mammillas. Et cùm exierit, piſta mal-
uam, arthemiſiam, camphoram, & eas piſtoratas in olla calefaci-
as: & informa magdaleones cum pauco oleo laurino, uel pulegino: & ſuppone.
Contingit & dolor Matricis ex aborſu: uel ante tempus ex retentione menſtruo
rum. Quod fit ſæpius ex frigiditate, raro autem ex caliditate. Si ex frigiditate: ſi-
gnũ eſt dolor, & punctura ſiniſtri lateris. Tunc accipe pulegium, origanũ, nepi-
tam, lauri frondes, uel grana, & maluas in aqua benè fac bullire: & inde patientẽ
fomenta. Poſtea accipe garyophyllos, ſpicam nardi, nucẽ muſcatam, galangam:
& fiat ſuffumigatio, & per embotum fumum recipiat. Deinde Triferam magnã:
uel potionem S. Pauli in modum auellanæ. ſuppone cum bombace. Si autem ex
calore fit: tunc uſu Veneris matrix deſiccatur & calefit. Signum huius eſt, quòd
ardor nimius circa partes illas eſt. Ideò accipe maluam, herbam uiolarum, flo-
res roſarum, radices iunci: coquantur fortiter in aqua, & in eis fomentetur pati-
ens: & eidem Trifera Sarracenica omni die ſupponatur.



De fluxu Matricis. CAPVT XXIII.

Vnt quædam Mulieres, quæ fluxum patiuntur Matricis inſtar
ſpermatis, ut ſunt quædam uetulæ fluxum ſanioſum emittentes.
Quibus prouocando menſtrua ſubueniendum eſt. cùm ſunt ſte-
riles. Sunt & aliæ ſteriles, ſimili modo ſaniem educentes. Hoc ita
què eſt in conſueto tempore eis adueniente. Cùm enim eis men-
ſtrua negantur, loco menſtruorũ, propter earum frigiditatem ſaniem emittunt,
ac ſi ab epate fluxus deſcenderet. Quibus ſic ſubueniendum eſt. Faciamus eis fu-
migium ex uino: uel aqua, in qua coctæ ſint herbæ calidæ, quales ponemus infra
de ſtranguria & lapide. Poſtea diſtemperemus triferam magnam in oleo pulegi
no, uel muſcellino, & in panno lineo, uel lana ſuccida, uel bombace inuoluamus,
& uuluæ imponamus. Sunt & aliæ iuuenes, quæ eodem modo laborant, propter
defectum menſtruorum, ſed iſtæ liberantur menſtruis prouocatis.
Et notandum: quòd quædam mulieres calidæ, ſteriles factæ ſunt, nec laborant
huiuſmodi fluxu, ſed ſiccæ tanq; uiri permanent. Sunt item quædam quæ fluxũ
ſanioſum habent ſimul cum menſtruis. Quas facimus ſedere ſuper maſſam erucæ
agreſtis coctę in uino, panno lineo interpoſito: dummodo ſit calida. Ad idem Re
cipe pulegium pulueriſatum, & in ſacculo ponatur, qui in tantum longus & la-
tus fiat, ut utraquè pudibunda ligari poſsint: quem patiens ferre debet ſuper uul-
uam ad flexuum prohibitionem. Et priuſq; ligetur, debet ad ignem calefieri: ut
confortentur tàm anus, quàm uulua.



De carne in Matrice exorta. CAP. XXIIII.

Vnt quædã mulieres quibus fruſta carnis pendent in matrice. Et no
ta: quod hoc eis cõtingit ex ſpermate intus reiẽto, & inuiſcato: quia
poſt coitũ ſe mundificant. Has igitur ſemper cum decoctione calida
herbarum fomentamus.



De tuſsi acerrima Puerorum. CAPVT XXVI.

Aſsioni puerorum, quæ eſt quaſi tuſsis acerrima, ſic ſubuenimus. Ac
cipe hyſopum, ſerpillum, & in uino decoque, & da ad bibendũ. Vel
grana Iuniperi diſtemperamus cum uino, & damus ad bibendum.

De Sudore fœtido. CAPVT XXVII.



Vnt quidam, qui babent sudorem fœtidum ultra modum. Istis facimus pannum in uino intinctum, in quo bullierint folia myrtilli, uel ipsa berba, uel ipsi myrtilli.

De dolore Oculorum. CAP. XXVIII.



Ontra dolorem oculorum accipe maluam, herbam uiolariam, summitates rubi, rosas siccas, uerbenam, silerem montanum: & oculos inde fomenta in sero, & fac emplastrum de eisdem herbis cum albumine oui, & superpone.

De tela Oculorum. CAPVT XXIX.



I tela sit in oculo, accipe concham marinam, & olibanum, ana æqualibus partibus: combure, & os sepiæ non combustum pulueriza: & oculis impone bis uel ter in bebdomada. Si de phlegmate fuerit: accipe polium montanum, pulegium, folia lauri, origanum, carui: & inde oculos fomenta. Vnguētum ad idem. Accipe aloe epatici duas partes: olibani, gypsi, ana: de his duobus quantum de aloe epatico, pulueriza subtiliter, & confice cum axungia recenti, & locum inunge.

De maculis Oculorum. CAPVT XXX.



D maculas oculorum, quæ remanent post ruborem. Recipe carnis marinæ unc. ij. olibani, ossis sepiæ, ana unc. ʒ. carnem marinam, & olibanum in puluerem redige, & os sepiæ subtiliter rade. fiat puluis & oculis imponatur. Si patiens esset puer, distemperetur cum aqua rosacea, & oculis immittatur. Vnde quæ oculis præcipuè ualent, his uersibus habes. Feniculus, Verbena, Rosa, Chelidonia, Ruta, Ex bis fit aqua, quæ lumina reddit acuta.

De exitu Matricis propter disproportionem uirgæ uirilis. CAPVT XXX.



Vnt & aliæ Mulieres quibus Matricem contingit exire alia de causa, ut sunt illæ, quæ non possunt pati uirgam uirilē, propter sui longitudinem, uel magnitudinem: coactæ tamen patiuntur: sed matrix postea exit de loco, & indurescit. Quibus subuenimus, ut dictum est supra cap. 10. Vel accipe pannum, & intingatur oleo calido, pulegino, uel muscellino, & imprimatur, uel illiniatur, uel imponatur uuluę: & ligeť quousq; matrix calefacta recesserit per se. Sed caueat ab omnibus quæ tussim inducere possunt.

De inflatione Vuluæ. CAP. XXX.



Vlua mulieris quandoq; inflatur ex coitu. Tunc sedeat in aqua decoctionis maluę, alteę, & pulegij, & liberabitur. Vel accipe pulegium, pulicariam, folia lauri: bulliant in aqua, in qua sedeat mulier: deinde fiat ex prædictis suffumigatio.

De ruptura Vuluæ. CAPVT XXX.



D rupturam inferiorum partium post partum, accipe radicem consolidæ maioris: desicca eam benè, & pulueriza: & puluerē cimini subtilem, & cinnamomi etiam in uuluam inijce: & consolidabitur.

De dolore Vuluæ. CAPVT XXX.



D dolorem Vuluæ post partū, accipe rutam, arthemisiam, camphoram: pista benè, & cum oleo muscellino, uel pulegino conficiantur: & calefacta in olla inuoluantur panno, & superponantur.

De Mu-

De Mulieribus mingentibus in lecto. CAPVT XXX.

M Vlieres quædã sunt, quę nocte in lecto uelint nolint, mingũt: qm̃ mea
tus naturales paralysim patiunť. Has igiť cũ herbis calidis somẽtamus.

De modo cóartandi Matricem, ut etiam corrupta ap-
pareat uirgo. CAPVT XXXI.

N Isi de restrictione amplitudinis uuluæ, propter honestã causam li
ceret tractare, nullã de ea mentionẽ faceremus: sed cùm per hanc
impediatur aliquando conceptio, necesse est tali impedimento sic
subuenire. Rec. sanguinis draconis, boli armeni, corticis mali gra
nati, albuminis, masticis, gallarum, ana unc. i. uel unc. ij. uel quantum uis singulo
rum, & in puluerem redige: & omnia simul in aqua calefacta conficiantur. & de
hac confectione pone in foramen transiens in matricem. Vel Recipe gallarum,
sumach, plantaginis, consolidæ maioris, aluminis, chameleæ, ana unc. i. Deco-
quantur in aqua pluuiali: & cum ista decoctione fomententur pudibunda.

De costis Mulieribus, & gracilibus. CAP. XXXII.

S Vnt quædam mulieres, quibus non committitur carnale cõmer
tium: tùm, quia uoto, tùm quia religione tenenť, tùm quia uiduę
sunt. Nam quibusdam mulieribus nõ licet ad secunda uota trans
ire: quæ cùm uoluntatem habeant cöeundi, & non cöeunt, ideò
incurrũt grauem ęgritudinẽ. Illis igitur fiat tale remediũ. Accipe
bombacem, & oleum muscellinum, uel puleginũ, & inunge, & uuluæ impone.
Quòd si tale oleum nòn haberes, accipe triferam magnam, & cum modico uino
calido resolue, & cum bombace, uel lana succida uuluæ impone. Hoc enim benè
castigat, & refręnat luxuriam, dolorẽ eius & pruriginem sedans. Nota, quòd
in hoc casu nullum pessariũ est administrandũ; ne matrix longa abstinentia restri
cta lędatur: quoniã os matricis uuluæ cöiungitur ut ori labia. Nisi fiat concęptio,
tunc enim retrahitur matrix. Alia enim est cura, qua reddimus matricem aptam
ad concipiendũ. Sed quoniam quædam sitnt crassæ quasi hydropicę, & quædam
graciles; tàm illæ quàm aliæ ineptæ sunt ad concipiendum. Vtriusq; ergò diuersi
modo subueniendum est. Vnde si fuerit phlegmatica, & crassa, faciamus ei balne
um de aqua marina, & salsa. Ad moderationem tamen aquæ imponimus iunipe-
rum, nepitam, pulegium, laureolam, absinthium, arthemisiam, hysopum, huius-
modiq; herbas calidas. In hoc balneo faciat morã, quousq; satis sudet. Postea reci
piatur caute in lectum, & benè cöoperiatur. Et si aliquando cibum petierit, detur
ei in principio rosata nouella. Detur etiã cibus bonus, calidus, sani nutrimenti, &
uinum optimum modicè sumptum. Sic ter, uel quater in die fac ei balneum, & in
crastino die similiter. Tertio uerò die fiat fumigiũ optimũ, & odoriferum, quod
supra diximus. Hanc etiam curam uiris frigidis facimus. Sed loco fumigij damus
eis confortatiua calida. Si uerò sit crassa, & quasi hydropica, distemperamus ster-
cus uaccinum cum uino optimo, et inde illinimus eam: quę sic linita intret stuphã
usq; ad collum: quæ stupha multum caliditatis habeat ab igne facto ex sambuco,
& ebulo: & in ea cöoperta multum sudorem emittat, & in stupha moretur donec
quasi aliquantulũ per inferiora se purget. Et erit quasi uiride illud quod exibit.
Quæ postq; satis sudauerit, abluat se cum aqua prioris balnei, & sic cautè intret
in lectum. Et hoc fiat bis, uel ter, uel quater in hebdomada, & satis gracilis inue-
nietur. Istam benè cibabis, & bonum quoquè & odoriferum uinum potet. Vi-
ros etiam crassos hac cura reddimus graciles. Curamus etiam aliter uiros cras-
sos multum ieiunando, & balneando. Similiter & faciendo eis sepulchrum iu-
xta littus maris in arena, modo dicto illinimus eos; & cùm calor est fortissimus,

Pingues red
dere graci-
les.

tanquàm

tanq; positos in sepulchro, suffundimus arena calida, & insbi facimus multum & copiosè sudare: & postea cum aqua prioris balnei optimè lauamus.

De retentione Secundinæ. CAP. XXXIII.



D difficilem partum, & educendam Secundinam, accipe radicem petroselini, folia porrorum, & extrahe succum, & admisce pauco oleo: & da bibere patienti; & misce acetum in uuluam, & liberabitur.

De Aborsu. CAPVT XXXIIII.



Ontra Aborsum assuetum fieri quibusdam mulieribus in septimo mense, uel nono. Accipe oleum, ceram, puluerem thuris & masticis: misce, & inde ungatur mulier ante & retrò in hebdomada bis uel ter: quia multum confortat Matricem, & cotilidones.

De exitu ani. CAPVT XXXV.



Ni exitus est morbus communis, tàm uiris quàm mulieribus: & facit sanguinem fluere. In restringēdo igitur sanguinem, & anū reponendo, subuenimus hoc modo. Primo fomentamus patientem cum decoctione uini, in quo bullierit absinthiū: & cum hac decoctione benè fomentetur anus, & liniatur per totum cum encausto ad restringendum. Postea cineres de salice, & eius radice, & arista alicuius piscis salsi facti, superaspergantur, & reponatur anus cum panno lineo. Et hoc fiat tribus diebus bis in die, & saluabitur. Sunt & alij, quibus non exit anus, tamen maximum dolorem patiuntur: & illis taliter subueniendum est. Puluerizetur aloe epaticum, & cum uino calido distemperetur: & cùm adhuc est tepidum, intingatur in eo linum, uel lana, uel cotum: & ano imponatur: id enim dolorem mitigat, & inflationem ani aufert.

De dolore Iliorum. CAPVT XXXVI.



Olor Iliorum quibusdam accidit: quibus sic subuenire solemus. Solatrum decoquimus in aqua cum cinere, & loco dolenti apponimus. Ad idem ualet sisaminum crudum decoctum cum semine, & loco dolenti applicatum.

De Stranguria. CAPVT XXXVII.



Tranguriam patiūtur tàm uiri quàm mulieres. Viris autem succurrimus decoquendo nasturtium aquaticum: facimus, cataplasma, & pectini superponimus: & in eius decoctione iubemus sedere patientem. Mulieribus uerò eadem passione laborantibus, facimus suffumigiū ex menthastro, nepita, & pulegio. Item tàm uiris, quàm mulieribus facimus stupham, in qua bullierint iuniperus, nepita, pulicaria, menthastrum, folia lauri, pulegium, absinthium, & arthemisia: & in balneo damus benedictam simplicem: & sic liberabitur patiens. Nisi fiat impedimentū per lapidem confirmatum eijciendo arenulas, & se purgando per urinam.

De Lapide. CAPVT XXXVIII.



I autem lapis adesset, decoquimus saxifragiam cū radice graminis in aqua ad consumptionē medietatis: de qua decoctione damus lapidosis id potandū. Et si uinū appetunt, concedimus eis ipsum lymphare cum huiusmodi aqua Et hoc facimus bis uel ter in die, continuando per quatuor uel quinq; dies. Quòd si tunc non minxerit, erit signum lapidis confirmati. Tunc ergò si fuerit in collo uesicæ, accipe maluam, cretanū, cauliculū agrestem, saxifra-

giam,

gíam,paritariam,naſturtium aquaticum,ameos,& ſemen urticæ:& decoque iſta
in liquore,cuius tertia pars ſit uinum,& tertia oleum,& quarta aqua marina, uel
ſalſa.Cum hac ergò decoctione fomentetur patiens benè,maximè circa partes il-
las apponendo herbas . Hac cura fuit quidam liberatus habens lapidem in ueſi-
ca,quem poſt longam fomentationem fecit ſugendo extrahi per foramen factũ
circa peritoneon,& fecit inungi uirgam,& maximè caput uirgæ cum oleo lauri-
no,uel unguento aureo.

De Dyſenteria. CAPVT XXXIX.

FIt dyſenteria quandoq; ex cholera:quandoq; ex phlegmate. Cu-
ra igitur dyſenteriæ phlegmaticæ eſt:ut primo ſuffumigemus cũ
thimo,epithimo,uel colophonia: poſtea fomentemus cum eruca
agreſti.Contra dyſenteriam uerò ex cholera, Recipe flores roſa-
rum rubearum,decoquantur in aqua pluuiali;in qua decoctione
intingatur cotum,ſeu bombax,& ano imponatur.

De Pediculis naſcentibus in pectine,& ſub aſellis,& circa oculos. CAPVT XL.

AD pediculos,qui in pectine,& ſub aſellis naſcũtur. Diſtemperamus
cineres cum oleo inungẽtes illa loca.Contra pediculos uerò genera
les circa oculos,facimus unguentũ ſatis ualẽs ad expulſionẽ eorum , & ruborem
oculorũ,et ad mitigationem doloris eorũ, Recipe aloes,unc.i.ceruſę,olibani,ana
unc.ß.laridi quod ſufficiat,larido minutim contrito;cętera pulueriζata imponan
tur,& fiat unguentum.

De Scabie coxarũ,uel & aliarum partium. CAP. XLI.

AD hanc infectionem cutis ualet tale unguentum . Recipe radicẽ enu
læ,aceti,argenti uiui,olei ana ad placitum,cum axungia ſic conficien
do.Radix enulæ mundetur,& incidatur minutim: & poſtq; ſatis de-
cocta fuerit in aceto,teratur in mortario cum axungia: poſtea argentũ uiuũ pona
tur cum oleo & cum aceto in quo cocta ſit enula:diſtemperetur. Valet hoc un-
guentum illis,qui per pruritum ſe ſcalpendo excoriant.Notandum tamen:quòd
ſi quis hoc unguento ſe unxerit,aquam frigidam in ore teneat , ne dentes lædan-
tur ab argento uiuo,quod circumquaq; fluit.

De Cancro. CAPVT XLII.

CAncrum,ubicunq; ſit in corpore,mundamus,& puluerem factũ de
cimino,& uiridi ære ſuperaſpergimus,ut decet. Poſtea locum infir-
mum deſiccatũ inungimus hoc unguento. Recipe olibanũ,maſticẽ,
ceram,oleum,picem græcam,galbanum,aloen,abſinthium,arthemiſiam , parita
riam,rutam,ſaluiam. Conficiantur ſic. Terantur herbæ,& infundatur oleum, &
miſceatur ſuper ignem:& cùm fuerit in ſupremo calidũ, oleum coletur , & iterũ
igni apponatur:& cùm incipiet bullire,apponat̃ cera:& poſtea cætera pulueriza
ta,& decocta colentur & ſuperponatur hoc unguentum. Signũ autem decoctio-
nis eſt,cùm gutta ſuper marmor poſita reſederit , & indurauerit . Et nota : quòd
loco cancroſo folia hederæ ſilueſtris ſatis ualent in uino decocta,& ſuperpoſita.

De Cancro naſi. CAPVT XLIII.

AD Cancrum naſi.Recipe pallam marinã,ſaluiam,colophoniam,her
modactylos,atramentũ,id eſt , terram Campaniæ,omnia æqualiter:
& pulueriza.Sed antequàm puluerem iſtum ponas,ablue locũ cum
no calido,in quo coctũ ſit abſinthium:poſtea pone deſuper puluerẽ prędictũ.

De for-

De formicationibus & fironibus.
CAPVT XLIIII.



AD formicationes & firones ubicunque sint in corpore, maximè in facie, & in fronte, frumentum distemperamus cum uino, puluere Olibani apposito: & ad modum emplastri loco apponimus.

De inflatione pedum. CAPVT XLV.



Contingit aliquando pedes inflari ex dolore matricis. Tunc accipe tribulos marinos, & coque in aqua marina uel salsa, & fumiga sæpe pedes: & post fumigium cùm fomentum erit tepidum, laua bis pedes.

De inflatione uirgæ uirilis, & testiculorum.
CAPVT XLVI.



Sunt quidam qui in uirga uirili patiuntur inflationem, & sub præputio foramina multa cum excoriatione: quibus sic subuenimus. Maluam in aqua bullimus: & bullitã exprimimus, ut nihil aquæ remaneat. postea pistamus cum sanguine calido, uel butyro sine sale, uel oleo, & igni apponimus: ac calidum super folijs caulium, & super pannum lineum positum, membrum uirile circumdamus. Et hoc tale sit remedium ad inflationem tollendam. Deinde præputio euerso, cum aqua calida lauamus collum præputij ulcerosum, & puluerem de pice græca, & carie lignorum, uel uermium, & rosarum, & de radice tapsibarbati, & myrtilli superaspergimus. Quod si deesset myrtillus, alia quatuor sufficiũt. Et hoc sic fiat bis, uel ter singulis diebus, donec sanet.

Ad testiculos uerò inflatos fiat talis fomentatio. Accipe maluam, absinthium, uerbenam, bismaluam, cassilaginem, arthemisiam, & caules: hæc omnia coquantur in uino forti, uel ueteri: & inde fomentabis bis uel ter in die: & eas herbas pista, & misce cum melle, & bullias: & hoc totum cum uino superpone.

De pustulis paruis puerorum. CAP. XLVII.



Quando pustulæ nascuntur pueris paruæ, tunc illæ cum sale trito solui debant, & cum fascia ligari, ut resoluantur: quibus pueris nec unctuosa, neque dulcia dari debent. Si uerò in corpore pueri antrax apparuerit: detur nutrici aqua hordei, & quandoque scarificetur. Similiter & ipsa neque dulcia, neque salsa comedat. Quo casu lac nutricis hoc modo debet cognosci. Si gutta una distillata super unguem nec nimis subtile, nec nimis liquidum, nec nimis grossum, nec nimis cõagulatum apparuerit, habens bonum odorem, & puram dulcedinem. Salsum autem lac, aut malè redolens, infantis nutrimento non est conueniens.

De fœtore oris. CAPVT XLVIII.



AD fœtorem oris uitio stomachi, summitates myrtæ terantur, & coquantur in uino, usque ad medietatem: & stomacho mundato tale uinum propinetur.

De casu Vuulæ. CAP. XLIX.



His qui casum uuulæ patiuntur, sic subuenimus. Puluerem zinziberis, pyretri, & cinnamomi decoquimus in uino, & facimus gargarizare, & puluerem horum calidum uuulæ apponimus.

De uerme Manuum & Pedum. CAP. L.

AD eijciendum uermem de manibus & pedibus, scilicet syronem, Accipe laterem calefactum, & aliquod uas plenum aqua: & postea super laterem candentem ponatur semen iusquiami: & patiens teneat pedes super fumum, & uidebis uermes quasi pilos in aquam cadentes. Item ad idem, accipe paleam auenæ, & comburem in cineres: postea apponatur aqua calida quantum patiens poterit sustinere, & in ea teneat pedes quousque infrigidentur. Postea coletur, ita quòd nihil aquæ remaneat, & stringantur benè cineres, ut aqua exeat: & separentur paulatim: & inuenies uermes instar fili per fumum iusquiami expulsos. Sic similiter cadunt syrones manuum. Nota quòd si locus corrodatur à uermibus: accipe paleam, & incinera, & postea ponatur in aquam calidam: & in illam aquam, quantum calidam sustinere poterit, collocet patiens membrum, & exibunt uermes: postea curetur locus, ut aliud uulnus

De Surditate aurium. CAP. LI.

AD Surditatem aurium, accipe pinguedinem anguillarum recentiũ, quæ apparet post decoctionem illarum, & succum caprifolij, & barbæ Iouis, & ouorum formicarum, plenam palmam: tere, & cola: & hæc omnia simul cum oleo misceantur, & decoquantur. Post decoctionem admisceatur ei acetum: ut magis sit penetratiuum, uel uinum quod sufficit, & auri sanæ infunde: & oburetur auris infirma, & super sanam iaceat partem: & maneat, ne uento appropinquet. Et fac illum per aliquantulum tempus super aurem sanam iacere: & iterum super infirmam.

De Glandulis. CAPVT LII.

AD Glandulas arthemisia calefacta simul trita, & superposita, glandulas dissoluit. Quæ etiam in uino trita, & in melle cocta, glandulas faciei superposita mollificat, maturat, & attenuat.

De Hęmorrhoidibus. CAPVT LIII.

AD hæmorrhoides innatas uitio partus, accipe absinthium, abrotanũ, casiam ligneam, casiam fistulam, coquantur fortiter in uino, & facias mulierẽ ibi balneari: & cùm exierit de balneo, accipe puluerem aloes contectum cum oleo muscellino, uel pulegino: & intinge bombacem, & superpone. Aliter, accipe sotulares ueteres, & pineam herbam, & coquantur ea in uino, & inibi fac sedere eam quàmdiu pati poterit: & cùm exierit de fomento, accipe alumen album puluerizatum, & suppone. hoc enim ita consolidat, ut reddat uiolatam plusquàm uirginem.

De dolore Dentium. CAPVT LIIII.

AD dolorem dentium, & eos confortandos si moti fuerint, Recipe salis armoniaci drach. xt. costi, drac. xiiij. melon, piperis, drac. iiij. folij, drac. ij. Confice sic. Sal & fursur in olla dimitte donec carbonescant: & cùm infrigidatum fuerit, cum cæteris speciebus tere, & in puluerem subtilissimum redige, & inde dentes, & loca ulcerosa frica. Item aliud, & est pimpinella, uel succus eius. dentes enim optimè dealbat. Similiter herba eius trita, & apposita tumorem gingiuarum emendat.

De Fistula. CAPVT LV.

EXperimentum probatum ad Fistulam. Accipe foliorũ caulis rubei, & seminis eiusdem, radicis rubeæ maioris, ana partes æquales: terantur, & in uino optimo decoquantur usque ad tres partes, fiat colatura,

 & addito

& addito melle coquatur ad spissitudinem. dentur quotidiè duo coclearia, mane & sero patienti. Nota quòd si fistula fuerit in aliquo loco, cuius cannale penetret ad oculos, ut iuxta nasum, incurabilis est, quia nec incisionem, nec aliquam medicinam ibi administrare possumus, propter teneram substantiam oculorum. Quidam tamen testantur, quòd talis fistula posit curari per solam agrimoniam, ex multo usu habitam, siue in potu, siue in puluere. Ad idem ualet Filipendula, & grana in fine radicis eius inuenta.

De Scabie manuum. CAPVT LVI.



D Scabiem manuum sanandam accipe lapatium acutum, & fumum terræ, confice in modum unguenti cum axungia porcina, & butyro facto in maio, quo inunge manus.

De ornatu Faciei, & partium eius: adq; faciem dealbandam. CAPVT LVII.



Adicem accipe draguntee, & munda, & radicem iari, ana, tere in mortario cum axungia, & distempera cum aqua calida, & cola per pannum, & postea bene moueas, & sic stet per noctem: & in mane aquam suauiter remoue, aliam infundendo aquam: ad cuius unguenti confectionem optima esset aqua distillationis florum caprifolij. & hoc reiterando continua per quinq; dies, ad reprimendam maliciam eorum, quæ possent inferre faciei læsionem. Sexta uerò die abiecta aqua, expone, ut desiccetur. Postea accipe prædictæ confectionis, unc. ij. cerusæ, unc. i. camphoræ, unc. ß. boracis, gummi arabici, ana drac. i. Dissoluatur borax in aqua rosacea, fricando inter manus: & postea distemperentur hæc omnia cum aqua rosacea. De quo faciem dealbando accipe ad quantitatem fabæ, & distempera cum pauca aqua frigida inter manus fricando, & cum ambabus manibus faciem illinias, prius facie lota cum aqua & sapone. deinde cum aqua frigida aspergatur, & pannus subtilis superponatur, siue in mane, siue in sero hoc fiat: & talis decoratio faciei per tres uel quatuor dies durat.

Decoratio faciei. Vnguentum ad faciem dealbandam, Recipe cerussæ optimæ, unc. ij. teratur, postea cribelletur per pannum, & quod in panno remanebit, abijciatur: & aqua pluuialis admisceatur, & coquatur usq; ad consumptionem aquæ. quod potest cognosci, quando uidebimus id coctum ferè esse desiccatum. tunc infrigidetur, & huic infrigidato & desiccato addatur aqua rosarum: & iterum bulliat quousquè fiat durum, & spissum, ita quòd inde posint formari pilulæ minutæ. & cùm uolueris inungi, accipe pilulam unam, & liquefiat in manu cum aqua, & inde fricetur facies bene, ut desiccetur: deinde cum aqua pura abluatur, & hoc durabit per octo dies.

Rubedo faciei. Secundo ad faciem rubificandam, accipe radicem uiticellæ, & munda, & incide minutim, & desicca. Postea pulueriza & distempera cũ aqua rosacea, & cum bombace, uel panno lineo subtilissimo illiniendo: inducit ruborem faciei. Mulieri autem satis albæ si rubore careat, facimus colorem rubeum, ut submentita, uel palliata specie albedinis color rubeus, quasi naturalis appareat.

Rugæ. Item ad rugas faciei uetularum, accipe spatulam. i. gladiolum, & succum extrahe, & cũ illo succo in sero faciem inunge, & in mane erit cutis eleuata, & rumpetur. Quam rupturam curamus cum prædicto unguento, in quo radix lilij recipitur, & puluere cutim extrahẽdo, quæ post rupturam lota satis apparet subtilis.

Lentigines. Item ad lentigines faciei, quæ sunt ex accidenti, accipe radicem draguntieæ, & in puluerem redige, & ossa sepię, & olibanum, & de omnibus istis fac puluerem, & cum

& cum pauca aqua miſce: & inde manus illinias fricando in mane cum aqua ro-
ſata,uel aqua ſurfuris,uel cum mica panis fricando,donec remoueas. Aliud. Po-
ne in acerrimo aceto oua ſeptem integra,& tàm diu dimitte ibi, donec exterior te
ſta in modum interioris pelliculæ molleſcat,& cum eis admiſce pulueris ſinapis,
unc.iiij.& ſimul tere,& inde faciem inunge frequenter. Item ad tollendas rubo-
res faciei. Sanguiſugas,quæ uariæ ſunt,apponimus in calamo, loco prius loto cũ
uino,cui debent adherere,ſcilicet circa nares,& aures ex utraq; parte,aut uento-
ſas ponimus ſuper ſcapulas. Item ad uenas,quæ apparent in facie, uel in naſo. Venæ faciei.
Accipe de ſapone partes quatuor,& quartam partem de pipere, & puluerizata
apponimus loco,& prædicto modo curamus. Item ad aſperitatem faciei ex ſole,
uel uento,& ad eàm dealbandam et clarificandam. Accipe ſepum ceruinum,bul
liat in aqua,deinde in aliam aquam coletur, & colatum diu manibus malaxetur,
& tunc adde puluerem criſtalli & uermicis. Nota ſingulare unguentum ua-
lens ad ſolis aduſtionem,& quamlibet fiſſuram,maximè ex uento, & contra pu- Solis aduſtionem.
ſtulas faciei ex aere,ſimiliter contra maculas,& excoriationes faciei,quo utuntur
mulieres Salernitanę. Recipe radicem lilij,unc.i.ceruſę,unc.ij.maſticis,olibani,
ana unc.ſ.camphoræ, drac.i. axungiæ,unc.i.aquæ roſatæ.q.ſ. Conficiantur ſic.
Radix lilij mundata decoquatur in aqua,& hæc extracta benè teratur, axungia
uerò liquefiat ad ignem,& benè colata,& à ſale mundata:ſimul hæc duo diſtem-
perentur prius,addendo ceruſam in aqua roſacea diſſolutam: deinde reliqua,ſe-
cundàm artem puluerizata, & fiat unguentũ. Hoc igitur unguento ſolent præ-
dictæ mulieres ſe ad ignem inungere in ſero,ut in mane à prædictis,ſcilicet,à ſo-
lis aduſtione,& fiſſuris,& puſtulis,& huiuſmodi,tàm per aërem, quàm per ſolis
ardorem illeſæ,de die permaneãt. Id enim eleuat cutem,& pulchrè colorat. Neq;
mane lotionibus, uel aliquibus alijs eſt opus ad remouendum à facie: quoniam
non derogat colori quoquo modo. Valet etiam ad repreſsionem puſtularum
in leproſis,& ſatis mundificatiuũ eſt. Quoniam huiuſmodi ornatus, mulieribus
in frequenti uſu eſt. quia ſi fuerint deformes,paleat cas. Ideò notandum, quando
uoluerint ſe ornare,primo abluant faciem cum ſapone gallico, & cum aqua cali-
da,& cum colatura furfuris,& hoc fiat in balneo: poſtea inungant faciem prius
deſiccatam cum oleo de tartaro,continuando per ſeptem noctes,et totidem dies,
uel etiam per quindecim,ſi uultus multum fuerit pannoſus, & lentiginoſus. Et
quando uerecundantur inungere faciem de die, tunc ſolent ſe inungere de no-
cte,& mane lauare cũ aqua tepida,in qua reſoluta fuerit pinguedo amidi, ad mi-
tigationem. Volens ergò Mulier faciem ſuam decorare, uadat ad balneum,
& intret ſtupham,ibiq; faciem inungat cum oleo tartarino, & ſic inuncta ſudet
optimè: poſtea lauet faciem, ut patet ex ſupradictis. Et ſi uoluerit tollere pilos Pili faciei.
in facie,tunc poſt balneum faciem ſuam bene deſiccatam cum panno, illiniat hoc
pſilotro. Recipe colophoniam & ceram,& in uaſe fictili reſolue: & his reſolutis
addatur parua gutta galbani,& diu coquantur, mouẽdo cum ſpatula. Deinde ac
cipe maſticem,olibanum,gummi Arabicum, & cæteris commiſceantur. hoc fa-
cto,ab igne deponatur,& cùm fuerit tepidum,faciem ſuam liniat: ſed non tangat
ſupercilia. Dimittat per horam,donec ſit infrigidatum,poſtea remoueat illud. ſub
tilat enim cutem,& pulchram reddit faciem,& pilos remouet, & omnem ſpurci
tiam reddit coloratam & lucidam. Item ad pannum remouendum poſt partũ, Pannus faciei.
illinias faciem cepa uel ſquilla,& inde cutis eleuabitur. eleuata autem cute ſepum
hircinum recens faciei ſuperpone,& poſtea eleuatam cutẽ remoueas. Aliud ad
pannum faciei remouendum. Accipe tartarum de uino albo fortiſsimo, & cum
rina pueri madefactũ ſtuppis inuolue,et cum paño lineo per noctem ſub cinere

calido dimitte: mane uerò proijcias pañum, & tartarum tere, & distempera cum melle, & unge faciem, ut supra diximus. Item ad cutem in facię subtiliandam. Accipe draguntеam, uel maluam tere, uel brioniam, pista fortiter, & postea misce cum melle albo, & fac bullire per duas horas, & in fine decoctionis adiunge puluerem camphoræ, boracis, salis gemmæ, cum spatula diu mouendo, & usui reserua, & utere facie lota in aqua tepida, uel furfure, ter in hebdomada, & in die Dominica de hoc unguento inunge. Recipe camphoram, radicem lilij in aqua elixam, & axungiam porcinam recentem, hæc omnia confice cum aqua rosaceo, & utere.

Cutis subtilitas.

Vermes faciei.

Item ad uermes faciei delendos, qui depilant. Accipe lapatij acuti, olibani, draguntеæ, ossis sepiæ, ana partes æquales: fac puluerem, & ter in hebdomada frica, prius tamen facie benè lota in aqua furfuris, & in die sabbati faciem bene laua cum albumine oui, & amido, et per unam horam in facie remaneat: prius laua cum aqua recenti, & illini eam.

Serpigo faciei.

Item ad serpiginem faciei accipe lapatium paruum, id est, acutum, pista fortiter, & frica locum patientem diu: postea accipe fursur, & infunde in aqua bullienti, & inde laua locum patientem, & postea desiccetur, & fiat tale unguentum. Recipe enulam campanam benè incisam, & in aceto diu decoque: postea pista fortiter, & immisce puluerem olibani, masticis, litargyrij, aloes, auripigmēti, cimini, argenti uiui extincti cum saliua, ana unc. iij. ossis sepiæ, unc. i. saponis & axungiæ, ana. q. s. Confice cum aceto, in quo cocta sit radix enulæ. Mulieres Salernitanæ ponunt radicem uiticellæ, id est, brioniæ, in melle, & cum tali melle inungunt faciem suam, & miro modo rubescit.

Aliter. Mulieres ornant facies & labia sua, accipientes mel despumatum, cui addunt parum brioniæ, uiticellæ, cucumeris agrestis, & parum aquæ rosaceæ. Hæc omnia usq; ad medietatem bulliant: quo unguento inungantur labia in nocte, & mane lauentur cum aqua calida. consolidat enim cutem labiorum, & eam subtiliat & reddit tenerrimam, & ab omni ulceratione pręseruat, & si ulcerationes in eis fiant, sanat.

Coloratio faciei.

Si uerò mulier uoluerit se colorare, tunc optimè fricet labia cum cortice radicis arboris nucum, & super dentes, & gingiuas: habeat bombacem, & intingat in colore composito, & cum tali bombace ungat labia, & gingiuas interius. Color autem compositus sic fiat. Accipe herbam marinam, de qua Sarraceni tingūt pelles in colore uiridi, hæc bulliat in uase fictili nouo cum albumine usq; ad tertiam partem: colaturæ addatur bresilium frustatim incisum, & iterum bulliat, & iterum dimittatur infrigidari. Et cùm tempus fuerit, apponatur puluis aluminis, & tunc in ampulla aurea, uel uitrea ponatur, & usui reseruetur. Hoc igitur modo tingunt mulieres Sarracenę facies suas, quibus unctis desiccatis, ponunt ad dealbandam faciem aliquid prædictorum, ut cerotum, uel aliquid aliud, & apparet color pulcherrimus admixtus rubori, & albedini.

Gutta oris.

Item ad guttam oris lauamus os cum uino tepido, dentes benè fricando: & hoc in mane, & idem facimus in sero, postea oleum rosatū circumdamus per noctem, & liberabitur in breui.

Dentes nigros.

Item ad dentes nigros & malè coloratos, Accipe cortices nucum maiorum bene mundatos ab interiori cortice, qui est uiridis, & fricamus ter in die dentes, & cùm benè fuerint fricati, abluimus os cum uino calido, & cum sale admixto, si placet. Similiter dentes sic dealbantur. Accipe marmor album combustum, & ossa dactylorum combusta, & uitrum album, & tegulam rubeam, sal, pumicem: & de bis omnibus fac puluerem, in quo lana succida inuoluta, in panno lineo subtili dentes interius & exterius frica. Aliud ad idem, quod dentes emundat & albissimos reddit. Patiens post prandium os lauet uino optimo: deinde benè exic-

care

care debet,& abftergere cum panno albo nouo:poftea mafticet quotidiè fenicu-
lum,uel leuifticum,uel petrofelinum.quod melius eft mafticare, quia bonū red-
dit odorem,& benè gingiuas emundat,& dentes facit albifsimos.
Puluis item ad dentes nigros dealbandos,& cōfirmandas gingiuas corrofas,
uel comeftas,& ad os malè olens, optimè facit. Recipe cinnamomi, garyophil. Decoratio
fpicę nardi,mafticis,thuris,frumenti,abfinthij,pedum cancrorum,ofsium dacty dentium.
lorum & oliuarum,ana partes ęquales,terantur omnia, & in puluerem fubtilem
redigantur,& inde loca fricentur. Ad idem, Recipe pumicis ufti, falis,ana drac.
x.cinnamomi,antifolij,ana drac.ij.micellis.q.f. pumicem, & fal cum fufficienti
melle commifce, & in patella rudi fuper carbones pone donec incendantur, &
aliæ fpecies in puluerem redigantur,& cùm opus fuerit,dentes inde fricentur.
Linimentum ad manus dealbandas, & leuigandas. Aphodilli decoquantur
in aqua ufq; ad confumptionem aquæ,& benè mouendo tartarū admifce, & po- Decoratio
ftea duo oua:& fiat linimentum,quo manus fricabis. manuum.
Item ad fœtorem oris,nota,fi mulier babeat os fetidum, caufa putredinis gin-
giuarum,illi fic fubueniendum eft. Accipe calcem uiuam,fulphur uiuum,& auri Fœtor oris.
pigmentum de calce & fulpbure, & puluerem cucurbitæ combuftæ, & piperis.
Et habeas peciam unam fcarletæ, uel alicuius panni rubei, eamq; minutim inci-
das,quanto plus poteris,& adde prædictis. Tunc habeas acetum fortifsimum,&
ponas in aliouafe fictili,& aliquantulum dimitte bullire:& poftea pone auripig-
mentum,deinde fulphur,poftea puluerem cucurbitæ, & piperis per interualla,
ad ultimum ponas peciam panni, & remoueas ab igne:& tunc extrahas ab olla,
& ponas fuper tabulas diuifim per paftilla,ad folem,& dimittas ficcari:de his aut
em ficcatis fiat puluis,& ponatur fuper gingiuas cancrofas & putridas,eis tamen
prius ablutis cum aceto tepido,in quo bullierit radix tapfi barbati. Putredine cō
fumpta,defuper fpargatur puluis cinnamomi,& rofarum rubearum. Ego autem
uidi quandam Sarracenam cum hac medicina multas liberare,quæ accipiebat pa
rum de folijs lauri,parū de mufco, & iubeat mulieres tenere fub lingua,ne per-
ciperetur ab eis grauis anhelitus. Id ego quoq; laudo, ut mulier teneat hoc medi-
camen fub lingua die & nocte, maximè quando debet coire cum alio. Si autem
fœtor oris fuerit caufa ftomachi,uel inteftinorum,fic curetur. Fiat puluis de me-
liori aloe quod inueniri poterit, & diftemperetur in modum fyrupi, cum fucco
abfinthij,de quo accipiat quotidiè,fole oriente. 4. coclearia:quibus acceptis acci-
piat totidem de melle,& fanabitur.
Item ad remouendas labiorum fiffuras, debent ipfa perungi cum oleo rofato,
uel femine lini decocto in ciclamine concauato, & etiam ex femine faxifragiæ cū Labiorum
fucco centaureæ,uel ariftolochiæ rotundæ trito liniantur. Ad idem ualet fuccus fiffura.
abfinthij. Contra fiffuras autem labiorum,propter nimios amplexus, & ofcula-
tiones amantium,ualèt inunctio facta de mufcilagine, feminis pfilij: uel unguen
to de lilio. Si uerò tales fiffuræ fierent ex uento,uel aëre, & fimilibus caufis, tunc
liniantur labia cum melle,& poftea fuperafpergatur puluis colophoniæ. Vel ac-
cipe nucem magnam,& decoquatur fub cinere calido,& nucleus teratur, & fiffu
ris apponatur,admixto oleo tartarino, & fanabitur. Item ad labiorum grofsi-
ciem fiat eorum attenuatio cum unctione mellis: aut aqua, in qua bullierit radix
draguoteæ,ireos,uel fcrophularia,uel etiam amidum,in mulfa diffolutū, & pul-
uis marmoris,& puluis pumicis afsi,& ofsis fepiæ,mifceantur, & ungatur locus
mixto puluere algithiræ(id eft,dragaganti)cum maftice ficcatæ. De his ergò be-
ne ficcatis fiat puluis,& ponatur fuper gingiuas cancrofas & putridas, prius be-
ne ablutas cum aceto tepido,in quo bullierit radix tapfi barbati, Putredine autē

consumpta, habeat puluerem cinnamomi & rosarum, & desuper aspergat.

Inflatio faciei. Item ad subitam inflationem faciei, sufficit sola aquę calidæ suffumigatio. Similiter ad inflationem eiusdem, & oculorum, accipiatur axungia recens, & cum senatione teratur, & superponatur. Et hęc de ornatu faciei & eius partiū sufficiant.

Decoratio capillorum. Vnguentum ad Capillos aureos faciendos: Recipe medianum corticem sambuci, flores genestæ, crocum, uitella ouorum, hæc coquantur in aqua, & quod supernatauerit, colligatur, & inde capilli inungantur. Item ad capillos candidos faciendos. Apes quàmplures in olla noua include, & ita incende, & cum oleo tere, & inde caput unge. Ad idem ualet agrimonia trita cum lacte caprino. Item ut capilli crescant ubiuis, accipe panem hordeaceum cum crusta, & sale, & adipe ursino: tere, sed prius combure panem hordeaceum, & ex tali mixtura unge locum, & crescent capilli.

Flaui. Item ut capilli fiant flaui, Recipe corticem nucis exteriorem, & corticem interiorem ipsius arboris: & coque in aqua, & cum ipsa aqua alumen distempera, & gallas: & cum istis distemperatis caput prius lotum linias, folia superponendo, & cum fascia ligando per duos dies poteris sic colorare. Et pectina caput: ut quod capillis adhæret, tanquàm superfluum recedat. Postea appone tincturam quæ fit de croco orientali, sandalis, alcanna, cuius maior erit pars distemperata cum decoctione bresilij, & sic remaneat per tres dies, & quarta die abluatur cum aqua calida, & nunq̃ de facili remouebitur. Vel accipe radicem chelidonię & agrimonię, & rasuram buxi, & superliga stramen auenæ: deinde cineres auenæ, uel uitis, & fac lixiuium, & caput laua. Vel recipe radicem chelidoniæ, & rubeæ maioris, ana partes æquales, tere, & cum oleo in quo diligenter ciminum, rasura buxi, chelidonia, & parum croci sunt cocta, distempera: & caput unge, & unctum maneat die ac nocte, & laua cum lixiuio, facto de cinere caulis, & paleæ hordei. Item fęcem uini albi coque ad spissitudinem ceroti cum melle, & unge capillos. Si uis eos habere flauos, prius prędicto modo parentur, ut inueniantur habiles ad tincturam. Postea gallæ cum oleo ponantur in testam, & comburantur, deinde puluerizentur: & imponantur aceto, in quo positum sit atramentum, quod fit in Gallia, & simul distemperentur. Item ad idem. Puluerem galangæ cum succo nucis misce, & fac bullire, & inde fiat inunctio ad tincturam capillorum. Item flores myrtæ, & gallitrici coquantur in aceto, & ungatur caput. sed caueat à uino forti, & à forti

Crispi. lixiuio, quia capillos corrumpit & corrodit. Item ad capillos crispandos teratur radix ebuli cum oleo, & inde caput ungatur, & cum folijs eiusdem superligetur caput. Item, ut capilli fiant spissi, accipe agrimoniam, & corticem ulmi, radicem uerbenæ, radicem salicis, abrotanum, semen lini combustum, & puluerizatum, radicem cannæ. hæc omnia decoque cum lacte caprino, uel aqua, et ablue inde locum prius rasum. Item stipites & radices caulium pulurizentur, & cum eis admisceatur rasura buxi uel eboris pulurizata, et ex istis pulueribus fiat lixiuium,

Longi. quod facit capillos aureos. Item ad capillos longos faciendos, teratur radix alteæ cum axungia porcina, & diu bulliat in uino: postea apponatur ciminum bene tritum, & mastix, & uitella ouorum benè cocta, parum simul miscendo: & postquā cocta fuerint, fiat colatura per pannum lineum, & dimittatur donec infrigidetur. deinde pinguedo supernatans accipiatur, & inde caput benè ablutum ungatur.

Contra syrones capillorum. Item ad syrones capillos rodentes, Recipe flores myrtæ, genestæ, gallitrici, coquantur in aceto usq; ad aceti consumptionem, & inde extrema capillorum assiduè fricentur. Hoc idem remouet fissuram capitis ex eo benè abluti. Item lupini amari pulurizentur, & in aceto bulliant, & inde capilli fricentur intra manus, hoc enim syrones expellit & occidit. Cùm autem singulare studium sit Mu-

lieribus

lieribus ornare capillos,& poſt ornatum capillorum ornare faciem (cuius orna-
tus ſi fuerit pulcher,deformes paleat mulieres) pro illarum explenda uoluntate
recurre ad proximè narrata.

Quòd ſi mulier uelit habere longos capillos , & nigros , accipiat lacertam ui-
ridem , & reomotis capite & cauda decoque in oleo communi: & tali oleo inun-
gat .caput reddit enim capillos longos & nigros . Experimentum Saracenicum
ad denigrandos capillos. Accipe corticem mali granati , maximè dulcis : teratur
& bulliat in aceto,uel aqua: coletur,& huic colaturæ addatur puluis gallarum &
aluminis,in multa quantitate , ut fiat ſpiſſum in modum pultis , & hoc tali , quaſi
quadam paſta capillos inuoluat. poſtea ſurfur diſtemperetur cum oleo , & pona-
tur ſuper ignem in aliquo uaſe,quouſq; furfur totum fiat ignitum. hoc tale aſper-
gat radicitus ſuper caput,poſtea madefiat,& iterum caput in eadem colatura præ
dicta inuoluat,& dimittat per noctem , ut melius inungatur,poſtea abluatur , &
erit totum nigrum. Ad idem. Si mulier multos & nigros capillos habere uelit,ac
cipe pomum coloquintidæ,& abiectis carnibus , oleo lauri impleatur , addito ſe-
mine iuſquiami,& modico auripigmenti , & adiungantur ſæpè cineres . Si uerò
molles,& lenes,& ſubtiles habere uoluerit, abluat eos ſæpè cum aqua calida , in Molles.
qua ſit puluis nitri & orobi . Sed ut mulier ſuauiſsima , & planiſsima fiat , & ſine
pilis à capite uſq; inferius: inprimis eat ad balnea,& ſi non conſueuerit, fiat ei ſtu- Depiles.
pha hoc modo. Accipe tegulas,& lapides candentes , & eis in ſtupba poſitis ſede
at mulier in ea. Vel aliter. Accipe tegulas calidas,uel lapides nigros calidos,et po
nas in ſtupham,uel foueam factam in terra: tunc ſuperinſundatur aqua calida, ut
fumus reſoluatur,& ſuperſedeat Mulier benè circumdata pannis,ut ſudet. Cum
què benè ſudauerit, intret aquam calidam,& abluat ſe optimè,& ſic exeat à bal-
neo,& abſtergat ſe benè cum panno lineo. Poſtea inungat ſe totam hoc pſilotro,
Recipe calcem uiuam benè cribellatam , & de ea pone in uaſe figuli , uncias
iiij.& decoque in modum pultis: poſtea accipe auripigmenti , unc. unam , & ite-
rum coque,& proba cum penna an ſit ſatis coctum . caue autem ne nimis coqua-
tur,& ne nimis ſuper cutim moretur,quia maximum faceret ardorem . Sed ſi ex
pſilotro accidat cutem uri,accipe populeon cum oleo roſaceo , uel uiolarum , uel
cum ſucco ſemperuiuæ. diſtempera applicando , donec ſedetur calor , poſtea in-
ungatur unguento albo,donec ceſſauerit ardor. Aliud depilatorium. Calx uiua,
& auripigmentum in ſacculo lineo poſita bulliant , donec decocta ſint : hanc de-
coctionem probabis ut ſuperiorem. Si autem depilatorium ſit nimis ſpiſſum , ap-
pone aquam recentem ut rarefiat,et attenuetur. Nota quòd puluis ei-
us deſiccatus ualet ad carnes malas corrodendas , et etiam ad ca
pillos reparandos in capitibus tineoſorum. Sed prius cum
oleo uel melle capita eorum inungantur,deinde pul
uis ſuperaſpergatur . Item ut fiat perpetua ab-
latio capillorum , Recipe oua formicarum,auripigmentum rubeum , & gummi
hæderæ,cum aceto: miſce, & inde locum depilandũ fricabis. Vnguentum pro
Nobilibus quod pilos remouet , cutim ſubtiliat , & maculas auſert . Recipe ſuc- Capillos re-
cum foliorũ cucumeris agreſtis,& lac amigdalarũ: his in uaſe poſitis admiſce cal- mouere.
cem uiuam, & auripigmentum , ſubtiliter puluerizata: poſtea galbanũ cõtuſum
diſtemperatũ cũ modico uino,per diẽ & noctem,& cum ipſo decoque. quo benè
decocto remoueas ſubſtantiã galbani,& addas parũ olei,uel uini, et argenti uiui.
facta decoctione,remoueas ab igne, & puluerem iſtarũ ſpecierum appone . Re-
cipe maſticis,olibani,cinnamomi,nucis muſcatæ,garyophillatæ, omniũ iſtorum
ana partes æquales, Iſtud unguentum ſuauiter redolet, & lene eſt ad mitigandũ.

Hoc psilotro nobiles Salernitanæ uti consueuerunt. Cùm igitur mulier se totam hoc psilotro inunxerit, sedeat in stupha multum calida: nec fricet se, quoniam excoriarentur membra eius, sed cùm parum steterit, tentabit pilos euellere à pectine: si uerò leuiter non cadant, aquam calidam faciat super se infundi, & abluat se totam trahendo palmam suauiter. si enim cum impetu fricaret, cùm cutis sit tenera, ex psilotro cito excoriatur. Hoc facto intret aquam tepidam, & benè abluatur, deinde exeat: & tunc accipiat furfur distemperatum cum aqua calida, & postea colet, & super se fundat. Istud carnem mundificat, & lenit. Deinde lauet se aqua tepida, & stet parum ut cutis aliquantulum desiccetur. Postea accipiat alcannam cum albuminibus ouorum, & inungat omnia membra. hoc enim carnem lenit, & si qua fuerit ustura ex psilotro, hanc remouet, & lucidam reddit & suauem. & sic uncta stet parum, & tandem cum aqua calida abluat se, & postremò panno lineo albissimo inuoluta uadat ad lectum.

Capillorum ornatus & odor.

Post exitum quoque balnei ornet capillos suos, & imprimis abluat eos cum tali lixiuio. Recipe cineres uitis combustæ, nodos paleę hordei, & lignum liquiricię, ut melius lineant, & panem porcinũ: paleã, & panem porcinũ bulliant in aqua, de pane, palea & cinere repleatur olla, habẽs in fundo duo foramina, uel tria parua, aqua, in qua panis porcinus & palea prius decocta sint, superducta fundatur in olla, ut per foramina coletur. Tali lixiuio mulier abluat caput suum: post ablutionem dimittat siccari per se, unde capilli flaui, & lucidi fiunt. Cùm autem pectinauerit se, habeat hunc puluerem. Recipe rosas siccas, garyophil. nucem muscatam, cardamomum, galangam, hæc omnia puluerizata distemperẽtur cum aqua rosarum, & tali aqua aspergat capillos, & pectinet illos pectine, eadem aqua intincto, ut melius redoleant: & fusciculos faciat, & prædictum puluerem superaspergat, & miro modo redolebunt. Nobiles, tàm uiri quàm mulieres ferant muscum in capillis suis, aut garyophil. aut utrumque: cautè tamen, ne ab aliquo uideatur peplum: etiam cum quo caput ligatur, ponatur cum garyophillata, & musco, & nuce muscata, & alijs redolentibus.

TROTVLAE Finis.

Sequentia superioribus sunt addita. Quòd mirum in modum Sanitati, & conseruationi Visus conducant.

Pro Conseruatione corporis humani ab aliquot Infirmitatibus, Aqua mirabilis effectus.

CAPVT LVIII.


Ecipe aquæ uitæ de uino meliore distillatæ,lib.iiij. salis usti, lib. ij.sulphuris mortui,lib.ij.tartari albi,unc.iiij.de carbonibus ligni auelanæ,unc.iiij.salis petræ,unc.iij.Hæc omnia terantur, & cribellentur,& misceantur inuicem:& superfunde aquam uitæ supradictæ:& ponatur totum ad distillandum.

Operatio eiusmodi Distillationum.

Distillatio prima,attrahit uirtutes omnium spirituum: ut nullum animal uenenosum poterit appropinquare ei.In ea conseruantur carnes,pisces sicut in balsamo.Facit etiam recedere omnes lentigines,necnon & omnes maculas faciei: ipsamq; clarificat. Expellit etiam omnem scabiem corporis;mundificat quoq; omnes lachrymas oculorum.

Secunda distillatio expellit apostemata,& superfluitates corporis. Dentes inualidos expellit,& sanat. Expellit etiam inflaturam epatis.

Tertia Distillatio expellit omnes maculas,& omnem lepram. Anhelitum fœtidum,& omne flegma stomachi purgat,utputa cibum indigestum.

Quarta distillatio expellit sanguinem cõagulatum in corpore, similiter & sanguinem refrigeratum.

Quinta Distillatio expellit morbum caducum à corpore humano.

Sexta Distillatio expellit omnes languores & infirmitates ex parte Guttæ accidentes.

Septima Distillatio expellit Podagram.

Octaua Distillatio præualet Balsamo. Quod benè referues.

Nona Distillatio ualet & reseruat Epar; si aurum in ea soluatur.

Decima Distillatio. Si una gutta istius aquæ ponatur in cyphum in quo sit uinum,& quod cyphus sit deauratus; inuenitur ibi spuma natans supra uinũ,quod est purum aurum. Et omne illud quod tingitur cum eo, est aurum pulchrum.

Notandum tamen: quòd post quamlibet distillationem, fęces debent teri & cribellari,sicut in principio.

Aqua alia, seu Balsamus ad idem fermè.

Recipe Terpentinæ tribus uicibus distillatæ: ultimo coniunctim, lib.i. ligni aloes similiter tribus uicibus distillati,lib.i.ambræ crudæ, lib.i. muscatæ tritæ super lapidem ad modum liquidi unguenti,cum eisdem superaddito oleo, ut fiat unum corpus. Et distilla nouem uicibus. Balsamum hunc conserua, quoniam ipsum est perfectum,& sustinet.

Primo,omne iudicium ignis & aquæ.

Secundo,Manum penetrat.

Tertio,ungendo faciem,iuuentutem conseruat.

Quarto,omnem incisionem consolidat.

Quinto.Oculos mirè purificat.

Sexto,ungendo cum ea totum corpus, nunquàm putrescere ferunt; necuermes ipsum ascendere.

Hermes philosophus posuit,Et ego feci,& probaui:& est uerissimum.

Aqua alia per quam Medicus mirabilia facit, & quasi propheta reputabitur.

Recipe limaturam argenti, æris, ferri, plumbi, chalybis, auri, ſpumæ argenteę & aureæ, ſtoracis, ſecundùm diuitias & paupertates patientis. Ponantur primo in urina pueri uirginis primo die. Secundo die in uino albo calido. Tertio die in ſucco feniculi. Quarto die in albumina oui. Quinto die in lac mulieris lactantis puerum. Sexto die in uino rubeo. Septimo in ſeptem albugina ouorum. Et hoc totum ponatur in Capellam ad lentum ignem: & quod diſtillauerit, ſerua in uaſe aureo, uel argenteo.

De laude aquæ huius eſt ſilendum. quia emi non poteſt. Virtus enim eius palliat leproſos. Lepram enim puram ſanat, & deſtruit. Omnem maculam delet. Conſeruat iuuentutem, oculum pulchrum facit. Super omnia taceo de ſecreto huius aquæ. quia timeo, ne habentes ſuperbia extollantur.

Puluis ad conſeruationem Viſus. CAPVT LIX.

Recipe betonicæ, rutæ, chelidoniæ, ſaxifragiæ, leuiſtici, puleĝij, aniſi, cinnamomi, euphraſiæ, ana M.1. cardamomi, zinziberis, feniculi, petroſelini, hyſopi, origani, ſileris montani, ana drach.1. galangæ, unc.1. Zuccari, unc.1. Ex iſtis fiat puluis, & cum cibo continuè ſumatur: & uiſus recuperatur, & ſeruatur.

Puluis prædictus ordinatus eſt per Magiſtrum Geraldum: cuius probam ſenex expertus eſt: qui annis duodecim uſus fuit ſpecillis uitreis, ita quòd groſſas literas ſine ipſis uidere non poterat: ſed poſtquàm uſus eſt hoc ipſo puluere, ſola una Quadrageſima liberatus eſt: intantum, quòd toto tempore uitæ ſuæ uidit & legit literas minutiſsimas.

Ad Viſum item.

Recipe tutiæ præparatæ, drach.1. Maſticis, drach.ſ. karabe, ſcrup.1. camphorę, ſcrup.ſ. uitrioli albi, ſcrup.ĳ. fiat puluis omnino ſubtilis, ut athohol. ponatur in quartam partem aquæ roſatæ optimè diſtillatæ ad Solem tribus, aut quatuor diebus. Serua in uitro benè obturato: & manè, 1. uel. 2. guttas in hirquos oculorum impone.

Index Capitum TROTVLAE.

Honora M E D I C V M propter necessitatem. Altissimus enim creauit illum: qui & de terra creauit M E D I C I N A M: & uir prudens non abhorrebit eam. Ecclesiastici, 38. a



❡OCTAVIVS HORATIANVS Medicus, EVPORISTO.

NVPERRIME collegę Olympij exhortatione prouocatus, cō- A
feci nōnullos pręsentaneę libellos, quos uel mediocris fama retinet, sed
græco stylo, quam medendi industriam sermone claro hæc natio publi
cauit. In his igitur uoluminibus non studium teneo gloriæ, neq; enim elo
quentiæ hic opus est, sed laboris. Quippe quia fragilitas humani cor-
poris remedium efflagitat, & celeris beneficij natura consentiente com-
poni. Non omnis enim ualetudo medendi patitur tarditatem. Quapro
pter amice charissime, quæ ornatui nostri corporis, uel saluti procuran-
dę, custodiendęq; conueniant ordinata remedia, nunc in tuam gratiam
nostro sermone digessi, non sine famæ lucro, ut arbitror. Ipsum enim in
utroq; genere Opus, plures testes habebit quam iudices.

❡OCTAVII HORATIANI, in Primum Operis sui librum, qui LOGICVS dicitur, ad EVPORISTVM PRAEFATIO.



I MEDICINA MINVS ERVDITI
ac rustici hominis, natura tantū imbuti, non etiam phi B
losophia occupati essent, leuioribus ægritudinum in-
commodis uexaremur, & faciliora remedia caperentur. Sed hæc uia ab
illis omissa est, quibus eloquentię studiosis, scribendi ac disputandi glo
ria maior fuit. Nam scire uelim, qui fieri possit, ut cum quid rectum, aut
contrarium, quid salubre, aut incōmodum sit, huiusce artis professo-
res inter se dissentiant, diuersorumq; sentētias singuli seruare conentur,
iactetur æger magna tempestate morbi: tunc nostri collegij caterua con
currit, tunc nos pereuntis admiratio possidet: nec cōmunis naturę con- In medicos argutulos & scholasticos.
ditio conuenit, sed tanquā in circo & agone, alius eloquentia, alius dis-
putando, alius destruendo, quisq; inanem gloriam captat. Interea dum
hi inter se luctantur, atq; æger sic casui proprio datus, nonne uidetur na
tura ipsa rerū hæc dicere, O frustra occupatū mortaliū genus: occiditur
æger, non moritur, et mihi fragilitas imputatur? Sunt infiniti morbi, sed
desunt remedia? Latent in fruticibus uenena, sed non germinant salutis
officia? Absit hoe. Nescio quæ perturbat rerum disputatio, atq; iste lo-
quacitatis uanus amor. Hæc ego saluti mortalium remedia nō dedi, sed
magna femina, ac frugum, herbarumq; potestates, et quicquid propter
homines genui, hæc dixi. Nō ut tibi amice, error noster sit charior, quia
ægrotis certandi studium, & infructuosa uerba deferimus. Hinc est,
ego huiuscemodi opus aggressus sum, ut facilioribus, potiusq; natu-
ralibus medicemur remedijs: ut disputatione garrula careat Medicina,
iactanti oratione miseros & afflictos teneamus: hoc est, euporistis, suc

C cis, tritico, farina, & hordeo, herbisq; uarijs, uel metallis, & similibus cæteris, quibus manifesta remedia natura signauit. Neq; enim quum ęgrotus quispiam afficitur, adhibendus est Pontus, aut interioris Arabiæ ostrea, uel castores, uel reliquæ fruges, quas orbis longinquus familiares habet. Ideo Medicinam etiam in uilibus herbis, parens natura disposuit: ut nullo bello, uel tempore medendi desit officium: quum ubiq; possit esse remedium. Hoc igitur uolumine bonam hominis ualetudinem expediui, & ut aiunt, rusticis curationibus firmatā, in uulgus exposui. In quo gratior est ægris Medicina, quam celeritas ac facilitas famulatur officij. Qua de re est nobis de Capite, tanquā ψίρχω, ad reliquam curam corporis descendendum, In quo quanto preciosior est satitas, tanto est molestior ægritudo. Si quis igitur in sene, & quantulęcunq; scientię medico, hanc simplicē curationis uiam, illaboratamq; miratur, nouerit me ☞ in utroq; genere facere, quam docere potius elegisse.

In hunc fere modum de scientia Medicinæ Cor. Celsus disserit in prȩfatione operis sui.

ℂ De infectionibus CAPILLORVM.

Caput I.

AD DENIGRATIONEM Capillorum. Spumæ argenti, terrę cimolę, calcis uiuę, sing. semiuncia, trita cum aqua. Identidem conteri facies usq; in pinguedinem mellis, & capillos linies. Linimentum uero cum siccare cœperit, loca fricando discuties, & lauabis ex pusca in qua terram cimoliam tritam cōmiscueris. Ne autē ustio D nem incurras, procura frequenter, ut quū lauare cœperis, loca ipsa oleo roseo irrigentur. Ferri purgationē, & rasuram plumbi uncias senas, in sextarijs tribus aceti uiscidi coques, ut ad medietatem coctura perueniat. De hac coctione frequenter loca lauabis, et oleo anethino contingeş. Ciconiarum oua in uas plumbeum adijcies, & agitabis: ex hoc capillos unges. Cum uero linimento siccauerint, ex aqua in qua betæ decoctę fuerint tepida, delauabis. Aliud. Capparis radicem confringes, & tribus diebus in lacte infundis asinæ: post uero coques molli uapore, usq; in mediam partem, & frequenter loca confrices. Fungos arboris nucis cōburi facies, ut carbo fiant: postea uero teras, mixto oleo quoad libuerit. Hoc utaris unguento diurno, ut ulterius albi non nascantur. Betarum rubearum cum radicibus suis libram. I. teras cum am̄oniaci salis uncijs II. & admisces olei cedrini uncias. III. ut confectio siccari nō possit: & uteris. Flauos uero Capillos si facere uelis, lupinos amaros in aqua per dies. XII. infundes: & postea ex hac aqua in balneis caput assidue lauabis. Alumen, quo infectores utuntur, cum aqua conteris, & capillos ex his infundito: quod permanere facies diebus tribus: postea lauabis ex aqua in qua nitrum resolueris. Sane si tibi multum rubri uisi fuerint, ex ea aqua lauabis in qua cimoliam terram resolueris. Si candidare aūt uelis, hyrundinum stercus, cum felle taurino contrita, loca continges frequentius. Sed hæc superflue nos ordinare, certissimum est. Cætei ū albi

Ne crines albescant.

Ad Capillos flauos.

Abli capilli.

prohibendi ſunt potius ꝙ procurandi. Sane ſi criſpare itēdis, Aſpho- A
deli radices in uino teris, & ex hoc frequenter infundis.

ℭ De CAPILLIS cadentibus. Caput II.

INSTRVAM etiam de Capillis cadentibus, qui aut longa æ-
gritudine, aut abundantia uaporis cadentes, ante ſenilem ætatem
nudare caput conſueuerunt. Ordinamus itaꝙ confectionis genus, quo
non ſolum cadentes retineri, poſſideriue poſſint, ſed etiam forte qui ce-
ciderint, reparentur. Accipies ꝙ plurimas Napas, & in uaſe fictili clau-
ſas incendes: & poſtea cum oleo conteres, & caput illinies: ſane ſollici-
tus, ne frontem tangas, ob tumores emergētes: licet falſo tumore terrea-
ris. Melanthion ſuper carbones cum torrueris, teres, & cribrabis, & Vt crines
cum aqua commixto, caput illinies. Hoc & alios innaſci faciet ꝙ maxi- creſcant.
me. Si ſupercilia curare uelis, Ladanum cum uino teri facies, & oleum Ad Super-
myrteum admiſcebis, & uteris ut pinguiſſimo linimento. Nuces uiri- cilia.
des immaturas quaſſabis, & eas in oleo fremiali infundes, & aluminis
humecti tertiam partem, & in uaſe fictili nouo repones diebus. 20. in
ſubdiuali: & poſt uteris unguento probato Nigræ myrti folior ũun-
cia. I. gallarum quaſſatarum unc. II. ſimiliter in oleo infundis ut ſupra,
& uteris. Hoc etiam ſupercilijs utile eſt quod Græci περχίανις appellant.
Herbam Periſtereon cum radicibus ſuis ſiccatas teris, & cribras, & o- B
leo cōmiſces, et uteris. De experimentis. Adeps urſinus, cum ladano
& adiantho ſubactus, illituſꝙ, capillos effluere non patitur. Et ſandara- Ne Capilli
ca cum aceto contrita, idem facit. Capita muſcarum cum melle contri- cadant.
ta, par beneficium faciunt in continendo capillo, ut capilli etiam poſt
combuſtionē exeant, ſi fieri uelis. Ficus folia ſicca tundis, & cribellas,
et ex eo puluere loca confricas, aut cum aqua dulci decocta proderunt.
Alcyonij radices combures, & teris ſimiliter, & præuaporans locis a-
ſperges. Sed quoniā aliquando ſupercilia, uitio imminentis elephan-
tiæ, aut ſiccitate nimia corporis cadunt, ut in capite ſæpe contingit, hi ſic
conſtringendi erunt. Cedrinū militrum combures, & eius nidoris pul- Contra Su-
uerem colligis. Vnde hoc ſupercilia tangere debebis. perciliorum caſum.

ℭ De crementis Capillorum. Caput III.

ALIVD generaliter omnibus ad capillorum crementa. Poly-
trichi herbæ radices pondo duo, flores eius pondo. II. cedrini
olei pondo. III. oua gallinarū. X. olei hiſpani pondo. XXX. gallarum
pondo. III. Radices herbarum in aqua infundes, Flores uero ſupradi-
ctos in ſole ſiccare facies, Oleum uero utrūꝙ in uas mundū mittis cum
ouis, & cæteris ſpeciebus, & agitas ꝙ diu, uelut calefactum proprium
odorem exhalet, & ſimiliter quotidie agitas diebus octo. Poſtea uteris
unguento. Attamen gallico ſapone caput lauabis. Aliqui uero conſul-
tius agentes, poſt capitis loturā hac uſi ſunt unctione. Olei cedrini pon

C do.II.uini libra,ouis.III. Nardini olei pondo.V.commiſcebis.His omnibus mixtis,& agitatis.

¶ Ad defectionem CAPILLOrum,quibus ægritudine prolixa carere ſæpe contingit. Cap. IIII.

CORIANDRI ſeminis uncias.II. cymini anatolici uncia.I. herbæ periſterci uncia.I. Omnia infundes in olei myrtei,& uini cretici ſextarijs.II. Et poſt tertiũ diem molli uapore coques uſq; dum materia conſumat̃,et ita uteris. Adipis urſini uncias.II. ueretri aſini combuſti uncias.II. polytrichi unciã.I. polygoni uncias.IIII.myrtei olei pondo II.Omnia tuſa,& cribellata,cõmiſces,& uteris pſilotro. Capillos locis proprijs defugabis, ſi ueſpertilionũ cerebra lacte muliebri contrita cõmiſceas,& adhibeas. Aut ſi marrubij ſucco lac aſinæ cõmiſceas,& ſimiliter loca contingas. Hoc & tunni piſcis fel,ladani lachryma cõmixtũ facit.Et ſi leporis ſanguine recẽti loca cõtingas. Sandaraca,& hyoſcyami ſucco æquis ponderibus mixtis, loca continges, & capilli cadent, nunq; ulterius exituri.Cicutæ herbę ſuccũ cum aqua diligenter contritum,euulſis ex oculis pilis,adhibeo dieb.tribus,& ulterius non naſcentur. Cimicis ſanguine q̃maxime mulieribus loca cõunges. Veſpertiliones q̃plures uiuos accipias, & eos in uas cũ cedria infundas, quãdiu illo tẽpore putreſieri poſſint,& ex eo loca contingas quæ a capillis ſemper immunia eſſe uolueris. Agreſtis urticæ ſemine cum oleo contrito,loca continge.Pini arboris comas accipies,& cum melle conteres,& repones.Cum uero uti uelle cœperis,loca confricabis.

Ad caſum Capillorum.

¶ De PEDICVLOSIS Caput. IIII.

D STAPHIS Agriæ uncijs.II.ſandaracæ unc.I. cum oleo,& aceto poſtq; contriueris, omne corpus perungendũ eſt. Sic gæraſteros, & nitrum,& oleum facit. Folia tamariſci in aqua bullianẽ,& ex ea decoctiõe fricenẽ. Et aliud. Poſtq; capillos abſtuleris,aut melle,aut cedria loca continge.Lupinos amaros in aqua infũdes per plenũ diem: alia uero ſequenti coqui facias, & ex ea decoctione loca frequẽtius delauabis. Hoc pyretri,& gallarũ puluis ex æquo cõmixtus, in balneis adhibitus, facit. Poſt hunc uero puluerem,ſucco betarum loca lauabis. Staphiſagriam tundes,& oui album admiſcebis,& cõmixtione loca fricabis.

¶ De ACORIS. Caput V.

Acoræ.

ACORAS, papillas dicimus, quæ per cauernas breuiſſimas humorẽ pinguiſſimũ mittunt. Hæ frequẽter in capite,uel facie, & cęteris mẽbris emergunt. Quibus & cęterę papillę ſunt ſimiles, quas Ceriones appellamus. Sed & diſtant: q; Ceriones plures cauernas egeſtionis habent, & humorẽ multo pinguiorẽ emittunt: Acora aũt unam cauernã habet, & humorẽ egerit aquatiorẽ. Eſt nãq; utriſq; cauſſa una, uitiorũ naſcendi neceſſitas. Quæ cum ſe plenã mõſtrauerint, ordine tali curandę erunt, Primo purgatione totius corporis uti cõueniet: ut origo

Ceriones.

quæ hæc effecerat, egerat: Purgatione inq̃ tali. Scãmoniam, aloe, colo=
cynthida æquis ponderibus contritas, ſucco cauliculorũ temperamus, A
& catapotia in modũ erui grani conficimus. De quibus erit nobis ple=
na datio grana. VII. Secundę. V. & ut ſe ratio ætatis, & cauſſæ qualitas
attulerit. Incipientibus uero cauſſis, etiã ſola unguentorũ frequenter be
neficia ſuffecerunt. Terra cymolia cum aceto contrita, ſeu creta argen=
taria ſimiliter. Sic pompholix cum aceto adhibetur: ſic ſpuma argenti:
ſic chartę cõbuſtę cinis cum aceto medebitur. Quibus uero hæc uul=
neratio obuenerit cum dolore, Primo ex aqua calida fouendi ſunt, in
qua decocta ſint aut rubus, aut ſparagi radix, aut * ſaluiæ olia. Hoc &
lenticula cocta, & cum melle contrita curare conſueuit. Ante tamen la= Alias * ſalicis
uanda loca erunt ſucco betarũ mixtis fęnigreci pollinibus. Pini cor=
ticis combuſti cinis mixtus cerotario, & oleo roſeo adhibetur. Sic et ca=
dmia, ſic & ceruſſa, ſic & ſpuma argenti adhibetur in balneis. Certũ eſt
namq̃, in fœminis cauendam eſſe aceti adhibitionẽ. Vnde magis eis ui
no omnia medicamenta tẽperanda erunt. Item nitrũ combuſtum uino
ſtiptico extinguis, & contritũ in balneis adhibebis. Similiter & miroba
lanũ oleo coniungas. Quod apud Apolloniũ probatum eſſe cognoui= Apollonij experimentum.
mus. Aliud. Olei roſei, uel myrtei unciã mittes in mortariũ plumbe=
um. Accipies etiã piſtillum eiuſdem metalli, & teris quãdiu oleum pin
gueſcat & nigrefiat. Item in aliud mortariũ cuiuſlibet metalli, mittes ſpu B
mæ argenti libram unã, tantundẽ ex ceruſſa, & eorum puluerem com=
bures cum oleo ſupradicto. Ex hoc omnes acoras ubi fuerint linimẽto
curabis. Hoc medicamentum & in papulis, & in pudendis ragadijs, uel
cõdilomatibus, quæ ſemper pro loci natura acrioribus medicaminibus
cõmouentur etiam prodeſt. Apud aliquos hoc genus medicamenti Ri
cotia appellatur. Aliud Rutatum. Spumę argenti ÷ VIII. rutæ uiri= Ricotia.
dis foliorum ÷ V. olei myrtei ÷ VIII. acori libram unam, miſces o=
mnia contrita diligenter, & loca fricando curabis. Prius ſucco betarum *
ſimiliter ut ſuperius, loca lauanda ſunt. Ceruſſę ÷ III. ſpumę argenti ÷
II. olei myrtei. IIII. ſulphuris uini ÷ I. ſoluta cõmiſces, & ſimili modo
uteris non ſolum hoc capiti, uel quoquo loco emergentibus exanthe=
matibus prodeſt. Apollonij iudicio comprobatum.

¶ De ALOPETIOSIS. Caput VI.

CONTINGIT dupliciter paſſio cadentium Capillorũ: ut
aliquando defectu quodam cadant, & nudando partem capi=
tis turpent: & aliquoties, ut illis ueluti uulnerũ horridus plærũq; uiſus
occurrat. Ergo defectus ut prius diximus, quũ contigerit, caluiciem fa=
it. At fœditas illa, nexo uulpini uulneris ſimilitudinẽ quandã exhibet:
einde etiã ſerpentis ſquãmoſi ſuperficiem mẽtitur. Vtrũq; genus paſ=
onis fœditatem exhibet capillorũ, Sane hæc paſſio cõparanda eſt fru=

C ctibus ex malis ſuccis terræ naſcentibus. Hinc cauſſa aliquando eſſe po
terit, qualitas nutrimenti: & ſi forte ſterilis terra fuerit, fructus cum rari=
tate degenerat: ſin uero humor corruptus, etiam fruges degenerant. Ad
hanc ergo formam, etiam in Capillorum uitijs debemus aduertere. Ta
lis enim erit eorum poſitio, qualem qualitas oſtenderit capitis. Eſt er=
go utriuſque accedentibus uitijs, manifeſta & æqualis origo naſcendi,
unde ſimili curatione iuuari debebunt, licet diuerſa cognomenta ſorti-
ta ſint pro ſui accidentis qualitate: ut Alopetia ex cognomento uulpi=
um, ὀφίασις, ex ſerpentium ſquammis cognomentū acceperit. Eſt namq;
huius paſſionis diſtantia, quæ profecto ex humorum colore originem
cauſſarum atteſtatur: ut aliquando rubra, aliquando etiam nigra uide-
atur. Purgantur adeo proprijs purgationibus ſuis. Nam ſuadeo propri
am totius corporis curam & diligentiam decernendam, quoad ulterius
acerbi & corrupti humoris pertinaciam, per inferiora depoſitam, a ca=
pitis hactenus inquietudine deuocemus. Sūt itaq;, ſi de flegmate cauſſa
uel origo peruenerit, apoflegmatiſmi adhibendi tales. Pyrethrum, & ſta-
phiſagria, cum granis maſtiches, æqualibus ponderibus mixta, & con-
tuſa adhibeantur, & ſales cum pulegio cōtriti ſimiliter, & cum oxymel=
le mixti ſint, ut diutius teneantur. Ergo quoniā ſingula accidentia pro-
prijs ſuis purgationibus liberātur, ſuperaddo purgationis genus, quod
in commune ſine alterius humoris præiudicio operetur: quo omne cor
D pus diuerſis humoribus infeſtatum releuari poſſit. Colocynthidos in-
teriorum ÷ I. aloes ÷ I. ſcammoniæ ÷ I. abſinthij ÷ I. omnibus con
tritis & mixtis cum ſucco cytoniorum catapotia conficimus, quæ pro
qualitate corporis atq; cauſſarum adhibeo. Accipi autem debebunt, ſi
breui accidit in modum lentis, aut. VII. aut. IX. aut certe. XI. Si autem in
anu, aut homine uetuſto fuerit, maior cura exigitur, unde cum aqua ca
lida competēti, intermiſſis etiam diebus dabo quod poſt ordinabitur.
Poſt beneficia itaq; harum purgationū, quæ toto corpori prodeſſe pri=
us potuerāt, etiam particulis, hæc ſunt adiutoria ſocianda. Euforbi=
um tritum cum oleo pro linimento adhibemus, aut oleum ſolum lauri
num, aut naſturtij ſemen cum oleo, aut ſulphur uiuum cum nitro com-
buſtum, æquis ponderibus cum aceto, aut erucæ ſemine cum oleo, aut
urſinis adipibus tantummodo confrixētur. Similiter etiam alcyonium
combuſtum cum aceto, uel cedria, operabitur. Hoc etiam murium
fimus cū aceto, hoc amygdala amara, hoc cepe tritū cum oleo, hoc rha-
phani cortex cū melle contrita facit. Nam etiam ferri purgatio cum ace
to, uel hordeum combuſtum cum muriū fimo, & aceto ſiccare poteſt.
Omnes confectiones quæ mediocriter calefacere poſſunt, mediocribus
& delicatioribus corporibus adhibendæ ſunt. Prius ergo loca linteolo
uſq; ad ruborem, ante curam confricentur mediocriter, ne uulnerētur.
Quæ ſi uulnerabunt, oleo roſeo, uel adipibus anſerinis recuranda erūt.

Alopetia. ὀφίασις

Apoflegmatiſmi.

¶ De AVRIVM caussatione. Caput VII.

A

AVRIVM dolor uarijs frequenter ex incommodis excitatur.
Nam & frigora, & lauacrum importunũ, & quassatio eiusdem
cauernæ, uel sordium conspiratio, aut altior nerui tactus, aut si per lon-
gam ægritudinem humor uitiosus illic aggregatur, æque molestiam au
ribus faciunt. Si de frigoribus etiã dolẽtibus emerserit, in oleo cepas
coqui facias tepido, aut piper tritũ cum oleo, similiter & rutaceum. Sic Ex frigore.
etiam laurinũ curat. Si de humore balnearum aures fuerint inquieta-
tæ, oleum tepidum infundito, & postea lana mollito. Sed & ceparum Ex balneo inordinato.
succum, cum anserinis adipibus mixtũ: similiter initio, & oui alborem
cum lacte mulieris. Et si dolor innatus fuerit, basilicon in nardino o-
leo solutum adhibeo, & castoreum cum lacte muliebri similiter. Vtile Innatus dolor aurium.
est interea, ut spongia molli uaporetur ex aquis calasticis: & post lana
detergatur. Sane si cum illa indignatione doloris etiã deriuatio fuerit
saniosa, alumen melle & oleo resolutum infundito. Et galbanum in o- Saniefluẽtes.
leo similiter resolutum inijcito. Ventositas uero si interclusa erit, a-
phronitris in aceto resolutis excluditur. Hoc & draconteæ herbæ suc- Ventositas aurium.
cus, & centaureę facit. Si uero sonare aures cœperint, oxyrhodone te
pido curandę erunt. Si autem idem ex ęgritudine sonitus obuenerit,
ex aqua primo uaporibus aures in qua absinthium ponticum coques, Ex ægritudine.
& continuo oxyrhodonem infundis, aut raphanorum succum cum o-
leo, aut hellebori nigri puluerẽ cum aceto, aut solum acetum tepidum B
cum melle commixtum: aut porri succum cum lacte muliebri, & oleo
roseo, aut amygdala amara cum aceto & oleo. Hoc & cepæ, & allium
cum adipibus, uel porci felle infusum remedium procurabit. Si uul-
neratæ aures fuerint, glaucium, cum aceto contritum infunde. Si tamen Aures uulneratæ.
dolor non maior fiat, uel etiam humor, lamina ferri purgati cum aceto
trita iuuat. Si audire tardius cœperint, quod difficile nouimus purgari
posse, puluerem nitri marini contriti commisce, & antea caput purga-
bis. Deinde uentrem purgatione procurabis. Auribus uero absinthij
herbę decoctionem tepefactam infunde. Lauri quoq; folia, & betarum
cocta superpone. Aliquando nitrum in pusca resolutum infundimus,
aut bouis, uel tauri, aut caprarũ, siue porcorum fel, cum oleo roseo, uel
rhaphanorũ succo, similiter tepefactũ profuit. Quibus uermes inna-
ti fuerint, bouillas carnes in carbonibus superpone, aut humorem ex Vermes in auribus.
hinc manantẽ collige, quem auribus tepidum frequenter infundes.

¶ De PAROTIDIS. Caput VIII.

TVMORES repẽtinos sub auribus innatos, Parotidas uoca-
mus: quas aliquando ex ægritudine, aliquando etiã spontanee Parotidæ.
apparuisse cognouimus. Easdem frequenter per initia mollientes spon
gia in pusculam infusa compescimus, assidue cõmotando. Quæ uero ex
ægritudine emergũt, ęque per initia, cucurbita mediocri imposita, ad su

C perficiẽ prouocãdæ ſunt. Si uero cũ grauiori augmẽto minaces acceſſe-
rint, tũc neq; cucurbitę, neq; ſimilia adiutoria quę ex altitudine aliqd e-
uocare poſſint, adhibenda ſunt. Frequẽter eñ ex doloris acerbitate, fe-
bres, et uigiliæ ꝓcuratę, eliminatis uiribus uitę periculũ intulerũt. Para-
goricis uero ijſdem adiutorijs, ſic morigerandũ erit, ut ex pane mundo,
infuſo, contritoq; cataplaſmentur: quod frequentius mutari debet. Si-
militer etiam de tritici pollinibus faciendum eſt ſic de hordei, ſuperad-
ditis tamen porcorũ adipibus. Sic oryza mutata cum butyro. Si aũt
ijs adhibitis quæ mitigare conſueuerunt, locis iam maturatis ſanies ap-
Vergilius. paruerit manifeſta (quod ille ait) continuo culpã ferro compeſce. Poſt
uero reſecatis cauſſis, uulneribus ſolenni diligentia ſeruiemus, curatio-
nibus tamen euacuaturis, & extenuantibus. Ad hoc maxime etiã tunc
medicinæ incumbat induſtria: ut frequentibus etiam fomẽtationibus,
doloris illis penitus inquietudo quieſcat. Sunt autẽ adiutoria hæc, quæ
poſt doloris impetus adhibenda ſunt. Arnogloſſa cõtrita, cum ſalibus,
aut lapatij radicibus in uino decoctis, & rutę folia uiridia, trita, ac mixta
cum cerotario, & oleo roſeo temperata, & ſulphur uiuũ cum cymolia,
æquis ponderibus, iuncta axungia. Sic fici pingues decocti & contriti,
ſimiliter cauſſas latentes euocauerũt, quibus in principio hæc adhiben
da ſunt adiutoria, qñ per ſaniem digeſtionẽ uolumus ꝓcurari, poſt fo-
D mentũ aquarũ calaſticarũ ex ſeminibus lini, uel fęnogreci, et hordei pol
linibus cũ mellicrato facto cataplaſmate ſeruiemus. Sũt nãq; adiutoria
quæ & euocare, & ad maturitatẽ cogere parotidas uel apoſtemata uale
Maturatiua. ant. Hordei farina cũ mellicrato, aliqñ etiã cum aqua marina, & oleo ro
ſeo temperatũ cataplaſma adhibeť. Et fici ſimiliter pĩgues, in muria, uel
in aqua marina decocti, & contriti imponunť. Et betæ coctæ in aqua, &
contritæ ſimiliter temperanť, & agreſtis cucumeris radix, in mellicrato
cocta & contrita adhibeť. Aliud de exprimentis. Rutã, & hyſſopum
teris ęquis ponderibus: & ficus ſiccos contuſos ſub duplo pondere cõ-
miſces, mellis quippiã adijciendo, idipſum operabiť, ut apoſtema ex in
terioribus ad maturitatẽ procureť. Aliud. Capparis corticẽ in aqua
elixa, et cũ uino cõmiſces, & cataplaſma facis. Aliud. Irios illyricę pul
uerẽ, cum hordei farina in mellicrato coques, & uteris. Aliud. Guttã
ammoniacã teres, & ſimiliter cũ farina hordei in aqua cocta adhibebis.
Hoc & alumen, ſciſſum, contuſum, cum hordei farina faciet.

¶ De FVRVNCVLIS. Caput IX.

Cura Furunculorum. SVLPHVR uiuũ, tuſum, cum reſina terebinthina miſces, & in
lineo lintheolo inductũ imponis, aut uuam paſſam enucleatã tun
dis, & mediã quantitatẽ ſalis ĩmiſces, & uteris. Similiter ut facilius erum
pant, ſoli adipes caprini, uel bubuli colati efficiunt. Origanũ uero, myr
rha, & ſal ſimul tuſa, & cõmixta cum aqua, continuo ad maturitatẽ per-
ducunt. Et caricę contuſæ cum reſina. Deinde cũ hijs adiutorijs adhi-

bitis collectiones maturatæ eruperint, uulneribus medeberis his medi=
camentis, quæ solennis edocuit consuetudo. Sin uero magno flegma= A
te superueniente, solui non potuerit Furunculus, uel Parotida, sed cal=
lositate permanente, chœradas fecerit, ad duriores chœradas, alia dispu
tatione, pro sui difficultate, curã & operam adhibebimus. Chœradas
quas frequẽter in collo, uel sub mẽto, uel sub ascellis nasci nouimus, hac
cura uisitamus, qua duricies indigestibiles soluere possimus: ut prę eun
tibus catholicis adiutorijs, quę & capitis reuma constringere, et corpus
reliquũ catharticis purgare possint, sic easdẽ soluere ualeamus. Lenti=
culã coctam in aceto tritã, imponere perseueremus. Vtamur etiã capri= Chœradarum cura.
ficis in aqua decoctis, & cõtritis. Similiter etiã lupini in aceto cocti faci=
unt. Hoc fici folia in aqua cocta, & trita sicut cataplasma. Hoc asphode=
li radices in uino tinctę. Scylla quoq́, si contrita in uicem cataplasmatis
imponatur, quatuor diebus permanẽs continuis, duricias soluit. Et erui
puluis, cũ aceto, & cyminũ conterit, & similiter operat. Imaturas ue=
ro, & in tarda duricie permanẽtes, per prassij uiridis folia, porcinos, aut
bubulos adipes, rutam æque uiridem, simul oĩa contũdi, et inmisci sua=
deo, ut in lintheolo locis maturandis adhibeat. Hoc etiã sordes de pari=
etibus palestræ collectæ, in panno inductæ faciũt. Hoc calcis flos, cero=
tario mixtus, facit. Hoc lapis molaris tusus, & resinæ cõmixtus. Sic pul=
uis ammoniaci, et manna thuris cũ resina cõmixtus terebĩthina, saniem
maturius procurabit. Sic sandaracæ puluerẽ, cum adipibus miscentes
adhibemus, aut calcem uiuã cum adipibus similiter. Q; si tibi durum B
emplastrũ uisum fuerit, oleum competens misceamus, ut temperari be
ne possit. Sic puluis etiã pumicis, & asphôdeli radices coctæ, uel crudæ,
cum hordei pollinibus; ut cataplasma adhibendæ erunt, aut hyoscyami
folia cum oxymelle, corrumpunt interea, uel putrefaciunt chæradas. Si
allium tritũ cum cataplasmate, seminibus mixtũ coquas, & perseuerare
permittas diebus quinq́, hoc de expertis habemus. Aut si chamęleon=
tis herbæ radicibus tusis, puluerem locis asperis, aut si betas coctas cum
oleo contritas imposueris. Aliqui etiã unctionibus perseuerantes, chœ=
radas frequẽter fugarunt, sic ut cineribus aut uitium, aut ficis cum oleo
mixtis ungerent. Sed & ferri, uel graminis purgamẽta, contrita cum o=
leo, similiter & stercus bubulum, aut asini combustum, & cum oleo mi
xtum, cõmodius adhibetur. Et origani puluis cõtritus cum aceto idem
facit. Hoc hyssopi, hoc thymi, uel absynthij, uel centaureę, uel abrotani,
chamelęæ, aut singulę, aut certę coniunctæ, & mixtæ cum aceto, perfici
unt. Iuuant sane, ut superius memorauimus, ad hæc implenda, etiam to
tius corporis catholica beneficia. Nam & ciborum continentia, & po=
tionis, exercitia quoq́, & lauacrorum diligentię, & uomitus, uel purga
tiões, capillorum releuatio, sanguis de naribus prouocatus, hæc omnia
chœradas duras, & difficiles, & in cura positas, adiuuerunt.

¶ De OCVLORVM caussis. Caput X.

C OMNES particulæ corporis, proprÿs indigent curationibus. Oculi aũt curationes multæ, magnæq; sunt. Hÿ nanq; quum primo leuiter, seu uapore, seu frigore, uel cæteris q̃busuis originibus fuerint attentati, frequẽter frigidæ pustulæ, fomẽtatione nos cõuenit obseruare. Si de frigore ergo obuenerit, uini mixti calida potione fouendi sunt. Quibus uero, cõmotionibus tã doloris, q̃ grauedinis, aliq̃n etiam uenæ frontis inflatę, plenitudinẽ sanguinis attestabunt̃, hÿs phlobotomo subuenire cõuenit: si tñ nulla aut ætatis, aut tẽporis, uel reliquarum causarum certa ratio prohibuerit. Si uenter constrictus fuerit, clystere, seu purgatione prouocandus est. Iisdem uero oculis impatienter dolentibus, fenogręci succus, palmarũ indulcatus decoctione, aut oui recentis tenuis liquor infundatur. Similiter etiam lac muliebre iuuat. Est etiam cataplasmatis utilissimũ adiutorium, quod de oui uitello, & meliloti puluere, pane quoq; infuso in aqua, & oleo roseo, simul mixto, adhibetur. Nos etiam croci, & opÿ quippiam coniungimus. Si uero collyrÿ experimento uti placet, cuius probationem habeas, in ipsis commotionibus, cum oui albore tepidum infundendum esse suadeo: ita tamen, ut aut dialibanum, aut de libano, apto contra graues commotiones adhibeamus, præmundatis interea oculis, molli & tepido penicil-

D lo, a pituitis ægrotis oculis inhærentibus, iuuatis ciborum continentia, & uini detractione. Sane si capilli nimis onerosi fuerint, detondendi sunt: ut sub maiori beneficio, cucurbitarum adhibitione, & sanguinis detractione liberentur. Aestiuas namq; perturbationes oculorum, etiam decoctio rosarum sola curat calida. Curat etiam gargarisma, cum per initia adhibetur, Origani in aceto decoctio. Si autem declinantibus quidam tumor circa interiorem oculorum partem apparuerit, quem hypopium dicimus, hoc modo reprimendus erit. Pusca frigida frequẽter infrigidetur: post uero pollinibus hordei ex oxymelle coctis cataplasmetur. Similiter etiam de lenticulæ pollinibus fiat. Aeris flos, tritus in lorio inuestis pueri per. VII. dies, quod postq̃ siccauerit, ex eo puluere melle mixto imposito, competens beneficium præstat. Nam & caseus recens, tritus, & impositus, sæpe illum tumorem repressit, & absynthÿ herbæ puluis, cum cerotario, hoc idem facit. Si ex moro pingui locum primo foueamus etiam cyclaminum, cum uua passa cõmixtum, & contritum, curat. Et bulbi candidi cum melle contriti, similiter operantur. Sic rhaphanorum cortex cum uua passa medetur. Sic & rosæ folia, cum felle taurino, uel porcino. Sic fici pingues, in moro coctæ sæpius profuerunt.

A frigida caussa.

Ad maculas sanguineas.

Ad repentinas autem sanguineas maculas oculis inhærentes, flores, uel semen hyssopi herbæ, in limpido lintheolo colligabis, & in aqua calida infundis, & agitaudo exiccabis: qui succus uelut sanguineus fiet. Ex quo, infundẽdo, illas sanguineas maculas

depurgamus. Postea thure masculo, & aphita æquis põderibus, carbo=
sibus impositis, fumigandi sunt. Si uero cæsi, aut percussi hanc maculã A
anguineam cum dolore procurarint, hijs columbi matre subducti, re=
pentinus sanguis infusus prodest q̃maxime, si de pennis mollioribus
exprimatur: ubi liquor tenuis, tepidus infudendus est. Item si in eadem
hora, ouium lana infusa superponatur. Idem puluis rosarum facit, uel
semen earum cum aphitis, si in uino cõteratur, & superimponatur. His
etiam & sulphuris uiui fumigium prodest, si idem fumus patentibus o=
culis hauriatur. Si oculi reumatizauerint, quod grauissimum est tædi=
um oculorum, hijs uini & carnium parcitas indicenda est. Ventris pur
gatio frequenter fiat, & pusca frigida oculi foueantur, & æris flos in ea=
dem pusca resolutus, satis iuuat. Odores acres & puteutes effugiant lu=
cernarum, uel solis claritudines uitent. Fumi, uel pulueris declinent cõ=
motiones, In nocte uero aqua frigida, uel uino infusas superimponis fa=
sciolas molles, ijsq; cõtinendo oculos lauas. Si his adhibitis, reuma cum
dolore perseuerauerit, phlobotomandi sunt. Ciborum, uel potus conti
nentia custodienda erit. Sitire etem̃ omnib. reumatizantibus satis pro=
dest. Fronti uero peponum uiridia folia frequenter imponantus. Simi
liter & de rapi folijs. Nã & succus earum frequenter fronti illinitus, &
sambuci folia, & citoniorũ, & portulacæ similiter, & ex his cum aphitis
& uini cataplasmate sępe curati sunt. Et caseus recens, cum apiorum fo
lijs contritis impositis, sæpe oculos liberauit: & panis mundus uino in= B
fusus, & cum oleo roseo tritus, par beneficium pręstitit. Omues species
supradictę, generaliter quę oculis reumatizantibus ordinatæ sunt, cum
uino & aphitis semper in cataplasmate profuerũt, & decoctiones earũ:
quibus sępe oculi fomentandi sunt, Sane si calidus fuerit reumarismus,
ex caulium folijs & aphitis, cum aqua cataplasmãdi sunt. Sic de ocimo,
sic de samsuco, sic de agresti papauere, sic de cicutę succo, sic pulicariæ,
uel apiorum, uel strychni. Si uero siccitas palpebrarũ emerserit, linthco
lum mundum butyro infusum superimponito. Aliquibus uero humo=
rem conuenit procurare per lachrymas ęquas aut fumo, aut terrore, uel
plagis extorquendas esse credimus. Sane si in prima oculi tunica san=
guinea, nimia ueluti caro apparuerit, quam Chęmesin appellamus, hoc
adiutorio curatur. Muscas q̃plurimas, cum oui uitello cõterimus, & in
lintheolo mundo superimponimus. Licet etiam collyrijs uarijs causæ
competentibus sępe curati sint. Derbiosos oculos, quos nos impetigi=
nosos dicimus, asperitatum uitijs laborantes, sic curare cõsueuimus. Al
lium accipimus, cuius interioribus melle contritis, oculis postquã ex eo
humore, uel succo rapuerit inungito: & ex eo pruritus & supradicta ui=
tia depurgabis. Aliud. Grana tritici, in lamina ferri calida imponis, &
similiter ex succo qui manauerit, cum uino commixto, inungito. AEris
flos tritus cum melle, fronti illitus, iuuat. Si pruritus maior palpebras

Ad Oculos reumatizãtes

Reumatismus calidus.

Siccus

Cura Chæmesis.

Ad oculos Derbiosos.

C occupauerit, ut etiam capillos amittant, has oportet ex oleo cedrino unsgere, aut erugine, cum afronitis, & melle contritis, aut asphodeli succo cum passo cõmixto. Nam & murica decocta, & mixta cum oleo, adustionem curat, & capillos reparat: & murium fimus, et hircorum cornua, utraq; combusta, cum melle, & eodem modo adhibita. Si pruritus simpliciter ex sole, uel puluere fuerit, aquæ calidę fomenta sufficient, aut rosarum, aut rubi, aut lentis decoctio. Et rosa sicca, cum uino trito imponitur, & in nocte oleo simplici loca tangunt. Caligantes uero oculos hoc modo curamus, si uulneris aliquid non interfuerit prejudicium. Herbę paritariæ succum, bitumine iudaico trito, ęquis ponderibus miscemus, oculos inungentes. Et perdicum fel similiter facit. Et marrubij succus, cum felle taurino, & melle attico, ęquis ponderibus cõmixtus ita curat. Et ursinum fel, cum aquæ dupla mensura, similiter purgat. Si autem obscuritas hęc senectutis magis q̃ oculorum uitium fuerit, succũ maligranati, melli attico ęqua mensura cõmisces, & uteris. uetustatum tamẽ magis operabitur: sane si q̃plurimo tempore uas sub diuo facias permanere. Hoc etiã scriptoribus & pictoribus sępe profuit. Aliud. In oleo mũdo folia marrubij miscemus: & quũ tempore illic macerauerint, proiectis folijs, ex solo oleo obscuritates expellimus. Hoc beluę fel mixtũ mel li facit. Hoc succus rutæ cum melle similiter. Nam & chelidonię succus,

D & feniculi, lactucæ quoq; agrestis, & mellitoti, cum aquæ mensura, caligines & obscuritates, aliquando etiam suffusiones liberauerunt. Et taurinum fel mixtum melle, sic profuit. Nyctilopes uero qui per noctẽ uident, & per diem obscuritatem patiuntur, sic curandi sunt. Accipies hirci iecur, et scarificabitur: humor uero qui ex scissuris emanauerit, oculis diebus duodecim infundendus est, & uitium corrigitur. Aut idipsum iecur in carbonibus ponitur: quumq; exudauerit, de eodem humore in ungendi sunt. Hoc item iecur coctum etiã inter cibos accipiunt comedẽdum. Et columbi sanguis infusus oculis, iuuat: & fimi asinini recens succus proderit. Alboribus uero oculorũ, nitrum bene tritum cum oleo infundẽdum est, aut anethi semen cum aqua tritum. Et succus cucumeris dulcis. Et rhaphanorũ succus sic medetur: & ammoniaci cum aqua contrita. Nam & lactanti suo mater guttam ammoniaci masticando, & exhalando, albores oculi, similiter & albas maculas filij, sanguinem femoris sui infundendo, sępius permundauit. Glaucos uero oculos si denigrare uolueris, sic facies. Gallarũ puluerem tenuissimum, cum aqua bene coctum misces, & leporis fel, mixtum melle, glaucos oculos renouat in naturam. Si hordeoli in palpebris nascantur, hordei decoctione calida oculos fomentabis, & post cera liquefacta locum tangis. Et si muscarum capitibus locum confricas, hoc idem facit. Capillos uero contrarios sic non nasci facies: si his euulsis, loca sanguine cimicis tangas: & sanguisugarum combustarum cinis locis appositus, eodem modo cura

Ad oculos caligantes.

Cura Nyctilopum.

Ad oculorũ Alboras.

Glauci oculi, ut nigri fiant.

Ad Hordeolos palpebrarum.

bit. Et chamæleontis herbæ folia ſicca trita in puluerem, & commixta A
ſanguine ranarum uiridium. Poſt unctionem Capillorum pro collyrio
inungimus, fel uulpis ſolum ſimiliter. Staphilomata uero, hoc eſt, Staphilomata.
quum in modum uuæ crepantis, prioris tunicæ tumor quidam erum=
pit, ſic curabis. Alumen ſciſſum teri facies deligenter, & adipes anſe=
rinos admiſces, & uteris pro collyrio. Nam & melli commixti adipes,
ſupradicta Staphilomata diligenter curant. Et ſoli adipes bene colati,
ſufficient.

¶ De NARIVM morbis. Caput XI.

OZENIS, & Polypis, uno eodemq; modo cura eſt adhiben= ὀζῆναι, πολύποδες.
da. Conſtringēdus in primis eſt detonſis capillis reumatiſmus.
Poſt raſuram uero emplaſtrum Diatheon, aut Barbarum. Et de cocle=
is ſimile eſt adiutorium. Accipis cocleas minutas, albas numero ducen Emplaſtra Diatheon, Barbarum.
tas, intritas, admiſces myrrhæ, & thuris maſculi uncias ſingulas, pro ca=
taplaſmate raſo capiti diebus nouem permanſurum. Naribus uero
ſpecialiter ſic medeberis. Succum nepitæ frequenter infunde, aut eiuſ=
dem ſiccatæ & contuſæ puluerem, per cannalem exufflato: aut batra=
chij herbæ ſuccum, cum melle commixtum. Et ſuccus roſarum, contu=
ſus cum pinguedine, item prodeſt. Sic Irios illyricæ, & Sandaracæ pul=
ueres ex æquo cum melle commixtos adhibebis. Polypis itaq; emi= B
nentibus, æris florem, & ſynopidem ex æquo comburis, & ex eo pul=
uere ſanabis loca. Et cornu ceruini combuſti puluis, cum ſandaraca ſi=
militer ſpargendus eſt. Sic brioniæ herbę radices combuſtæ, ſic auripi=
gmenti puluis cum melle. Ego uero ſic e naribus polypos cecidiſſe pro= Expertum Autoris.
baui. Puluere ex calcite, admixto æris flore, æqua ponderatiōe cōfecto.

¶ De fluxu ſanguinis NARIVM. Caput XII.

PRIMVM inſtrato melle, in extremo baculo molli lana obuo=
luto glebas ſanguinis e naribus purgare nos conuenit, poſt lana identi=
dem obturando procludere. Aliud. Linteolo combuſto, & infuſo in
acri aceto, aut in ſucco polygoni herbæ, aut cymæ, uel porri ſectiui ſimi
liter. Si perſeuerauerit, ſine mora flobotomandus erit, & fimi aſini com
buſti puluere, cum oleo roſeo mixto, collyria facta ſupponimus. Et de
ſiliquę mollibus folijs contuſis facta ſimiliter collyria profuerunt. Sic
portulacæ, ſic ſtrychni, ſic terræ alexandrinę cum ſuccis ſupradictis pul
uis ſępe profuit. Caput eorum ſucco lini ſeminis frigido fouendum eſt.
Circa frontem uero gipſum cum ouo, uel luto figulorum ſimiliter mi=
xtum, inlinire debemus. Sic æris flos, * ſic pini cortex combuſtus, ſic
fimi aſini, ut ſupra ſignificatum eſt. Si uero iſtis adhibitis adhuc perſe= * Alias cum hoc habet, ſic muſin, uel cytin.
uerauerit fluxus, ignita cucurbita, ſi ex dextra nare manauerit, dextro
lateri admouenda eſt: ſi ex ſiniſtra, ſiniſtro lateri: ſin uero de utriſque,
utriſq; igneas cucurbitas applicabo. Aliqui uero faſciolis lineis natu=

C ram, & testes eorum aligando mollius constrinxerunt: si in fœminis, femoralia.

De LABIIS crepitantibus. Caput XIII.

GALLAE tunsæ puluerem, resinæ terebinthinæ limpidæ admisces, et uteris cum emplastro ueteri, seu hyssopi ceroto, cum melle, aut adipibus caprarum colatis tantummodo. Aliud. Sulphur uiuum, morum, et thus masculum, ex æquo succo herbę paritarię commisces: & sic trociscos conficies, quos cum aqua resolues, & linies. Aliud. Mel terebinthinũ, adipem anserinum, oleum roseum, hæc omnia ex æquo mixta teris. Si odor insuauis Oris fuerit, pusca frigida os frequenter colluere oportet, & cymoliæ pulueribus, cum salibus tostis, simul mixtis, & tusis, dentes & uicina loca fricare. Aliud. Hordeum, & sal, in linthcolo collectum comburis æquis ponderibus, & teris, & cum melle commisces, & mundas. Siligo, cum illyricæ puluere similiter commixta operabitur. Aliquoties etiam cum uino melius commiscentur. Masticare autem his conueniet aut arboris pini folia molliora, aut anetum, aut glicirrhyzan, aut herbam quæ Sonchora appellatur. Sed & cornu ceruini combusti puluis, & fœtorem oris, & dentium semper compescuit imbecillitatem.

Ad fœtorem oris.

De DENTIVM curationibus. Caput XIIII.

D DOLORES Dentium fimus asini siccatus, & tritus, pro dentifricio, fine dilatione compescit. Mixtus quoque cum aceto, ori diutius remorando, æque profuit. Et betarum succus tepidus similiter profuit. Et decoctio ex cucumeris agrestis radice in uino, similiter. Et nitrum cum oleo tritum, & decoctio rosarum in uino, uel rubi in aceto, & cypressorum fructus, tedæ pingues in uino decoctæ, fine cunctatione Dentibus relaxatis atque dolentibus profuerunt. Si omnes interea doluerint, cædriã in ore teneat, & continuo mitigantur. Sin uero malę dolẽt, herbæ paritariæ radicis succus, in balneo ore contineatur, & statim medetur. aut si eiusdem radix coquitur. Similiter & pyretri radix profuit masticata continuo. Item alcyonĳ radix, in carbonibus posita, Dentes dolentes sumigando compescuit. Physicum. Canis dens combustus, similiter profuit. Et si æris florem in oleo tritum Dentibus admoueas, & lac asinæ recens ac tepidum, constringit & mitigat. Similiter quibus putres cauernæ obuenerint, Melanthium elixum in aceto commixtum, & si solo puluere aluminis scissi easdem cauernas impleas. Hoc & gallarum puluis cum melle commixtus facit. Si uero percussus quidem Dens, uel mola fuerit, resolutum coralli puluerem apponito, & continuo constringitur. Si longo uitio laborantes, spontaneos cadere uolueris, pyretri, uel artemisiæ pulue

Si omnes dentes doluerint. Aut Malæ.

Dens percussus.

rem, cum aceto commiſcebis, & dentem circumlinies, & ſpontanei exilient. Aut ſucco tithymali cauernam adimple, & ſpontanei cadent. A

Phyſicum. Lacertum ſolum exſeca, & ſicca, & eius puluere dentem, uel cauernam attinge, & continuo cadet. Poſt ſcarificationem coccus gnidius tunſus, cum galbano, ſimiliter operatur. Et apophlegmatiſmum hoc profuit. Si ſtaſiſagria ad maſticandum detur, aut ſi cum pulegio miſceatur, aut cera cum gallarum puluere contuſa, aut ſalicis, uel myrti folia uirida in aceto coquantur, & in ore contineantur. Poſt ea uero ſi nauſea conſequatur, oleum tepidum roſeum in ore contineant, & origanum in oleo coque, et ex hoc dentes calefacito. Et ſaccellus calidus impoſitus de ſalibus, uel milio, forinſecus adhibitus, prodeſt. Omnia hæc calida, ſecundum Hippocratis præceptum, dentibus profuerunt. Nam & dentifricia hæc, & ſaluti, & ornatui, ſemper uitioſis dentibus proſuere. Salibus melli commixtis, & combuſtis, & contritis, quippiam myrrhæ miſcendum eſt, & utimur, ut moris eſt. Hoc & maratri puluis ſolius facit. Nam & lanæ ſuccidæ combuſtæ pulueri, tertiam partem ſalium commiſcemus, & utimur ſimiliter. Poſt uero, uinum, in quo Irim Illyricam decoxeris, cum puluere conuenit: & Tithymalus in uino decoctus, multum proderit. Si ex hoc bis per menſem tepido collueris dentes, facies eos ſemper ſine uitio permanere. Gingiuas uero cum gargariſmate ex aceto tepido, in quo herbę mercurialis radices decoxeris, ſine mora mitigabis.

Ecce Autorē Hippocrati poſteriorem.

B

¶ De uitijs FAVCIVM, uel ORIS. Caput XV.

PER INITIA cum cõmmoueri aliquid in faucibus ſenſeris, generaliter omnibus ex decoctione ſiccatarum roſarum, uel dactylorum elixorum, aut lentis, aut cantabri, uel cæterarum ſtipticarum mediocriter ſpecierum, conuenit tepidum gargariſma: cui etiam melis quippiam deſpumati commiſcemus. Nam & lac ouillum, uel caprinum, cum melle tepidum iuuat. Similiter rhodomel, ſimiliter diamoron. Quod ſic conficere conſueuimus: ut ad duas partes ſucci mororum, una mellis adhibeatur. Sic etiam aliquid ex ſucco rubi & melle, ueluti diamoron confecerunt. Alij etiam de citoniorum ſucco eadem aſſerunt. Item de malo granato, ſed ſtiptico. Alij uero eadem mala quaſſantes, in paſſo cõegerunt, quæ omnibus querelis faucium prodere putant. Hæc omnia licet ſpecie diſſimilia eſſe uideantur, uirtus tamen una omnibus, idemque beneficium. Sane frequenter accipiant & cibos, qui magis ſorberi, quam maſticari uideantur. Si his adhibitis, faucibus adhuc perſeuerauerit moleſtia, ſic ut uulnerare partes attentet, quę etiam Synanchin minetur: tunc nos fortioribus oportet occurrere cataplaſmatibus, hordei, uel lini ſeminibus paragoricis, mixto aliquan

Diamoron.

C to nitro, uel salibus: quo Hippocratis nostri præceptis custoditis, sic curando, ab interioribus euocare sollicitudines ualeamus. Præstant interea cataplasmaris beneficio, etiam fomenta calastica ex similibus supradictis, & hybisco confecta. Vulneratio uero si faucibus apparuerit, sic a nobis sollicite curanda erit. Fimus cauum albus, tritus cum melle, & tumorem reprimit, & uulnera delicate permundat. Et hirundinum combustarum cinis, cum melle similiter proderit. Aliud. Omnibus uulneribus, & tumentibus, & sordidis, utilissimum multorum ueterum autoritate probatur hoc, quod conficitur sic. Thus masculum, Irin Illyricam, herbam et radices aristolochiæ, omnia æquis ponderibus tunduntur, & melli miscentur, uel mellicrato, & sine molestia eduntur. Item, Antheræ; quæ omnibus nota est, Irios Illyricæ, sandaracæ, cyperi uncias binas, aluminis scissi, myrrhæ, croci, crocomagmatis semuncias singulas, in uino omnia tunsa, & cribellata adhibebis: & cum necessitas cōegerit, aut cum puluere, aut cum melle commisces, & uteris. Nam & Musæ trociscus, ubique diffamatus, cum succo roris syriaci, & melle, uel mellicrato adhibendus est. Si uero uua dimissior fuerit, & faucibus indignatis reumatisauerit, gargarismate ex speciebus stipticis confecto, tepido imminebimus, & ex dactylis in aqua, uel mellicrato decoctis, aut rosis siccis, aut uitium turionibus mollissimis, aut sorbis, aut mespilis, uel certe gallis infusis, & decoctis adhibebimus. In tumore uero positæ, cū amplius reumatizauerint, sales triti cum melle multum prosunt adhibiti, & dactylorum ossa: & si D nuces uirides immaturas comburas, & ex his puluerem facies, & admisceas. Similiter aut modicum mellis, aut mellicratum, et alumen humidum, in uase uictili coquas. Sic de puluere radicum caulium combustarum. Sic etiam de anetho, et postea puluere facto. Vuam siccas, et continuo desiccata, si inflatum os fuerit, quod Afatham appellamus, nimia ustione accedente, rosam siccam cum melle tritam locis impone, et portulacam in melle similiter infundimus, et manducandam damus: et oliuæ folia uiridia in uino decocta, ex quo tepido, os frequenter colluendum est. Nam et auellana cum despumato melle contrita, pro electuario semper adhibenda est, ut oris ustio purgetur.

Faucium uulneratio. Trociscus Musæ. Fauces reumatizantes. Faucium tumor. Afatha.

De PAPVLIS minutis ubique nascentibus. Caput XVI.

QVIBVS IN facie quam maxime, ueluti leuissimus tumor repente innascitur, humorem aliquando pinguem, aliquando aquariorem mittens, pruritus & uulnerationes procuramus oxymelle, & aceto acri, & melle, æquis ponderibus confecto, et confricatione curantur. Item amygdala amara cum aceto acri contrita, similiter operantur. Nam & trocisci ex hoc confecti, & in aceto soluti, medentur. Post uero etiam subscripto lauare linimento conueniet. Si uero

Papulæ faciei.

ueluti exanthemata, quas scabies dicimus, in facie, uel genis, ex humo
rum acredine, uel plenitudine apparuerint, hederæ agrestis folia ex mel A
le contrita, pro linimento adhibenda erunt: aut certe allium cum sali- Exanthemata faucium.
bus tritum, mixto oleo roseo similiter adhibetur. Sic galbanum cum o-
leo resolutum. Sic fęces uini, & Iris Illyrica, utraque contusa, & cum o-
leo roseo commixta medebuntur. Et cedria cum resina, & cęra, æqua
ponderatione commixta, et adipes anserini similiter cum resina, et oleo,
& melle operantur. Nitrum quoque cum porcinis adipibus. Nam &
myrrha, cum tripla ponderatione albi mellis mixta, continuo id præ-
stat. Et spuma argenti, cum folijs rutæ uiridibus, & acri aceto mixta, pa
pulas suprascriptas & scabies totius faciei percurat. Si uero tumor
permanserit post curationem, sales fossiles triti cum aceto compescunt, Tumor post curationem.
aut taurinum gluten cum synopide, et aceto. Si impetigo ex hoc faci-
em, uel cætera membra occupauerit, per initiá triticum in lamina can- Impetigo.
dentis ferri superimponito, & succo qui ex hoc emanauerit adhuc tepi-
do, penna perungito. Et myrrha similiter operatur. Frequentius & gut-
ta ammoniaca, cum aceto contrita perungenda est. Sic succus menthæ.
Sic thus masculum. Sic apium contritum cum salibus & aceto. Sic glu-
ten taurinum in aceto resolutum: cui manna & thus admiscendum est,
& puluis similiter adhibendus. Aliud. Sulphur uiuum, cum aceto et
pice commisce, et utere. Si papulæ plures innatę sint, aceto tepido pri- B
mo foueto: postea nitro cum aqua colluito. Item de supradictis linimen
tis. Si autem longi temporis fuerint, aut acres, tunc plumbi rasuram,
sulphur uiuum, gluten tauriuum in aceto uiscido coctum, & solutum Contra papulas antiquatas.
inungamus. Aliud. Lilio agresti, lachrymarum loca perunge, aut la-
pathi radicis corticem cum aceto cōterimus, et cataplasma adhibemus:
ante tamen nitri puluere loca defricando. Aliud. Maluę agrestis se-
men immaturum colliges, et ex hoc succum elicies, quo cum frequen-
ter linieris, & antiquatas, et agrestes percurabis. Aliqui ex diuersis su
prascriptis componentes trociscos, ad maiores curas hoc modo compo
suere. Alcyonij combusti semiuncia, chamæleontis nigræ radicis uncia
I. asphodeli radicis uncia. I. sulphuris uiui, thuris masculi, pyretri, afro-
nitri, ana semunciæ singulę: glutinis uncia. I. omnia cum aceto coquan-
tur, & operamur. Cum uero mūdatę fuerint & percuratæ, tunc asini
adipibus loca perungue, et post serenatas maculas, colorem restituas
naturalem. Hæc omnia quo fieri possit, catholicis primo purgati-
onibus releuandi sunt.

¶ De VSTIONE calida, uel ignis. Caput XVII.

VSTIONES antequam fluidas uesicas erigant, murium oli
uarum frequenter infunde, & easdem oliuas salsas contritas imponito.

C Et lactucæ tritæ cum salibus, pro cataplasmate impositæ, continuo curant. Et fel taurinum cum aqua plurima infunditur. Aliud. Alumine scisso cum aceto contrito omnes ustiones ungo. Nam & thus masculum cum aqua tritum similiter operatur: & sales cum oleo roseo triti inliniuntur, & betæ elixæ contritæ imponuntur: & pollines tritici, cum ouis crudis mixtis superimponuntur. Sic etiam hederæ agrestis folia in uino cocta curant.

Si uero post easdem unctiones uesiculæ inquietarint, myrrham cum uino tere, & imponito: aut calcis uiuæ puluerem cum cærotario tempera, & in lintheolo linitum impone. Si uero etiam uulnera fecerint, porros terito, & locis impone: aut maluarum folia elixa, & cum oleo superintrita impones: aut lenticulæ puluerem, cum melle commixtum induces. Sic & columborum stercora combures, & in lintheolo linis cum oleo contrita, quibus omnes exustiones uenientes procurabimus.

De CARBVNCVLIS. Caput XVIII.

GENERALITER his omnibus per initia phlobotomo subueniendum est. Specialiter uero locis superimponendū est cataplasma, de arnoglossa cum pane mundo, & lenticula cocta. Vul-
D neribus uero acriora & calidiora medicamenta ordinamus: ut Andronyci trociscos, aut Polybij: qui sollicitius cum dulci uino, aut pingui infusus, & in mortario contusus, sub cataplasmate uulneri imponatur. Si uero his adhibitis, uulneris radix occupauerit altiora, cauteres admouendi eidem loco: si nullum obstiterit præiudicium, ut loca uitalia periclitentur, quæ sunt in musculis, aut neruis attingentibus, neque ignis poterunt sustinere tormenta. Qua de re, frigido cautere utimur, quod frequenter approbabimus. Aquam, in qua calcis uiuæ puluerem extinguimus, miscemus feculæ, nitro, & saponi, æqua ponderatione: & ex eo linimus loca quæ comburi placet.

Andronyci trociscus. Polybij trociscus.

Cautere frigidum.

Super cataplasmata, loca tegenda sunt, donec illa cadant quæ altius inhærebant. Sunt & alia, quæ os Carbunculi sepeliant: uidelicet, uuæ passæ, enucleatæ, solæ contritæ. Aut ficus siccæ in uino decoctæ, & tritæ. Sic lupini in uino similiter, & purgati teruntur, & imponuntur. Sic stercora columbarum cum melle contrita. Sic mentha cum aqua contrita. Sic nitrum cum ruta uiridi, & aceto tritum. Sic rapa, cum uua passa, & porcinis adipibus, admixta etiam pice liquida, omnibus sub æqua mensura temperatis, & adhibitis, ulcerum semper loca periclitantia liberata sunt.

De VVLNERIBVS uarijs casi- bus infixis. Caput XIX.

SI TELO, seu morsu canum, aliarumue ferarum, seu ex quo- A
libet casu neutro uulnerato, quos Neutrotos appellamus, in pactis uul-
neribus omnibus, generaliter continuo hoc adhibendũ erit, quod glu- Neutrod.
tinare & curare ualeat membra uulnerata. Myrrhæ puluerem aspergo,
quem permanere faciam sine aliquo humore: continuo etenim gluti-
nat, et colligit. Et rubus elixa & trita, hoc facit. Hoc Iris Illyrica tunsa, et
melli mixta, atque in panno lineo imposita. Et aristolochiæ puluis cum
aqua mixtus hoc idem facit. Idemque ossa sæpius colligabit. Et ompha
cinum tritum cum uino sic curat, per initia adhibitum. Sic puluis thu-
ris masculi. Et myrrhæ puluis, cum uino & melle coctus, et temperatus,
continuo medetur. Sane sub his adiutorijs, quæ semper futuris obstant
feruoribus, utilis est sub uno schemate, etiam patientia uulnerati. A la-
uacri uero, a foci, a solis calore, uel aëris frigore, a clamore, uinolentia, A quibus abstineat uulneratus.
usu uenereo, iracundia custodiantur: ne quod iam aut collectum, aut
glutinatum est, his occasionibus soluatur. Hæc etiam prætermittere
non debui amice, per omne corpus recentibus uulneribus frequenti ap
probatiõe laudata. Allij igitur combusti puluerem uulneri asperge. Sic
etiam Scyllam tritam imponito, & sub utrisque adiutorijs, quatuor con
tinuis diebus penitus maneat inquietatũ, quo continuo percurari pos-
sit. Nam & myrrhæ, & lanarum succidarum combustarum cinis uul-
neri aspersus, similiter operabitur. Item aliud. Maligranati folia, cum B
melle trita, mixto uino, imponito, desuperque lintheolum infusum re-
sina & terebinthina superaddito. Item lanis operiãtur, uino & oleo di-
ligenter infusis. Item aliud. Fabæ syriacæ radicem siccam tundis, cribel
las, & loca eius puluere aspergis. Item aliud. Oliuarum amurcam co-
ques primum igne fortiori, ad primam mundationem, secundo, & ter-
tio molli uapore, quo pinguescere possit. Cum uero cõagulauerit, repo
nis in uas mundum, & cum frigescere cœperit, lintheola infusa loco per
cusso opponimus. Operabitur uero fortius medicamentum, si galla-
rum pulueres admisceamus. Aliqui eandem amurcam cum eodem pul
uere coquunt, et sulphuris uiui, & origani puluerem æqua mensura
uulneri aspergunt. Qui uero ferro in altum uulnus suscipiunt, fel bo
uis unciarum. II. & ficus nigræ lachrymum ÷ II. & adeps caprinus ÷
III. in uinum commiscetur, & temperatur, et hoc medicamento cura-
tur. Aliud. Baccas lauri cum resina tunsas, locis imponimus. Glu
tinantia uero adiutoria hæc sunt. Resinæ Syriæ puluis, capilli homi- Glutinantia.
num, æqua ponderatiõe cum thure masculo tunsi, & cribellati. sed cum
puluerem aspergere cœperis, præungendum est uulnus picę solutio-
ne. Particulam utris uinarij, & resinam ex æquo comburis, et uteris
puluere collecto: qui & sanguinis fluxus ualeat prohibere. Et mandra- Contra sanguinis fluxũ.

C gorae folia trita cum uino, & aqua cataplasmabimus. Aliud. Malogranati dulcis grana cocta in uino diligenter terimus, & in uicem cataplasmatis adhibemus, adiutorium approbatum. Sed & betarum surculos, exceptis folijs, elixos & tritos imponimus similiter. Si canis morsu quis fuerit uulneratus, cōtinuo spongia, aqua frigida infusa, aut oxymellite imponenda est, quae frequenter ex hinc irriganda erit. Primo uero eiusdem uulnerati loco uulnus, secundum physicos, fomentandum est. Et porri cum melle triti, & impositi, eodem modo medentur. Et lachryma arboris ficus continuo si ungas, hoc idem praestas. Et spongiae rudis combustę cinis cum liquamine mixtus, optimum beneficium facit. Sales triti, ac in lintheolo ligati, aceto infunduntur, & ex hoc uulnus tamdiu apozimandum est, uel infundendum, donec sanguinem eliciat. Postea uero cum sanari cœperit, eruum tritum cum melle uulneri impone, aut lentis puluerem cum melle despumato similiter. Quae uero in feruore fuerint, spuma argenti cum melle trita, & imposita, continuo mitigat: praefomentanda sunt interea uulnera aqua gelida. Etiam qui humanos morsus patiuntur, adiutorijs supradictis percurantur.

Ad morsum Canis.

Vulneratio nerui.

Si uero his accidentibus uulneribus, etiam neruus fuerit uulneratus, in quo graue periculum frequenter euenit, cuiusque patefactio prius custodienda est, ad humoris ex uulnere ueniemus digestionem: quo ex hoc impetus & dolores auerti possint. Frequenter etiam ferro hanc anastomasin procurare debemus. Conuenit interea prae omnibus etiam his phlobotomum adhibere: conuenit etiam eos uentris purgatione iuuare. Aquarum sane calidarum fomenta fugienda sunt, quae putredines & indignationes saepe procurarunt: sed oleo sabinensi, uel dulci, tepido, aut certe uetusto, frequenter uulnera ipsa fouenda sunt. Viride uero oleum, uel gremiale penitus uitandum est. Vtimur tamen post fomentationem olei calidi supradicti, sola terebinthina resina, lintheolis infusis & appositis: utilius, si terebinthinę etiam euforbij quippiam pulueris admisceamus. Fœminis uero, uel pueris, delicatiora corpora habentibus, etiam solius terebinthinae sufficiet beneficium. Caeteris uero, ut superius comprehendi, terebinthina cum euphorbio, & oleo miscenda est: addenda & cęra propolis, addendum sagapenum, addendum laser, addenda & opopanace: quibus coniūctis beneficium attestamur. Item aliud, quod in experimentis, ad neruorū uulnerationes adhibemus, iuuat. Calcis puluerem diebus canicularibus ex aqua marina lauamus, quā custodiemus. Huic medicamēto mixturi euphorbium, sulphur uiuum, puluerem calcis lotae deligēter in uncijs singulis, terebinthinā, ceram, picem, in uncijs tribus. Interea per initia ad uirorū uulnerationes cataplasmate tali uti nos cōuenit, ex melle, aceto, oleo roseo modice admixto, cum fabae pollinibus coctis, & tēperatis. Post cataplasmatis uero beneficiū, hoc est aptissimum adiutoriū. Euphorbium,

ἀναστόμωσις.

D

Oleum Sabinense.

Experimentum.

cera, resina, in singulis libris: oleum in duabus: sed euforbium cum aqua prius terimus, & superioribus solutis, ut moris est, admiscemus. Superaddimus interea etiam salis quippiam: ut os patulum humoris noxij digestionibus procuremus. Nam & Melanchorus trociscus semper his utilissimus fuit, cum aceto tritus, & aliquando cum cerotario temperatus. Sunt etiam alia adiutoria his caussis aptissima, sub una uirtute uariæ composita: sed paucis magis, & probatis uti nos conueniet, quarum perseuerantiæ, effectum facillimum potuerunt procurare. A Trociscus Melanchorus.

De VVLNERIBVS ex se nascentibus. Caput XX.

VULNERA VARIA, aut ex humorum acredine, uel plenitudine generantur, aut præeuntibus diuersis ictibus acquiruntur: quæ imperitia medicorum frequenter, aut adiutoriorū inopia procurata, uetusta & Chironia fiunt. Igitur cum uulnera recentia & caua fuerint, sic curanda, uel replenda erunt. Mel, & resinam terebinthinam æqua ponderatione in cacabo facies solui: item addes butyri tantundem, & ex hoc infusis lintheolis uteris. Aliud. Resinæ puluerem, ceram, & adipem misces, & similiter adhibebis. Cum æqualia in superficie fuerint, hoc uteris medicamento. Spumæ argenti ÷ III. resinæ ÷ II. olei ÷ IX. conficies, ut moris est, ad emplastri temperamentum, quo cicatrices utilius ualeas procurare. Sin uero transcendens planiciem, plus excreuerit, acrior eruptio, phrygium lapidem tundis, & eius puluerem aspergis. Aliud. Aeris purgamentum tunsum similiter adhibendum est: id aceto temperabis, humore importuno permanente. Et dum uulnus a sanitate prohibetur, hoc adiutorio percurandum est. Plumbi purgamenta, eruginis uncias singulas: aloe, & calcis uiuæ uncias binas tundis, & cribellas, & uulneri aspergis. Si cicatricem ferri sanare uolueris, hoc emplastrum facies. Ceræ ÷ II. resinæ ÷ I. thuris, & eruginis uncias singulas, olei cyprini ÷ VIII. conficies, ut moris est, & imponis, emplastrum probatissimum. Si nimis antiqua uulnera fuerint, ceræ in Sole liquefactæ commiscendus erit puluis floris eraminis, ut ad temperamentum emplastri perueniat, & uteris: neque frequenter soluere, sed etiam fasciola custodire debebis. Item Chronicis, uel Chironijs uulneribus, hoc emplastrum approbabimus. Lapidis chalcitis, cera in uncijs singulis: aluminis scissi uncia. I. his commixtis & temperatis utimur. Sunt & alia uulnerum genera quæ serpunt ad loca uicina, atque his adiutorijs percurantur. Lenticula cocta, & melli commixta, & folia caulium cum melle similiter. Et coriandrum uiride cum melle. Lis etiam ex lini seminis puluerem, cocti in uino, & oleo catapla

Ad uulnera caua.

B Aequalia in superficie.

Excedētia superficiem.

Ad cicatricem ferri.

Ad uulnera antiqua.

Serpentia.

C smata semper adhibui. Sic ex milij pollinibus feci. Sic etiam hederæ folia in uino coxi, & cum melle trita superimposui: foui etiam de eadem decoctione uulnera frequenter.

Vulnera callosa. Si callositas emerserit, in qua semper est tarditas uulneribus ad sanationem, æris florem coctum terimus, & ex eo puluere uulnera sanabo, & tithymali lachrymam cum uino & melle mixtam, in uicem cataplasmatis adhibeo. Si madefactio permanserit, his adhibitis, sales tritos cum melle imponam, & desuper ficubus tritis, & incoctis cataplasmabo. Et amygdala amara sic curant, locis adhibita, & cum melle contrita. Sic porri in uino cocti eodem modo curant. Sic erui puluis cum melle, & oliuarum uiridia folia in uino cocta, & trita adhibentur: ex quo uino prius fomentari loca suadeo. Similiter ex aqua etiam in qua alumen scissum infundendum est.

De IGNE SACRO.
Caput XXI.

HVIC MVLTiformis est cura deligenda. Aliter enim in febricitantibus emergens curatur. Aliter in eo cui febres superueniunt uisitatur. Nam & omnibus partibus corporum generaliter adiutoria adhiberi similia possunt: excæpto tamen capite, uel facie, quorum est ꝗmaxime caussa sollicita. Vicinitatem enim appetendo ignis ille serpens, oris aliquando, uel linguæ, aut gutturis paries facilius pulsat, & ueluti superficiem derelinquens, continuo instat interiora molestare, in quibus uitæ periculum formidandū est. Nam & Hippocrates hac eos sententia uisitat. Ignis sacer, ait, si interiora appetiuerit, molestum erit: si in cutibus perseueret, curari poterit. Ergo si cum febribus, & in supradictis partibus apparuerit, intra tertiū diem phlobotomandi sunt, & purgandi, a cibis penitus abstinendo, si tamen uirium non occurrerit fœtosa debilitatio. Dabis adhuc cataplasmata calida, & fomenta humectantia: frigienda sunt ignem, caussæque dolorem augentia: sed lenibus linimentis, euocatorijs, & curantibus, quæ sine grauedine possunt afferre utilitatem, ungendi sunt. Si phlobotomus sane, uel cathartica, certa de caussa prætermittenda sunt, clysteribus assiduis imminebo: quo competentibus, & assiduis purgationibus uentris, quod phlobotomo negatum est, possimus compensare. Frigidi tactus, & acres, uitandi sunt. in frigidatæ enim partes facilius commouentur. Declinantibus febribus hoc trocisco uti consueui, omnibus temporibus & locis aptissimo. Spuma argenti, cerussa, sulphure uiuo, croco, opio, sub æquo tunsis, & cribellatis, & cum passo, uel succis strychni temperato. Nam istorum euporistorum frequentium semper beneficia profuerunt. Butyrum cum strychni succo adhibetur: & acacia cum aceto, uel aqua: & spuma argenti cum

D

Hippocratis sententia de igne sacro. Ignis sacer cū febribus.

succo porrorum, uel betarum, & gutta ammoniaci cum aqua, & cy=
molia cum aphita, & strychni succo, & oua recentia in aceto, cum o= A
leo, & bulborum combustorum cinis cum melle. Oleum cyprinum
cum melle mixtum, & cerussa cum aceto, & uasorum fictilium puluis
cum aceto, & thus masculum cum cerussa: omnibus, aut singulis com=
mixtis. aliquibus mixto pane. aliquibus ex aqua coctis, & contritis.
Nam & folia in uino cocta, & contrita, imposita sæpe profuerunt igni
sacro. Si etiam post hæc ignis ille sacer adhuc insanierit, & ruboris
sollicitudo perseuerauerit, iam cataplasmatibus de seminibus cum mel= Ignis sacer post febres.
le coctis imminendum erit. Adhibeo etiam locis scarifationem: adhi=
beo fomenta aptiora, & ex eisdem desuper cataplasmatibus frequenter
requiro beneficium. Periculosum est etenim, caussa permanente adiu=
toria uariare.

❨ De APVM percussibus, uel scorpiorum, cætero= rumque serpentum. Caput XXII.

APVM percussus maluarum folia imposita continuo curant: Apum ictus.
& sisami folia, uel ipsum tritum, & appositum. Et lauri folia
molliora trita cum uino, potui data, sæpe curauerunt. Scorpionum
uero percussus, sales frixi, & cum oleo contriti, loco appositi. & ci= Scorpionũ. B
nis cum aceto mixtus, & impositus similiter, & allium cum oleo tritum,
& origanum cum aceto coctum calido saccello, continue medetur. Et
porrum tritum impositum, & sardinia trita, & folia oliuę trita cum sa=
libus, et imposita, & scylla cruda trita imponitur, & statim curat. Sed
& his semper potionibus liberantur. Aristolochiam rotundam, gen=
tianam, myrrham trogloditen, baccas lauri, omnia tunsa ex æquo, &
cribellata: aut puluerem, cum uino, et calida identidem in tempore da
bimus. Hoc etiam contra cæteros serpentes usi sumus. Aliud. Pi=
peris, & papaueris semiunciam unam tundis, & cribellas: ex his co=
cleare cum aceto dabitur, & bacca lauri cum folijs rutæ uiridibus tun=
sa, cum uino, aut aceto semper datur: & Irios illyricæ puluis cum ui=
no calido similiter. Quin & fraxini folia cum uino trita,
bibenti dantur.

❨ De turpibus RECEPTIS, & laten= tibus. Caput XXIII.

TITIMALI maioris molles & uirides ex acumine turiones
tolles, & hos calidis cineribus subijcies; & postq̃ combusti fuerint, pro Vt tela latentia ex uulnere prosiliant.
iectis sordibus in mortariolo contundis, & eorum pulueri aphitam si=
militer immittis, & uino cõmixta, patefacto orificio, uulneri imponis,
& continuo telum, aut aliud quod diu latuerit excludetur. Aliud.
Aristolochiæ puluis patefacto uulneri similiter imponendus est, & ue=
locius exiliet. Sic etiam de dictamni folijs, uel radicibus contusis, uelo=

C cius fieri conſueuit, ſecundum ueterum teſtimonia. Et cuſeſami ſemen contuſum una cum calchanto, uulneri appoſitum, ſimiliter operatur. Et lacerti caput contuſum, & impoſitum, ſecundum phyſicos ſimiliter facit. Si uero in fauces aliquid tranſiuerit, aquam & oleum calidū contineant in ore, et ſpontaneum exibit ſine mora. Sunt et alia phyſicorum beneficijs publicata, ſed ſuo loco & tempore conſcribentur.

¶ De TESTIVM indignatione. Caput. XXIIII.

FERVORES teſtium, uel indignationes, cyminum cum melle & oleo tritum, & appoſitum curat. Et ſemen lini frictū, & cum uino ſimiliter uice cataplaſmatis temperatum. Sic faba in uino cocta, aut in mellicrato cum melle trita, operatur. Sic ex coriandro, uiridi cum faba in aqua cocto, et ſimul trito cum melle cataplaſmabimus. Sic etiam de hyoſcyami folijs. Similiter & uuam paſſam enucleatā, ex æquo cum nitro adhibemus. Et naſturtij puluerem cum lini ſemine ex æquo cataplaſmabimus. Sic rutæ, & lauri folia uiridia in uino cocta, cum aphitis profuerunt. Et cymini puluerem mixto butyro, & reſina, & pampinos molles tritos cum aphitis adhibemus.

¶ De VERETRI, hoc eſt, de naturæ uitijs. Caput XXV.

D VERETRI dolores, fel taurinum cum nitro contritum curat: & butyrum cum terebinthina ex æquo mixtum. Similiter ex lini ſeminis puluere, & myrrha ex æquo, reſinæ quippiam ſuperadditum, in aqua coctum cataplaſma impoſuimus. Quibus uero tumuerit, pampinorū folia molliora triginta, thuris & ceruſæ ſemuncijs ſingulis commixta, pro cataplaſmate imponimus, ante tamen ex aqua marina frigida fomentabis. Nam & teſtes tumentes, cymolia trita frequenter cum aqua perūges: poſt uero myrti ſiccę pulueres, & myrrhę ſimiliter aſpergendi ſunt. Vulneribus uero in eodem cole, lepidos cyprinæ puluerem ſatis confidentur aſpergo. Et afronitri ſolius triti puluis eodem modo operatur. Et alumen ſciſſum contritū, ſimiliter & myrrha cum paſſo trita. Si ueluti carbunculus innatus fuerit, liciū cum melle tritum ſuppono: frequenter per diem inſpergo mel tepidum. Fomentandū eſt interea ex aqua de ſeminibus, quæ in aqua coqui debent, aut myrti uiridis, aut lentiſci folijs, aut rubi, aut oliuæ, aut roſæ ſiccæ: cuius puluis ſi poſt fomentum aſpergatur, continuo operabitur. Sic etiam de herbarum ſupradictarum cataplaſmate innuendum eſt, cum melle commixto. Nam & uini, & mellis ſpecies prætermittenda non eſt. Continentia uero ciborum, & uentris purgatio frequenter prouideri debet. Eſflaterij quoque puluere tangendum erit. Aliqui minimorum piſcium capita trita impoſuerunt.

Tumores teſtium.

λεπὶς eſt ſchoria, ſiue ſquāma, cuprinā uocat λεπίδα, quę ex ære, ſiue cupro fit.

☙ De HERNIOSIS. Caput XXVI.

A

HERNIAS uero infantium frequentius emergentes sic cura-
bimus. Resinam pituinam siccam, nitrum, cyminum, ex æ-
quo cum melle miscemus, & sub emplastri temperamẽto imponimus,
superaddita ligatura quæ contineat medicamentum. Et uuam passam
purgantes, in uncijs. VI. nitri uncia. I. cymini uncijs. II. cum melle con-
triuimus, & ita usu sumus. Vitandi cursus, & saltus, et auster, uentris
quoq; conatus, & ciborum nimia præsumptio. Aliud probatissimũ.
Caduci malogranati ÷ I. gallarum semiuncia, asphodeli radicis ÷ I.
narcissi radicis ÷ I. hæc omnia in uino coquenda, & tundenda, et ma-
laxata in primo adhibenda sunt. Hoc herniarum perseuerantiam intus
sub ligatura, etiam ueterum percurabit, & hydrocelas, & sarcocelas, &
enterocelas similiter. Itẽ Cinopoli emplastri expono maximũ & pro
batissimum remedium. Spumæ argenti ÷ VI. aceti ÷ XVIII. olei & o-
pij, spuma argenti pleniter comburis, & supradicto aceto restinguis, &
teris diligenter. Omnia simul mixta coques, agitabis spatula olosidera,
& ita ut dactylon coques, ac in lintheolo adhibendum diebus cõtinuis
V. imponis. Hoc hydrocelas, & similes collectiones sine dilatione cura-
bit. Carnes cochlearum teris, & his myrrhæ puluerem misces, et in
lintheolo inductum impones sub fascia, ut facilius reprimatur: & pas-
sum cum acacia tritum, et aqua similiter temperatum supponẽdum est.
Item etiam cochleas ex arbore lauro collectas comburimus, & tritas im
ponimus, ut umbilicum in naturam propriam reuocemus.

Herniæ infantium.

ὕδρον, σάρκον & ἔντερον, Herniæ sunt spẽs ab Hippocrate & Galeno descriptæ, quæ etiã plures & apud Galenum & Paulũ Aegi- netam numerentur.

B

☙ De diuersis uitijs in ANO nascentibus, uel Syrin- gis, hoc est, Fistulis. Caput XXVII.

DIFFICILES in his locis caussæ euenire consueuerunt,
pro accidentium qualitate. Est enim loci natura delicatior, & qui ad o-
mnes acerbos quàm maxime contactus, facile commoueatur. Nascitur er-
go in hoc sæpissime indignatio, uel feruor: fit ragadium, fit condiloma,
erumpũt hemorrhoidæ, nascuntur exocadia, fiunt & syringæ, frequen
ter etiam intestinorum effusio, et cętera, quibus omnibus suo ordine re-
media designabo. Quando ergo indignatio, uel feruor locum atten-
tauerit, pingues dactyli, in passo, uel mellicrato infusi teruntur, superad-
dito quopiam de oleo roseo, e quibus factum cataplasma tepidum ad-
hibemus. Superimposita tamen ligatura, quæ adiutorium continere de
bet. Nam etiam de musteo similiter faciendum est, sed quod piper non
habuerit. Sic etiam de bulbis albis, cum melle contritis, loca cõmota fre
quenter curata sunt. Et licium inde contritũ cum cerotario, et ex oleo ro
seo temperatũ adhibuimus, & sæpissime sulphuris uiui quippiam triti
superadijcimus. Est & hoc genus adiutorij utilissimũ. Spuma argen-
ti & cerussa, uncijs singulis: thus masculum, et crocum in semuncijs sin
gulis, cum uino & oleo tritum, et cõmixtum adhibendum est, et oui ui-

Ani accidentia.

Feruor Ani.

C tellum coctum, tritum cum melle & oleo, commixtumque, loca indignantia satis iuuat. Sic butyrum cum medulla ceruina, & sepum ceruinum, & thus masculum, omnibus ex aequo tritis, immixtis oleo & uino, similiter temperatis curati sunt frequenter. Huic medicamẽto etiam licium indicum admiscendum est.

Ragadium Ani.

Si Ragadium factum fuerit, hoc medicamento uti nos conueniet. Oleum roseum solum, tritum in plumbeo uase, & ex pistillo simili, usque in pinguedinem, & caricarum pinguium combustarum cinis, uino tepido praelauatus, ac impositus, prodest. Sic rosae flos, & pompholix simul trita, similiter spargitur. Et molybdaena cum folijs rutae uiridibus teritur, & cum oleo myrteo pingui temperatur, & similiter iuuat. Sic hyoscyami folia, sic corn puluis aspersus similiter loca curauit. Sic etiam lintheorum combustorum cinis cum amylo, ex aequo succo foliorum oliuae temperatur, & subpingue fiat linimentum.

Condilomata, & Exocadia Ani.

Quibus Condilomata fiunt, uel Exocadia, hoc adhibendum est medicamentum. Cerae libra una, picis ÷ IIII. medullae ÷ II. adipis taurini ÷ III. mellis ÷ IIII. uini ÷ III. guttae ammoniacae ÷ I. thuris masculi ÷ II. myrrhae ÷ V. sicca cum uino teruntur, & solutis calentibus commiscentur. Aliud. Calcis uiuae ÷ III. nitri ÷ II. utraque teruntur, & cum aruina miscentur, & ex eo pingue facies linimentum. Quod cum siccauerit identidem superaddis, & hoc modo per D seucrando facilius consumentur exocadia. Sic chalcantum teris, & eius puluerem cum oleo dulci molli uapore coques, & pinguefacto, loca frequenter tangantur. Nam & alumen missum in uase nouo, coctum, atque tostum, puluerem facit. Hoc tacta exocadia, spontanea frequentius ceciderunt.

Hemorrhoidae Ani.

Hemorrhoidas uero erumpentes, sic compescere, uel temperare consueuimus. Butyrum, crocum, cerussam, mel ex aequo omnia commiscenda sunt, & oui albore temperanda, & imponenda. Sic arnoglossa trita cum aceto facit. Sic pulueres cerussae cum aceto contritae. Fomentabis uero loca ex aqua, ubi alumen scissum, tritum mitti facies, & aeris florem excoques in tertiam partem, & ex hoc fouendi sunt ante linimentum. Sed ut etiam in tempore aliquando de physicis adiuuentur, in ea aqua coquendae sunt species supradictae. unde aegrotus is qui hemorrhoidas patitur, frequentius elauatur, & ad supradictas species, in uncias senas, aquae sextarios decem mittis.

Physica remedia frequẽter ab Autore uocantur ea, quę absq; certa ratiõe data, prodesse comperimus.

Syringae.

Si uero conclusas resoluere uolueris, tapsiae succum, & apij similiter ex aequo conterimus, & loca contingimus, quae solenni digestione fuerint impedita. Laser cum aceto contritum imponendo, frequenter usi sumus. Nam & Musa rrocisco, omnibus approbato, in aqua in qua calcem uiuam extinximus, resoluto, imminuimus, & profecimus.

Trociscus Musa.

Qui trociscus hoc modo a nobis conficitur. Aluminis scissi uncias. III. aloe ÷ III. croci ÷ II. crocomagma ÷ II. chalcanti ÷ III. caduci malogranati ÷ II. uino omnia trita commiscemus, ut trociscos faciamus.

Etiam hic puluis nobis experimentum dedit, omnes syringas & expur- A
gandi, & glutinandi: qui ista ratione conficitur. Iris Illyricæ ÷ V. erui
÷ III. mannę thuris ÷ III. lepidos calcis ÷ III. aristolochiæ ÷ III. 5.
omnia tunduntur, & cribellantur, & fictilis puluis, cui nomen est Aeo-
pali, commiscetur eodem modo, ad linimentum quemadmodum Mu-
sa trociscus supradictus. Quibus uero intestinum exierit, mori * syl-
uestris dolori fomentatio adhiberi debet: & post acacia trita cum ace-
to linimentum facit: & cyclamini succus eum melle ex æquo mixtus, &
coctus usque in pinguedinem. Aliud. Puluis ellebori albi, qui cum
aceto coctus est, admixto cærotario ex oleo roseo, satis iuuat. Et hyo-
scyamus in aceto tritus, & similiter adhibitus, intestinum effusum si-
militer reprimit.

Puluis ad idem.

Intestini exitus.

alias * uiscido.

¶ De PERNIONIBVS. Caput XXVIII.

PERNIONIBVS quę cum pruritu sunt, aquæ marinæ fo-
tus satis prodest. Similiter etiam si uino calido stiptico fouean-
tur. Sic si etiam decoctiones betarū, quibus alumen scissum infuderis.
Post quod fomentum, cæra liquefacta linire conuenit. Nam & ex alu-
minis puluere, cum hordei farina, & uino cataplasma adhibendum est.
Sic cæræ, & picis resolutæ sola unctione curatæ sunt. Et gluten solu-
tum in aqua profuit liniendo. Sic oliuarum uiridia folia cataplasma- B
te adhibita profuerunt. Sic gallæ cum aceto contritæ, sic uini feces im-
positæ curauerunt. Quibus uero iam uesicauerint, rhaphanos tun-
des, & ex eorum succo bene proderunt linimenta. Et lenticulæ coctæ,
& tritæ cataplasma proderit. Et caduca malogranati, in calidis cineri-
bus tepefacta, & trita adhibita, conuenerunt. Sic etiam scylla cocta, si-
militer contrita, profuit. Quibus uero increpuerunt, & uulnerati fu-
erint, his spuma argenti trita, mixto adipe porcino, pro emplastro ap-
poni debet. Sic adipes anserini cum cęra & oleo tepidi adhibendi sunt.
Et cochlea cum testa combusta, & trita, & in puluerem redacta, si asper-
gatur, continuo medetur. Eruum in uino coctum, & cærotatrio simili-
ter curat contritum.

¶ De RAGADIIS pedum, uel digitorum. Caput XXIX.

OMNES CREPIDINES in calcaneis pix liquida illinita
percurat. Et spuma argenti, cum cerussa, & alumen scissum ex æquo
contusum, & uino mixtum, medebitur similiter. Quibus uero pili
inhærentes molestiam fecerint, ferro subtili loca ante purganda sunt, &
melantherium cum locio pueri tritum apponendum. Et gutta ammo-
niaci cum aceto trita similiter adhibetur. Et mysi, & aristolochia ex æquo
contusa cum melle adhiberi debet. Hoc & rasu-
ra cucurbitæ trita faciet.

C ¶ De PARONYCHIIS. Caput XXX.

PARONYCHIAE in initijs lana ex aqua infusa imposita cu rantur, eaq́ frigidiore frequentius irriganda erunt. His etiam aphita, cum aqua trita adhibenda erit. Sic & thuris masculi puluis cum melle mixtus medebitur. Sic etiam gallarum. Si saniem sane collegerit, locum pungis: ad eius uero digestionem, & lenticulam coctam cum melle contritam superimponis. Et myrti folia uiridia trita, similiter cum melle adhibentur. Sic etiam rosarum, & sic oliuæ folia similiter. Sic cadmiæ puluis aspersus curat, sic erui, sic etiam thuris masculi. Quibus uero etiam ungues quassi fuerint, folijs myrti uiridibus, uel malogranati tunsis cataplasmandi erunt. Quibus autem forte aliqua loca nigrescunt, farina tritici, cum pice folia admixta curantur. Et sulphur uiuum hoc cum porcino adipe tunsum, & commixtum præstat, ne ipsi ungues exiliant. Et lini seminis puluis. Simul etiam & * asturacus cum melle commixtus imponitur. Et cæra sola liquefacta superimposita. Sed his omnibus adhibitis, diutius perseuerandum est. Calefacti etenim perseuerantia adiutorij ungues, melius gubernantur. Scabiosos, ueluti elephantiosos si quis forte ungues habuerit, uini fęx sicca, trita, & cum cærotario imposita curat. Et ficus sicca, purgata, & tunsa, superimposita, æque medetur. Et lapathi agrestis radix in aceto cocta, & contrita, et sulphur uiuum cum sandaraca, ex æquo tritum, & aspersum, continuo curat. Interea sub his omnibus adiutorijs, ungues ipsi primo ex pice lique facta ungi debent: quos superiori medicamento & fasciola munire & gubernare oportet.

alias * Asteraticus.

Vngues scabiosi.

D

¶ De PRVRITV, uel SCABIE totius corporis, uel uarijs maculis in corpore. Caput XXXI.

SI IVVENIBVS hoc bene habentibus obuenerit, phlebotomo prius sub gemina detractione subueniendum est. Item uentris purgationes frequenter deinde adhibendæ erunt. Cibis plane forbilibus nutriendi sunt. Lauacris frequentibus uti conueniet, in quibus thuris masculi, sulphuris uiui, & nitri puluere aspergendi erunt. Si hoc adhibito adiutorio, aut pruritus, aut scabies pseuerauerit, lapathij agrestis radix trita, & cum aceto commixta, in balneo similiter adhibenda est. Sic linimentum cum melle commixtum. Quo linimento, frequenter etiam in sole adhibito liberati sunt. His frequenter etiam frigida lauacra profuerunt, & postea oleo roseo, uel lentiscino, aut myrtino, admixto uino, se utilius perfuderunt. Scabies uero si uulnera habuerint, mirabolanum, & sulphur uiuum, ex æquo tūsum, cærotario ex oleo myrteo liquidiori cōmisceo, ut leui unguento eorum in balneis uulnera pertractentur. His sane calidum lauacrum aquarum dulcium pro-

Loquit de linimentis quę in calce huis Capitis descripta habetur.

curandum eſt, in quo ſupradicta linimenta adhibenda ſunt. Nam &
thuris maſculi, et pulegij ex æquo puluis, ibidem in balneis commodiſ= A
ſime adhibetur. Commodius, ſi etiam cum uino Capnitis ſuccus, ſic
nitrum cum uino, ſic Capnitidis ſuccus, qui frequenter etiam cum ace=
to mixtus, plus profuit.

Capnitis eſt ea quæ Fumus terræ uocatur a neothericis: a ueteribus etiam Fumaria dicta.

☾De ELEPHANTIOSIS. Caput XXXII.

SVNT QVIBVS certis ex accidentibus, maculæ in corpo=
ribus frequentius inhæſerunt. Sunt nigræ, ſunt albæ, uelut elephantia=
ſin aliquando annunciantes: quibus hoc modo medendum erit. Myr=
ti folijs uiridibus in uncijs duabus, nitri, & aluminis ſingulis, contritis,
in balneis fricandi erunt. Aliud. Sulphuris, nitri, & ariſtolochiæ pul=
uis ex æquo contritus, in balneis adhibendus eſt. Sic gutta ammoniaca,
trita cū oleo, profuit. Sic fici folia cum ſulphure uiuo, & cum aceto me=
dentur. Nam & ſub ſole de hac confectione curātur. Et cyminum, cum
aceto tritum ſæpe ſic profuit: & quinq; diebus ſuperaddendo linimen
ta, non delauatis prioribus. Sic cymolia, nitrum, & bacca lauri cum ace=
to commiſcentur, & ſimiliter, ut priora, medentur. Aliud. Fenogræ
ci puluis, aphronitri in uncijs binis, et alcyonium, & cyminium in unci=
is ſingulis, ſimiliter cum aceto adhibendum erit. Et ex betarum folijs co
ctis, & tritis, cataplaſma his imponendum eſt. Et piper cum myrteis fo= B
lijs uiridibus tritum, & ſub ſole in balneis adhibitum, utraſq; maculas
permundabit. Sæpe his perſeuerantibus maculis, ad elephantiæ ui=
tium, frequentius declinatum eſt, cui per tempora nunc ordinabo re=
media. Per initia huius paſsionis, cum ſanari plene uitium ſupplices
orauerint, phlobotomandi erunt, & purgandi frequentius. Faciem ue=
ro in qua huius uitij magis horret imago, mirabolano cum aceto, & o=
leo roſeo, uel myrteo, uel lini ſemente fricare conueniet. Aquis naturali=
bus frequenter utantur, & marini lauacri. Continentia ſane uitijs his ꝙ
plurimum prodeſt. Cibis digeſtibilibus, & dulcioribus frequenter iu=
uantur, lactis acceptatione ꝙ maxime, ſi aquæ eius accipiant quod græci
ὑγρὰν appellant. Nam & ſuccus Neptæ herbæ frequentiſsime hoc uitium
releuauit: & hæc eadem herba, par beneficium præſtitit ſæpe cibo da=
ta: & coagulum νεβρῶν, id eſt, hinnuli, quē nos ceruū lactentem dicimus,
cum oxymelle ieiuno datum, uel temperatum, ſępe profuit. Si ijſdem
adhibitis, morbus ille adhæreſcens omnino fuerit publicatus, tunc neq;
phlobotomo, nec catharticis uti conueniet. fieri enim non poteſt, ut hu=
mor corruptus inſaniens, quique omne corpus ſuo horrore funeſtarat,
tis adiutorijs purgationum adhibitis, ad interiorem originem identi=
em reuocatus, uenenati ſanguinis, geminatis effuſionibus arceat̄. Sed
omant frequentius, & lactis beneficio per cibos, per potiones enutri=

Elephantiaſis cura.

C antur, & educentur. Locis uero contaminatione uulneratis, omnia stiptica adhibenda sunt, quibus illa caro corrupta, & effœminata, ualeat durari, uel stringi. His frequenter Ciros trociscus profuit, qui conficitur ex sinopide, alumine scisso, ęrugine, & cymino sub æqua ponderatione in aceto dispositus. Omnia etiam linimenta, uel fricamenta quæ prurituí in superioribus, nec non etiam scabiei conuenientia significauimus, etiam his apta, seu utilia asseueramus. Aliqui uero etiam illis carnes uipereas ministrauerunt, quaternos digitos in mensura, tam in capite, q̃ & a cauda præcidentes, quæ oleo & salibus conditę profuerunt. Addis

Trociscus Ciros.

* de græco quamplurima.


De LVXATIONIBVS, Caput XXXIII.

PER INITIA, ut moris est, primum auulsa reponenda sunt locis suis. Item embrocis uti necesse est, ex herbi pollinibus, uel certe cineribus, oleo, sapone, & ouis commixtis, lanisque mollibus, infusis succis loca munienda sunt, & pro locorum natura, fasciolis continenda, & constringenda. Si sub hoc adiutorio, loca naturaliter custodita quieuerint, eisdem usque ad perfectam sanitatem imminendum nobis erit. Si uero aliqua aduersitate, locis proprijs auulsa minime potuerint reuocari, tunc adiutorijs catholicis, doloribus crescentibus, subueniendum erit: ut est phlobotomus, uel catharticum, et cataplasmata paragorica. Quibus perseuerantibus, si dolorum declinauerit inquietudo, fomento lauacri, cęrotarijs, uel certe emplastris casticis imminendum est. Postea uero malagmatibus perseuerandum, quibus curanda loca possint perpetuo solidari.

* D

LIB. PRIMI Finis.

¶ OCTAVII HORATIANI in Secundum Operis sui librum ad EVPORISTVM PRAEFATIO. A



NVNC secundi Operis partes aggrediar, quibus prodenædæ, discutiendæq; rõnis delegauimus functionẽ. Quę qm̃ oculis cõprehendi non potest, q̊d officiũ liber supior occu pauit, idcirco passiones interiora possidentes, in hoc uolumine, aut acci dentibus conuincent̃, aut prodent̃ indicijs. Studio quippe ueritatis no= lui frustra disputatiões ingerere, qn potius in utroq; opere, certis, depre hensisq; morbis remedia cõstitui, uel curis medendo facilioribus, uel tu endo matereiã uitiorꝝ. Qñquidẽ in Logico ope obscurisq; piculis, non opus est assertore, sed iudice. Omnes acutę Febres uel ægritudines, de qbus nũc dicere cõstitui, aliqñ passiones præueniũt, aliq̊nes cõsequunt̃, quæ certa produ͂t indicia, qbus morborꝝ possit materia cõprehendi. De chronicis uero secundis partibus promissos sermones expediã. Hæc est itaq; sub oĩm ueterũ autoritate febriũ diffinitio, qbus etiã nos assensum libẽtissime accõmodamus. Inest nobis calor ignitus, qui cũ se in altiori bus pcordiorꝝ locis, repẽtina aliqua necessitate cõmouerit, & uelut adue ctius tẽpestate, loca aliqua naturaliter quieta turbauerit, uaporẽ acriorẽ procurat, & tũ quidem ex altitudine stomachi febriũ serit originem.

¶ CAPITA primæ partis LIB. II. De Acutis passionibus. B

¶ CAPITA Secundæ partis LIB. II. de passionib. Chronicis.

C ¶ LIBRI II. pars prima, De OXYORIS, seu acutis passionibus.

¶ De FEBRIBVS. Cap. I.



SIC IGITVR quòmaxime omnibus in locis, siue climatibus, omniq; ætate, morbis omnibus certa ex necessitate uel imminentibus, uel præcuntibus, hæc sociantur. Febricitantibus itaq; generaliter omnibus, unum magnum remedium cunctorum cautum est autoritate, præcipue seruire temporibus: ut per conditionem causarum ægri omnes, adiutorijs competentibus releuentur, similiter etiam cibis congruis nutriantur. Conueniens profecto, in utrisque aliquando congruum, bonum tempus. Possunt enim in hijs officere, quæ æque utilia iudicarentur, si in competenti tempore suggerantur. Docuit enim natura omnium gubernatrix, initijs omnium exagitationum, sub quacunq; forte causarum aduenientium, quando præsentis commotionis tempestate, naturalis ille uapor turbatus, recessus interiores petierit, & cum * ex materia articulos frigus uel tumor quassauerit, uel occupauerit, tunc nihil penitus a Medicis tentari, uel adhiberi debere. At uero imminente declinatione, transactis augmentis, cum paulatim uapor exasperatus, omnia illa exteriora membra perfuderit, tunc adiutorijs potius competentibus seruiemus. Ergo quomodo aliquando sub certis accidentibus manifesta declarantur nomina passionum, sic aliquando simplex febrium imago conspicitur, quæ uentris semper constrictionem procuret, capitis dolorem, linguæ asperitatem, aliquando insomnietates, cum leuibus mentis erroribus. Hæc etenim ex eadem Febrium origine, uapore naturaliter superiora appetente, præcipue capiti sollicitata contingunt. Quæ accidentia licet etiam in cæteris passionibus, cum alijs signis plurimis misceantur, tamen cum per se sola fuerint, febribus sociata, febrium magis simplicium quam figuratarum speciem designare noscuntur. Ergo cum simplicium Febrium causa constiterit, per initia commotionum, cum adhuc articulos possidet frigus, manibus calidis, uel uaporibus, cætera omnia membra calefacta contineo: tunc etiam somnos inhibeo, nihilque aliud inhiberi permittam. Cum uero ex altitudine uapor exiliens, corpus omne calefecerit, & emergens inflammatio impatiens, uiscera uniuersa siccauerit, tunc post clysteris simplicis beneficium, etiam enemate, quod ex sicco lini seminis, & oleo roseo, uel chamęmilo temperatur, in uncijs tribus, igneis illis ardoribus succurrendum est.

At uero quinta transacta die, & primis iam temporibus ægritudinis refręnatis, cum sub quadam maturitate qualitas causæ humanior apparuerit, tunc post augmenta commotionis præsentis, lini semine, & hordei pollinibus, cum aqua & oleo, ut moris est, præcordiorum lo-

Alias, * exteriora articulorum.

D

Cura.

Enema.

ea iuuanda sunt: ex quo aut ignem illius commotionis temperemus; A
aut sudorem oportuno tempore procuremus.

Monitum te interea uolo, ex urinarũ inspectione, supradictæ ægritu
dinis maturitatẽ, sic considerari debere. Aduertendũ est itaq;, ex urinis
naturalibus & consuetis, quantũ in contrariã partem natura deuiauerit:
ut ex hoc, quid aut præsens status, aut futurus ægritudinis exitus allatu
rus sit, instruaris. Est autẽ urina naturaliter, quę corporis eius qui emit=
tit, sanitatẽ manifestat, rubra mediocriter, & subpinguis, & tactu calida,
habens naturaliter nebulas, in aquã maxime appetentes. Quantitatẽ ue
ro ex accæpto nosse conueniet. Hæc itaq; cum inspexeris, de maturitate
ægritudinis bene confidẽs, adiutorijs cõpetentibus uisitabis. Super=
ueniente igitur declinatione, tẽporales cõmotiones, etiã prioribus adiu=
torijs procurato. Tunc & linguæ curationi, & cæteris, quæ cibos impe=
dire consueuerunt, seruiendũ erit. Aliquando etiam lixoperita pro cata=
plasmatis adhibita, q̃maxime profuerunt, quę infundere ac nutrire ma
gis, quã infrigidare corpora ardentia uideantur. Quę conficere hoc mo
do consueuimus. Spuma argenti uncias tres, mellis ÷ III. succi lini semi
nis ÷ VIII. cęræ ÷ III. olei rosei, uel chamęmelini libras. II. conficis ut
moris est, et uteris in uicem cataplasmatis, cõmotiones competenti tem=
pore iuuaturus. His igitur adhibitis, simplices ægritudines sic uisita= B
re consueuimus, usq; in plenam uisitationem: quo etiam lauacris adhi=
bitis, & reparare sanitatem, & reparatam custodire possimus. Igitur
postq; illius ægritudinis species, quæ solis Febribus cum proprijs acci=
dentibus designantur, hac pagina compendiose composui, in sequenti
ordine, acutas omnes passiones, proprijs nominibus, atq; etiã acciden=
tibus designabo. Sumimus itaq; initium de Phreneticis, febrium acuta=
rum necessitate fluctuantibus, adiungentes adiutoria competentia.

De PHRENETICIS. Caput II.

PHRENETICORVM caussam, certa accidentia manife
ste designant. Sunt enim acutæ febres, cum terribili mentis ali=
enatione, sunt iuges insomnietates, ex miningę tensione, uel indignatio=
ne uenientes. Vnde quum speciale accidens, hos tantũmodo manifesta
uerit, uel si floccos intensius legerint, cõmotionum temporibus, uti iam
ante pręmonuimus, seruiendũ est. Docet natura, exasperatis nulla peni=
tus adiutoria admouenda, ex his præsertim, quæ importunis tempori=
bus q̃maxime adhibita, nocere probata sunt. Per initia itaq; huiusce
passionis, lucidum ac temperatũ primo cubiculũ prouidendum est. Ci= Cubiculum Phrenetici.
borũ obseruanda continẽtia. Et si prædicta adiutoria, quibus passio pu=
blicata est, intra tertiũ diem apparuerint euidentia: & si nulla nos aut æ=
tatis, aut temporis ratio remoretur, phlobotomo subueniemus, licet ad
detractionem sanguinis, cunctatior * non facile peccauerit. Cum enim

Vrinæ iudicium.

Alias * cunctator.

C sanguinis, cõmodissimi elementi, copia laborantes, etiam alienis possint iuuari remedijs, eo sane detracto, uel amisso, difficile reparantur.

Venter. Ventris item si constrictũ fuerit officium, per clysterem simplicissimum procurabo, mellicrato calido, oleum tantũmodo admiscens, nihil asperum, neq; diureticæ qualitatis adijciens. Certũ est enim, febricitantibus omnes collectiones miningæ sociari. Vini, uel aceti penitus in his odor fugiendus est. Cibus humectus & lenior est adhibendus. Aptis tẽporibus caput oleo roseo infundendũ. Et si his adiutorijs contemptis, passio augmẽta perceperit, ita ut extensioribus uigilijs, & febribus, & alienationibus adhuc molestissimis terreamur, oleum chamęmilinũ, uel anethinũ calidum, in quo papauer, uel lactucæ semina, uel menthæ, uel hederæ succos coxeris, miscebis, & eorũ capita frequẽtius irrigabis.

Cibus.

Vigiliæ. Si uero impatientius se luctando quassauerint, quod est omnibus uigilantibus accidens speciale, mollibus ligaturis fasciarũ alligatos quiescere faciemus. Etenĩ plus incõmodi accidere poterit ex uigilijs inquietis, q̃ si inter luctationes nimias intercẽpti, uiribus fatigẽt. Vultus eorũ ante cibos, aqua calida, ubi agreste papauer, aut lactucæ semen, & cætera illa quæ significamus decoxeris fomentẽt. Similiter etiã articuli eorum, lingua quoq;, ex melle, & oleo mixto rosaceo, aut certe ex succo li-

Vultus.

Articuli. Lingua.

D ni seminis irrigẽt. Febribus etenim perseuerantibus, ægri amplius siccitate linguæ quatiunt. Lectus eorũ suspendendus est, & ad uicem gestationis agitandus. Frequenter enim, ex illa lecti motione, ueluti & mentis oculis, & mentibus occupatis, somnos his dulcissimos procurabimus. Media eorũ, consideratis tẽporibus, oleo dulci calido fomentanda sunt, aliquãdo mixta aqua calida pertigmanbus infundenda. Similiter etiam inguen eorũ, huic q̃ maxime compatiens ægritudini. Frequenter etiam seminum cataplasmatibus media eorum iuuanda erunt.

Lectus Phrenetici.

Media.

Rasura capillorum. Iuuat interea multum detonsio capillorum, aut si raso capite admotæ cucurbitæ, cũ sanguinis detractione adhibeant. Ex hoc etenim adiutorio, quantũ sæpe probatũ est, ad plenã caussæ perductę sunt digestionẽ.

Hæc est amice, simplex Phreneticorum medicina, quæ naturę beneficijs, & adiutorijs sic ordinatis, competenti tẽpore adhibitis, continet. His etenim rite custoditis, facilius potest ægritudo uicta succumbere.

¶ De LETHARGICIS. Caput III.

LETHARGICIS & Phreneticis simile est capitis aut miningæ sub extensione uel constrictione periculum, utriq; acutis febribus agitantur. His tamẽ accidentibus differunt: quòd Phrenetici, manentibus insomnietaribus & alienationibus eriguntur. Lethargici uero sub simili incõmoditate uigiliarũ, grauedine molestissima, & falso ueluti somno, molestius deprimunt. Sunt hæ differentiæ, ex simili passione subortæ, ita tamẽ, ut plus lethargici periclitent. Nam phrenetici amplius grauati, lethargici fiunt; Lethargici uero reuelati, in phreneticos

Phreneticorũ, & Lethargicorum differentia.

mutantur: Vna est ergo & æqualis in utrisq; caussa uitiorum, eadem & iam in uisitando diligẽtia esse debebat. Sed phreneticis quies & patientia indicenda est: lethargicis uigiliæ procurandæ sunt. Ergo lethargicis fotus capitis simplex adhibendus est, ut phreneticis: exceptis herbis illis, uel seminibus sapores afferentibus, quibus media præcordiorũ similiter adiuuanda sunt. Linguę siccitas eodẽ modo riganda, riteq; uentris officium procurandũ. Caput quoq; sic detractione sanguinis releuari debebit. Vno eodemq; modo, uel tẽpore, etiam ciborũ qualitate nutriendi sunt. Vnũ tamen pręcipue curandũ, ut si per spinæ tantũmodo admonitionẽ febres adhuc acutas perseuerare intellexeris, frequẽtibus eos sternutamentis releues, tunc acerbis adiutorijs ptarmicis imminere nos cõueniet, in lucido sane & tẽperato cubiculo. Articulos uero eorũ ungo frequenter oleo ueteri, uel cucumeratio, mixto nonnunq; nitro, aut pipere, aut castoreo: et uncta sollicitius defricabo. Et si frigidi adhuc fuerint, etiam sinapi puluerẽ admisceo. Nam & aliqui etiã sanguisugas fronti eorũ, uel temporibus recte adhibuerũt. Perseueranti uero grauedine, & sensus occupatione demersis, expedit accipere ad mensuram cochlearis unius cum mellicrato castorei puluerem. Expedit etiã apophlegmatizare ex oxymelle, & hyssopi, aut origani, aut thymi, aut pulegij, aut rutæ decoctionibus. Et si adhuc ista ueterẽ capitis depressiõem non deponant, etiã sinapismus adhibendus erit, unguenta quoq; ex castoreo, & oleo sicionio. Iam tunc etiã odores naribus admouendi ex castoreo, pulegio, origano, thymo, & baccis lauri. Hoc & ex cornu ceruino, & galbano fieri, cõmodum probauimus. Hęc igitur grauaris lethargicis adhibenda sunt, ubi febrium acutarum non interuenerit necessitas, quæ quidem nos omnia eis quæ phreneticis accõmodari solent adiutoria, uel illis similia adhibere compellit.

A

πτάρμικα, adiutoria uocat, quæ sternutationẽ prouocant.

B

❡ De PLEVRETICIS. Caput IIII.

PLEVRETICORVM hæc est certissima definitio. Dolore insustentabili, & perseueranti, circa interiora lateris afficiuntur, Febribus æque acutis minime desistentibus: & tussi molestissima compressi, sputa uaria ejcient. Super quod latus iacuerint, tolerabilius asseuerant. Nam loci dolentis, ad saniores partes in tempore demigrat pressa materia, ac tum loca ipsa languentia releuantur. Febrium itaque temporibus seruientes, adiutoria & cibos congruos adhibebo. Cubiculum procurabo calidum & lucidum. Ex initio mellicraton ex despumato melle suggeram, omni ægritudinis tempore ministrandum. Interea si statim nos augmenta terruerint, retractantes ægrotantis ætatem, temporis qualitatem, prouinciarũ naturam, intra tertium diem phlobotomo subuenire nos conuenit. Item uentris officium procurandum est, aut balanum supponendo, aut clisterem simpliciorem. Lateri uero dolenti, ex oleo samsucino calido fomentum adhibeo, et

Pleureticorũ accidentia.

βάλανος, glãs. Balanũ, pessariũ, seu pessũ instar glãdis.

C ex samsuci puluere, uel rutæ siccæ, loca affatim aspergo dolentia. Post uero succidas, aut sulphuratas calefactas lanas appono, uarijs & frequentibus cæteris uaporibus loca mitigabo: & aliquando saccellis ex cantabro: aliquando ex milio, uel salibus calefactis, aliquando oleo supradicto samsucino, uel rutaceo adiecto, uesicam uaporamus. Adhibemus etiam ucntosarũ suis temporibus aptissimũ adiutorium. Perseuerantibus uero doloribus, etiam cataplasmata calastica cum melle de seminibus addo, detrahẽs semen fœnogreci. Febrientibus caput semper dolore & inflatione sollicitatur, quod expertus es. Cibos uero usque ad ægritudinis digestionem, cõmodis tẽporibus, matutinis quàmaxime, sorbiles ministrabo, & calidos. Semper enĩ naturę certa ratione, uespertinæ horæ crassiores accessus, ægros animos ad tristicias quasdam adducũt, et uitia ueluti renasci cogunt, cõmotionem interea addẽtes. Eoque facilius ægritudinem refrenabis, si per dies singulos semel tantũmodo cibos adhibeas. Sub hac igitur uisitatione, si necdum ægritudinis augmenta recesserint, diebus pluribus ex mellicrato, aut hyssopum, aut rutam uiridem decoquam, & ex hoc frequenter eos potabo. Locis uero impatienter dolentibus, etiam ἰσχέμα ustionis impono. Ita etenim frequenter ad peripulemoniacorum non permittetur æger uicina peruenire pericula.

ἰσχέμα.

D Dolentes uero latus sine febribus, & cæteris accidentibus pleureticorum remotis, quos iam non pleureticos, sed latus dolentes proprie appellabo, ex subiectis alia diligentia uisitamus. Piper, uel cyminũ, uel castoreum, aut rutam siccam terentes, mellicratoque miscentes, potui dabimus. Oxyporia adhibenda erunt. Item acopo calido, cõmixto opobalsamo, aut glaucino, aut laurino, latus ipsum est perungẽdum, & fricandũ. Quibus adhibitis, si necdum dolor quieuerit, super illam decoctionẽ quam superius ordinauimus, fraxini radicem, aut capparis admiscebo. Dabo interea etiam antidota apta frequenter pleureticis, superaddens samsuci puluerem, ijsdem semper adiutorium cõmodissimũ. Nam & emplastra, uel malagmata, his sæpissime profuerunt, ex rutæ foliorũ uiridium contritorũ, cum axungia, et cętera quàmplurima, quæ sibi quisque in tempore caussæ probatæ utilia esse cognouerit.

Contra dolorem laterũ.

¶ De PERIPLEVMONIACIS. Cap. V.

PERIPLEVMONIACOS hæc accidentia manifestant. Febres acutæ, thoracis pondus, quod etiam laterũ sollicitet uicinitatem. Iacere supini non facile patiuntur, sed magis sedendo releuantur, Facies attestantur infectas ueluti quodam rubore genas. Anhelitũ tardum, & suspiriũ patiuntur. Tussiunt frequenter, sputa sanguinea & sordida digerunt, pulmonis periculũ designantia. His primo lucidũ, & calidum, utpote calasticũ cubiculum prouidendũ est. His febriũ temporibus seruiens, adiutoria, et cibos moderatius administrabo. E succis ptisanæ, aut alicæ, mellis quippiam despumati habẽtibus, mellicraton

Peripleumaticorum accidentia.

faciendum eſt: ſicuti etiam in Pleureticis ordinatum eſt: cui concoqui
debet ruta uiridis, hyſſopus, uel origanum, aut Iris Illyrica, quæ ꝙ maxi= A
me perſeueranti tuſſiculæ mederi conſueuit. Si uero digeſtio ſputo=
rum tarda, & difficilis fuerit, uel ſi pectora eorum uiſcoſa quadam pin=
guedine percludantur, ad menſuram cochlearis, ieiunos recentis buty=
ri frequenter accæptione iuuamus. Ventris officium aſſidue procura=
bo. Thoraci eorum, hoc eſt, pectori, adiutoria omnia Pleureticorum
adhibeo, tam in fomentis, ꝙ in cataplaſmatibus, cæteriſque uaporibus
conſtituta. Cærotaria quoque ex oleo cyprino, habentia ſinapi pulue=
rem, adhibenda ſunt: quibus ad exteriorem cutim, pulmonis laboran=
tis, cauſſa interior prouocetur. Nam & uentoſæ impoſitæ par benefici=
um etiam mitigando præſtiterunt. In declinatione uero huiuſmodi æ=
gritudinis, emplaſtris, & malagmatibus amycticis pro tempore aptis
uti nos conueniet, nec non & humanioribus lauacris, cæteriſq́ꝫ, quibus
ex tanta ægritudine, reparare membra laſſiora, & roborare poſſimus.

¶ De SYNANCHICIS. Caput VI.

DVPLEX Synanchicorum ſpecies. Vna quæ cum tumore
nimio, uel indignatione gutturis, & uuæ, & faucium, & uici= Synanchia duplex.
narum partium efficitur. Altera ſine tumore, iiſdem tamē inhærentibus
ſignis, uel accidentibus: quæ plus periculi facere conſueuerunt. Meatus
utriſq́ꝫ in tranſglutiendo difficilis fiet, & de concluſione eorū locorum, B
uel ſuſpirio, uel etiam nauſeando periclitantur. Hi hoc modo curandi Synanchicorū accidentia.
erunt, Cubiculum maius, & calidum procurandum eſt. Clyſteris ardo=
re officium uentris cogemus. Et ſi ætas eorū adhuc calidior fuerit, phlo= Cura.
botomo liberantur ex uenis ſub lingua apparentibus, eo ſane tempore,
quo neceſsitas coëgerit detractionis. Vbi enim febrium timor defuerit,
etiam poſt tertiam diem ſanguinis detractio non negatur. Gargari=
ſmatis uero has cauſſas faucium, frequentiſsime tali modo nouimus re=
leuari. Mellicrato, in quo aut cantabrum coquendum eſt, aut ficus ſic=
cæ, aut gallæ quaſsatæ, aut roſa ſicca, aut lenticula, aut omphacium,
aliqua ex his, aut certe omnia, ut ſuperius conteximus, concoquenda
erunt. Nam Andronici trociſcus omnibus merito approbatus, ſi
cum paſſo, aut careno teratur, & molli penna his locis adhibeatur, ſa= Andronici Trociſcus.
tis iuuat. Sic etiam de flore roſarum, & alumine ſciſſo, & de phrygio
lapide ſimul combuſto, confectus puluis, ſimiliter temperatus, com=
modius adhibetur: & cætera medicamenta: ut anthera, & his ſimilia,
anteriorum compoſitione probata. Interea ſaccellis, uel fomentis, ca=
taplaſmatibuſque calaſticis, & paragoricis, locis faucium periclitanti=
bus, & pectoris uicinis partibus imminebo. Cibis uero temporibus
competentibus humidis, calidis, & tenuioribus nutriendi ſunt. Acu=
tæ etenim ægritudines, utilius gubernari non poterunt.

C

De APOPLECTICIS. Cap. VII.

Apoplectici, unde dicti.

APOPLECTICI appellati sunt, eo ꝙ ueluti ictu quodam repentino percutiantur: uel quod frigidissimi cum totius corporis desperatione, & grauedine iaceant, sine sensu etiã. Hæc quidem passio acuta est, et nunq̃ penitus sociata cum chronicis, nimiũ sollicita, sine febribus tamen. De his igitur Hippocrates noster, huius professionis autor, sic sua sententia iudicauit. Apoplecticos, inquit, grauiter occupatos, nullo penitus pacto curari posse: leuiores attamen, licet difficile liberari. Huic etiam ego obediens, hoc sic suadeo obseruari: ut eos quos sine sensu penitus iacentes inspexeris, & nimium frigidos, anhelantesq́, tantummodo plena sub desperatione agere pronuncies.

Hippocrates in Aphorisˁ.

Cura.

Quos uero leuiores, ut dixi, & aliqua parte sensum proprium continentes, sono narium respirare conspexeris, penna prolixiore interiora faucium attingendo, si fieri potest, cibos, aut flegmata per uomitum reijcere compelles. Sternutamentis acrioribus. eorum capita commouenda sunt, Vnguentis, uel fricamentis, acrioribus, & calidis, omes eorum articulos, mixto nitro, & pipere, infundere suadeo. Extremitatem uero intestini, taurino felle tangendam, aut puluere staphis-

D agriæ, quam syluaticam uuam appellant. Balanos supponimus acres, & thermanticos. Consueuerunt enim his adiutorijs cõacti, σπύραθα, uel urinas, uel phlegmata frequenter extrudere. Cognoscentibus uero, & respondentibus, intrepide phlobotomum adhibeo. Si tamen nimium senes non fuerint, succis eos ptisanæ, uel alicæ, cum oxymelle gubernabo. Aquam calidam potui dabo. Cum uero transacto periculo præsenti, ad paralisin, ut frequenter contingit, caussa fuerit deriuata, suo tempore, quum de paralisi tractaturi sumus, etiam eorum ordinabo remedia.

σπύραθα, stercora sunt.

De HYDROPHOBICIS. Cap. VIII.

HYDROPHOBICORVM caussam, aliqui ex morsu canis rabiosi, aliqui ex serpentium uenire asseuerant. Sed has origines sollicite nos scrutari superfluũ est. occupatos etenim hoc morbo molesto, nil iuuat originem didicisse. Igitur cum initia huius manifesta fuerint passionis, emergit primo ueluti quædam irrationabilis animi respiratio, repentina, & frequentes iracundiæ. Item pigrescunt ad omnia, insomnietates, uel certe somnos terribiles patiuntur. His & stomachi grauedo, cum corruptela ciborum emergit, lauacrorum inconsueta uitatio. Aerem serenum, uelut plumosum perhorrescunt. Vitare etiam bibendi consuetudinẽ tentant. At uero, cum passio eos plena possederit, quantũ in desyderanda potione hic accesserit desyderij, tantũ timoris in accipiendo generatur. Ad hęc phlobotomo prius occurrendum est, si eos nulla prohibuerint cætera præiudicia, ut superius dictũ est, quando necessitas cõegerit temporis. Vbi enim febriũ timor desue-

Accidentia Hydrophobici.

Cura.

rit, etiam post tertiũ diem detractio sanguinis nõ negatur. Item dabo A
gentianæ radicis puluerem, in mellicrato coclear unũ: diatheriacon da=
bo, cõagulum leporis tritũ, similiter cum mellicrato. Dabo etiã canum
catulorum cõagulum. Dabo etiã cancrorum fluuiatiliũ puluerem com
bustorum. Vulnera autẽ eorum a plena sanatione, ut possumus diffe
remus, admouendo medicamenta quæ debent mitti, & sordida eadem
uulnera faciam permanere. Admoueo interea etiã sanguisugas, admo=
ueo caustica. Patentium enim locorum uenenati humores minime po=
terunt prohibere digestionem. Pectus eorum, uel stomachum, semi=
nũ chalasticis cataplasmatibus adiuuabo. Iuuabo etiã cærotario, ex aloe
& mastiche, & nardino oleo temperato. Caput eorũ oleo anethino, uel
chamæmilino tepido infundo. Vomitibus & clysteribus releuãdi erũt.
Stomacho uentosas impono frequenter cucurbitas, & unguẽtis ex sam
suco herba, uel absinthio confectis, præcordia perfricabo. Cogo interea
& suadeo per interualla, ut ad balneas accedant, & solo fomento calido
eos posse iuuari asseuerabo. Procurabo cibos cũ saporiferis speciebus:
sed si in tempore non deerit, etiam sagapenum, aut laser admisceo.

De Iliacis, Colicis, & Strophicis. Caput IX.

Iliacorum, Colicorum, & Strophicorũ similis est omni= B
bus doloris molestia, diuersis attamen accidentibus separantur. Stro Strophus.
phus est leuis uentris tantũmodo dolor: & leui adiutorio aut uaporum,
aut uentris expositione, aut lauacrorũ fomentatione cõpescitur. Coli Colica passio.
corũ uero intestini unius querela grauissima est, & frequenter lege chro
nica, statutis & præfinitis ueluti temporibus cõmouentur: ut iam tem=
poris magis molestiam, quam uitæ periculum reformident. Iliacorũ autẽ Iliaca passio.
em passio, de qua nunc nobis tractatus interponitur, acuta est, & sub au
gusto tempore periculosa. Primo, quod uentosus illis est stomachus, uento
sitate tenduntur: uesicę, inguinum, coxarum, & omniũ uicinarum par=
tium doloribus opprimuntur. Scybalorũ interclusione nimia conligan=
tur, usqueadeo, ut etiam clystere acri adhibito, non fimum, sed uentosita
tem solam inutilem egerere uideantur. Saliuarũ frequenti profluuio per
seueranti, coguntur in nauseam: ut non solum phlegmata, uel humo=
res, sed etiam horribili uisu stercora cogantur egerere. Ad hæc igitur
accidentia quantis possumus adiutorijs hoc ordine succurrendum est.
Vaporibus frequentibus, & cataplasmatibus de cymini puluere, & Cura.
sinapis semine temperatis immineo: iniectionibus quoque ex supradicta
rum specierum decoctione confectis: admiscens succos fęnogræci, qui=
bus ruta uiridis concoquenda erit. Item etiam ex oleo roseo, mixtis an=
serinis adipibus, aut castorei puluere, cum oleo uetustissimo. Vtilius si
ex laurino, uel glaucino temperentur. Vtimur uentosis, cucurbitis
gnotioribus, uiolentius euellendis. Et si adhuc doloris molestia persc=

C ueraverit, phlobotomum adhibeo, perſeuerando tamen fricationibus, uel ſabanis calidis. Scybalorum uero egerendorum cauſſa primo eos chalaſtico clyſtere compello. Qui ſi cōtenti fuerint, in ſecundis acrioribus imminebo, colocynthidas decoquens cum ſucco betarum, & ſimilibus cæteris, aſpere prouocantibus. Si uero ex ſumptione potionis uenenoſæ perceptæ, hoc euenire cognoueris, theriacā cum uino dare conueniet. Ventrē prouocabis ex lacte decocto, quod ſchiſton aliqui uocauere, in quo coqui facies, uel diſſolui, aut aloe, aut ſcammoneam. Addis etiam adiutoria de græco euporiſton compendioſa.

Lac σχιστὸν eſt, quod coagulat poſtq; ſerū inde abſtrahitur.

De SPASMIS. Caput X.

Spaſmus.

SPASMVS appellatus eſt ex tenſione, uel protractione neruorum, & uicinorum muſculorum, ceruicis q́; maxime impatienti dolori compatientis, ut etiam ad reſpondendum os facile aperire non poſſint. Nam ſub hoc titulo Spaſmi, uariæ ſunt huius paſſionis figuræ.

Spaſmus per omne corpus extenſionē rigidam, temporalem quidem habet: ſub qua ita tenduntur, ut ſub uno ſchemate iacentes, tenſionę moleſta, & inflexibili teneanť. Quos uero pronos contractio habet, Emproſthotonicos dicimus: quos aūt ad poſteriora reclinatos, Opiſthotonicos appellamus. Hęc accidentia, corporibus frequenter ſine febribus euenire cōſueuerūt. Quod ſi febres Spaſmis ſuperuenerint, cauſſam ſoluunt. Spaſmi autē ſuperuenientes febribus, uitæ ſemper periculū minitantur. Sed hæ ſupradictæ diſcretiones, una eademq; medicinæ diligentia uiſitantur.

ἐμπροσθοτονικοί. ὀπισθοτονικοί.

D

Cura.

Primis diebus cōmodius phlebotomo ſuaui utendum eſt: ſi tamen poſtea etiā omnia adiutoria competentia minime prætermittas. Fricamentis, uel unctionibus omnia loca diligentius mitiganda ſunt, uino & oleo tēperatis, cubiculo calido et lucido procurato. Neruis uero tenſis, & flexibilibus, fomenta uel ſola ex oleo cauſtico, & caliſſimo tēperabo. Cucurbitas, cum detractiōe ſanguinis, cōpetenti tempore adhibeo, uentrē procurabo ex clyſtere ſimpliciore. Cibis cōgruis, digeſtibilibus nutrio: ut ſunt oua * tomatula, buccellæ candidæ, in aqua calida maceratæ. Frequenter etiā mellicrato infuſæ, inferendę erūt. Et ſi adiutorijs ſupradictis releuati, etiā oris cœperint impedimento carere, maluas & minutos piſciculos anethino iuſculo diſcoctos, plena iam cōfidentia ſubminiſtrabo. Frequenter etiā cum * emplaſmate ex hydromelle temperato, lactis his copia neganda non erit. Omnibus uero tenſionibus, poſt fomenta chalaſtica, ex oleo ſicionio unctiōem adhibeo, & cepa calidiore, & cataplaſmate chalaſtico loca diutius mitigabo. Poſt clyſterem uero chalaſticum, expoſitis ſcybalis, enemate uti nos cōuenit, ex oleo rutaceo, commixto caſtoreo. Conueniet etiam locis ipſis, de ſalibus calidis adhibere ſaccellos. Nam & carbonibus proxime calentibus, lectos & ſtramina calidiora procurabis. Cærotaria, uel acopa, ex oleo cyprino his frequenter adhibenda ſunt. Et adipes leonum galbano

Alias, * Hapala. Sunt aūt Hapala oua recētia, quorū cortex nondum ſuduruit.

Alias, * anomelle.

cōmixti, par beneficium procurant. Dabo etiam interea potiones hu= iusmodi. Castorei puluerem cum mellicrato, aliquoties his piper inter= A
miscens. Silphium cum pipere, & mellicrato similiter. Dabo etiam diu= reticas potiones. Dabo somniferas. Curabo etiam per aquarum natura= liter calidarum beneficia. Nam post declinationem ægritudinis, natu= ra hijs uentris beneficia procurare consueuit.

ℭ De SATIRIASI, uel impedimento usus Venerei. Cap. XI.

SATIRIASIS, Gonorrheæ, uel Priapismi, similis est sub im= moderata patratione molestia, quæ his accidentibus disterminantur. Gonorrhea sine ueretri extensione, uel usus desyderio, spermatis af= fluentissima sub effusione, corpora debilitat, & per chronica tempora producitur. Gonorrhea. Satiriasis uero ex certa corporis incōmoditate, quę etiam mulieribus aliquando contingit, desyderiū insatiabile, & tensionem par ticulæ, cum assidua patratione auidissimā facit: & licet sine febribus, at= Satiriasis. tamen inter acutas, & temporales ægritudines numeratur. Hanc passio nem Priapismon aliqui appellauerunt. Sic itaque curandi erunt, qui Priapismus. de utriusque cognomentis ægrotant. Frequentatione palestrę, per initia omne eorum corpus exerceo. Post identidem penitus quiescēdum est. Vapores stipticos, ubi iam sub tegmine, uel munimine totius corporis bene fuerint dispositi, supponimus, uaporem calefactum ex acacia, uel B hippoquistide, uel cicutæ herbæ succo, contrito, & resoluto. Tunc ipsis partibus superaddimus fricationem unam sabanorum paulo asperio= rum. Cibos stipticos omneis cum aceto ministrabo, uitans calidos, & qui inflationem poterunt concitare corporibus. Hi etenim frequenter usum erigere uenereum consueuerūt. Sic etiam potus subministrandus erit. Sed tamen omnia hæc mediocriter, & rarius exhibenda sunt, ut ex hoc ueluti famem, uel sitim procurare possimus. Si uero passionis huius molestia diutius perseuerauerit, ut tensio & desyderium impati= entissime protendantur, laminam plumbi, renibus & partibus uicinis appono. Nam & uentosis cucurbitis assiduis, eadem loca fatiganda sunt. Dropaces quoque imponendi erunt. Ab omnibus carnosis ci= bis, & multum nutrientibus abstinendi sunt. Ab odoribus bonis, uel thymiamatibus. Ab aspectu, uel cōmunione pulchrarum penitus figu= rarum, ut neq; tangendi, neq; uisendi eis copia præbeatur. Quibus Pro Frigidis. uero, aut ætatis uergentis defectio, aut morbus locis residens, ueluti iam frigentibus, usus uenerei officium pernegarint, his contrarijs adiutorijs simulabor. Conuenit exercitio uti mediocri, fricationibus q̃ maxime lo corum inferiorum, & inguinum, ex pipere, uel euforbio, uel similibus speciebus, quæ erigendo uigorem, desyderium, uel usum ualeant minis= trare uenereum. Etiam horum dropaces adhibeo renibus, uel inguini= bus, & ex eodē balanos. Cibis calidioribus utar, inflantibus, uel erigen=

* C tibus membra frigēria. ut est uinum boni odoris, uel * hydromel, alica, amylum, pinei nuclei, porri, erucæ, bulbi etiam, & similia, quæ per potiones accæpta, uirile semper officium reparauerunt. Et piper, satyrion, & stinchus, & erui semina, & cætera adiutoria, par beneficiū ministrantia, quę in libro Physicorum cōmodius disponimus. Interea eos quiescere cōuenit, non solū noctis spacijs, uerumetiā diei: uti plumis, & mollioribus opertorijs, uel stranietis cōuenit. Interea puellarum speciosarum, uel puerorum similiter seruitium procurandū est. Vti sane lectionibus animū ad delicias pertrahentibus. ut sunt Amphipolyti, Philippi, & Herodiani, aut certe Syrij, Ambulij, uel cęteris suauiter amatorias fabulas describentibus.

Alias, œnomelite.

Infra lib. 4.

De CARDIACIS, qui etiam diaphoretici. Caput XII.

LICET quamplurimorū sententoæ ita definierint, sicuti hæc eadem professio nominis attestatur, cordis initio hanc ægritudinem fieri, hijs ego tamē non facile accōmodabo sensum. Nunc etenim claruit indiciū manifestum, quo tentari in aliquo naturā cordis intelligerem. Est autē totius corporis, et uirium plena resolutio, quam καρδιακὴν διαφόρησιν appellamus. Hanc sudor uiscosus & frigidus perseuerans, interemptis uiribus manifestat. præeuntibus attamen acutis febribus, & flammarū interiorum ardoribus Quem morbum aliqui Causon appellauerunt.

Cardiaca.

D Hæc igitur passio frequentius iuuenibus, q̃ cæteris ætatibus euenire consueuit, in augmento ægritudinis, hoc est, circa diem sextum, & q̃ maxime eo tempore, quo æstas calidior incanduerit. Licet ergo in omnibus generaliter malarū ægritudinum necessitatibus, ualde promouerit, si gubernantibus temporibus seruiamus, attamē magna ui, & periculo interposito, dum sudoris illius emerserit iniquitas, cum uirium defectu, & ex eo præsens uitæ periculū, tunc confusis & prætermissis temporum rationibus, adiutorijs competentibus imminemus: & nunc cubiculum frigidum, nunc lectum stramentis ueteribus lineis dispositum, nunc flabella, nunc quoq; pannos nardo & uino infusos, pręcordijs eorum ordine imponimus. Cataplasmata quoq; frigida, & stiptica imponenda sunt eorum pręcordijs, strichnon, aut aizoon, aut rubus, aut thebaicus dactylus, aut caduca mali granati, uel œnanthes grana. Certissimum est etenim, singularū specierum merita, quemq; medicū bene cognoscentem, uel etiā temperamenta, siue cōmixtionem adiutoriorū facile posse desponere. Faciem ergo eorū ex pusca frigida, uel uino stiptico fomentabo. Pulueribus aspergo membra sudanna, menthæ, uel rosarum folijs, siccis, contusis, & cribellatis, gypsi, naxi, mannæ thuris, gallarum, singulis tunsis, & cōmixtis, cū uino stiptico, uel eius fecibus: simul mixtis odoribus bonis, uel thymiamatibus, uires labentes, & mēbra desidentia reparabo. Articulos eorū oleo cucumeratio, uel nimis uetusto,

mixto puluere nitri, uel piperis, pyretri, uel adarces, uel urticę seminibus A
defricabo, uel infundo: quo calorem ingenitum emorientē, reparare ali=
quatenus ualeamus. Nutriā succis modicis, sed frequētioribus, frigidis
tamē, quibus sudoris feralis abundātia uires emorientes exuscitem. Nu
trio potādo, ut potero: nutrio similiter per clysterē; aut alicę, aut ptisanæ
succis, ut supra dixi, in qbus ungulas porcorꝶ, usqꝫ in plenā earꝶ decocti
onē concoqui suadeo. Aquā frigidā per interualla similiter subministra
bo: & si ætatis adhuc uapor calidior cōegerit, niuatas non aspernabor.

❡ De CHOLERA. Caput XIII.

CHOLERA passio molesta, sub angusto tempore sollicita, o=
mnibus acutis ægritudinibus uelocior. Nam hæc sub uno die Cholerica passio.
desperata, ut frequenter experti sumus, uitæ terminū fecit, dum subita=
nei uomitus, uentris quoqꝫ imminere effusiones, sub dolore nimio præ=
cordiorū, uel totius corporis, interiorem omnē sæpe substantiā effude=
runt. Est etiā hoc simile in Diarrhia periculū. Sed eo distat, quod diar
rhiaci sola uentris molestia, et sub longo tractu temporū, aliquoties fati= Diarrhia a Cholera differt.
gantur. Cholera uero ex utrisqꝫ effusionibus sæpe, & sub angusto tem=
pore homines pernecauit. Ergo cū interiora pręcordiorū, humorum
minaciū prius occupauerit conglobatio, ut ecthlipses, uel angustias, ni= Cura.
mias quoqꝫ dolores efficiat, tunc nos aquā calidam in tempore porrigi= λειποψυχία defectio est spiritus, alias syncopis uocata.
mus, & per uomitus procurabimus digestionē. At cum per uias ex=
pulsionis eorū, impetus torrens & repentinus eruperit, ita ut ex utrisqꝫ B
terribilis effundat̄, sic, si possumus præsens periculū remouemus. Oleo
calido omne eorū corpus infundimus, articulos fasciolis astringimus:
neruos omnes, & loca contrahentia, lanis infusis eodē oleo calidissimis
munimus. Vtimur quoqꝫ etiā cærotario, & nardino oleo, & cyprino, et
glaucino, aut irino temperato. Si uero intercæptis uiribus, plena fu=
erit desperatio, odores, uel thymiamata his propter reparationem adhi=
bebimus. Cibos dabimus competentes, succos lentis cum aceto, oua ha
pala, uuam fabriciam, buccellas mero infusas, ungulas porcorum, uel
iuscellum gallinarū, concoques strichnum, uel aizoon, aut rubum. Da=
bo potū frigidum, dabo niuatā, columbos matri subductos. His etiam
perdices eodē modo cōuenit ministrare. Cataplasmata uero omnia ad=
hibenda sunt, quæ diaphoreticis ordinata sunt. Febribus uero inter=
positis, consyderatis temporibus seruiendum est. Intensius tamen effu=
sionum sollicitudini militabo. In quibus sæpe etiam sanguinis superue=
nientis effusio, uitæ periculum procurauit.

❡ LIBRI II. Pars Secunda. De passio=nibus Chronicis.

OMISSIS ACVTIS passionibus, quæ certa lege ægri=
tudinum propriarum, febribus aliquando sociantur, eisque
iam partim publicatis, ad Chronicas descendemus, quibus aliquando

C febres ſuperuenientes, ſub longo tractu paſſionum, ueluti temporales commotiones aſſimulant. Etiam in ipſis ordinem diſpoſitum cuſtodientes, initium de capitis querelis accidentibus ordiemur.

¶ De querelis CAPITIS. Caput. I.



QVERELAE CAPITIS, uarijs frequẽter accidentibus ſuperueniũt. Aliquando de uapore, uel de frigore, uel cęteris rationibus accidere uidenť. Igitur quãdo de uapore dolor inſederit capiti, tunc accidens ille dolor, cũ uapore quodam, et uenarꝝ inflatione concutitur. Tunc oculi ſanguinei, tunc etiã inſomnietates nimię procuranť. His gremialis olei infuſio adhibenda erit. Quæ ſi forte dolorẽ non compeſcuerit, oleũ roſeum adhibemus. Cuius ſi copia defuerit, gremialis ſupradicti quatuor partibus, roſea uua erit aceto miſcenda. Si uero maior uis uaporis, frigidiora exegerit adiutoria, ſuperaddimus auxilio aut polygonij ſuccũ, aut arnogloſſæ, aut portulacæ, aut uuarũ immaturarum. Quieſcere aũt debebunt locis frigidis, quorꝝ pauimẽtis ſpargenda erũt folia uiridia, aut rubi, aut hederæ, quæ graueolentia non ſint, & competenter infrigidare ſufficiant.

Dolor Capitis ex uapore malo.

Si uero de frigore caput fuerit inquietatum, tunc, grauedo quædam cum turbore uenarũ, & interceptione contingit, tunc effuſio lachrymarũ, tunc falſi ſomni graues exiſtũt. Hos anethino oleo, uel rutaceo calido cõueniet fomẽtari. Et ſi ſuperaddi aliquid adiutorio debere caloris aduerteris, aut agreſtis cucumeris radix, aut euforbiũ, uel certe caſtoreum ſuperaddendũ eſt. Nam & laurinũ oleum, uel irinum, uel glaucinũ ſimiliter adhibendũ eſt.

Ex frigore.

D Quando aũt ab exhalatione inferiorũ, quam ἀναθυμίασιν appellamus, caput fuerit ſollicitatũ, tunc ille dolor per interualla ſubcutiens, cũ ſaltu quodam uenarũ, caput ſollicitat: tunc ꝙmaxime uertigines, tunc oculorũ obſcuritates emergũt, querelis attamen aliquibus pulſantibus etiã pręcordiorꝝ loca. His ergo primo uentris ſolutio procuranda eſt, & cubiculi tẽperies prouidenda, & ad releuationẽ eius poſt cibos uomitus procurandus, ſternutamenta frequẽtia: ſi tamen nullũ febrium indiciũ interuenerit. Caput uero oleo dulci calido adiuuandũ eſt, cui aceti quippiam cõmiſceri debet: unde ſuperuolantis ad ſuperiora uaporis inquietudo, aliquatenus reprimitur. Somni arcendi ſunt, diurni ꝙmaxime: & ciborũ prohibenda præſumptio.

ἀναθυμίασιν.

Frequenter hęc uitia indigeſtionis cauſſa emergente cõtingunt. Nam & doloris tunc uehemẽtia, atq; ſubita uocis interclusione periclitanť. Quibus hoc pacto ſubueniemus, ſi eo tẽpore uomẽtibus, poſt continuo corũ auribus oleum myrtinũ, uel anethinũ, uel nardinũ infundatur. Capiti etiã, ex his ſomẽta calidiora adhibeanť.

Ex indigeſtione.

Si uero ex uini potione caput fuerit dolore pulſatũ, quod ex natura huic frequẽter euenire cõſueuit, ea cõueniet adhibere, q̃ his adhibenť, q̃bus ex anathymiaſi ca-

Ex uini inmoderata repletione.

put fuerit inquietatum. Olei etiam rosei fomentũ est applicandum. His
lauacra serotina permittenda sunt, somni uel quiescendi patientia pro=
A
curanda. Tunc cibi competentes, ut ptisanæ succus, & oua recentia, pa
nes ex aqua calida, caules decocti, aquæ calidæ potio, & lactucarum
beneficium frigidarum. His etiam adiutorijs adhibitis, uaporis ad ca=
put ascendentis deprimi importunitas consueuit. Sed quoniã his caus=
sis, aquæ calidæ potionem diximus posse beneficium ministrare, fre=
quentius intẽdendum est, ne ex ea resolutio stomachi procuretur. Quæ
si euenerit, tunc apiorum, uel citoniorum decoctioni uinum est immit=
tendum, quod stomachum ualeat reparare. Omni modo, omnes uitan=
di sunt dactyli. specialiter etenim ex natura sua contrariantur, quæcũq;
ex suauibus fuerint confectæ potiones. Tunc ad lauacrum calidum pro
tinus festinandum est, in quibus ore aquam calidam, in cellis calidio=
ribus sustinentes, uaporem omnem transfigant lauacrorum. Si ad ci=
borum ergo continentiam, frequentiamque lauacrorum, & cætera su=
pradicta adiutoria minus fuerint releuati, olei tunc rosei ulterius adiu=
torium euitandum est, atq; chamæmilini, uel anethini beneficium est ap
ponendum. Si uero caussis ueluti incertis, caput doluerit, fronti lini=
menta hæc superadhiberi suadeo, omnibus supioribus obseruatis. Cor
nu ceruinum cum oleo roseo fronti contritum adhibetur. Nam & lapa
thij folia uiridia, cum gallarum puluere trita, ex aqua, similiter illita iu=
uabunt. Sic Iris Illyricæ puluis, cum aceto illitus præstat. Et ellebori
albi puluis, mixtus cærotario olei rosei, & fronti impositus, & acaciæ
B
pulius mixtus, similiter catarrosis medetur. Item etiam hemigrani=
cis hæc sunt adiutoria adhibenda. Sinapi tritum, & urticæ semen ex=
coctum cum aceto, frequentissime profuerunt. Et decoctio pyretri, cu=
ius uapor naribus si hauriatur, continuo medetur. Et fumigia eodem
modo hos iuuare cognouimus, si melanthum cum fimo bouis, uel asi=
ni, carbonibus impositum, naribus hauriatur.

Nam & unguenta hæc, ut experti sumus, capitis dolorem sedant.
Oniscos, quos porcelliones appellamus, si in oleo decoqui facias, &
ex eo tepido caput infundas. Sic peristerion herba oleo infusa, mede=
tur. Et si storacem oleo resoluas tepido, & ex eo caput infundas, mul=
tum iuuabit. Sunt & cætera adiutoria πολυπλοκα, quæ multarum spe=
cierum congregatione compacta sunt: ut trocisci diuersi, emplastra,
uel antidota, uel cætera, quæ ex uarijs simplicibus componuntur: sed
hæc magis facilia adiutoria adhiberi suadeo, quæ sufficere arbitror
caussis supradictis capitis & querelis. In διαλίμματι uero, hoc est, eo
interuallo temporis, quo caussæ uel passiones chronicæ publicantur,
dum quiescente dolore caussa latet, dum commotionibus ueluti trans=
actis, æger sollicitus alias iterum reuersuras attonitus formidat, tunc his
catholicis adiutorijs imminendum est, quibus secundũ naturam, sanita=

Cautela.

Dactylos uocare uidet' unus dulciores. sic enim apud Dioscor. aliquando uocantur uuæ.

Ex caussis incertis.

Contra Hemigraniam.

Experimenta Autoris.

Vbi dolor quiescit, & caussa latet.

C tem reformando, futuras confidit cõmotiones minime nocituras. Ergo
omnibus querelis, uel caussis capitis, indifferenter hoc temporis inter=
uallo, uno eodemq; modo, hoc est, cura & diligẽtia ministranda. Omni
bus modis est indicenda uini continẽtia, quę supradictis omnibus que=
relis capitis prodest. Lactis æque, similiter dactylorum omniũ. Multo=
magis uentris purgatio frequentissima procuranda est. Fricatio totius
corporis. Quammaxime emplastrum capitis longa doloris ualetudine
laborãtis. In dialemmate ficus pingues in uino infundes unc. VI. lasa
ris drachmam. I. sagapeni. I. storacis. II. galbani. II. omnia trita sic com=
misces, & uteris pro cataplasmate, præcalefacto capite post rasuram no=
uaculæ, inferioribus partibus femorum, uel surarum, æque exercitio ca
lefactis, ut ex superioribus caussam omnẽ deuocare ualeamus. Apo=
phlegmatismos quibus caput purgandum erit, cõuenit adhibere. Con=
uenit de naribus, uel ex fronte sanguinis eos detractione releuari. Nam
& post rasuram capitis, cucurbitas cum scarificatione sępe adhibuimus.
Conuenit & emplastrum infrascriptum. Et frequentius etiam sanguisu
gas applicari conueniet. At ego in hoc ordine curæ, etiam cicli beneficia
non aspernabor, omnia pene uetusta uiria percurantes: si tamẽ recto or=
D dine peragatur, ut ieiunia in tempore uomitus, ex radicibus salsis, ali=
quando perceptio περίπατος, dropacæ, synapismi, secundum usum & au=
toritatem ueterum adhibeantur omnibus. Attamen proprijs tempori=
bus custoditis, ciborũ quoq; qualitatibus & ponderibus moderatis, uti
lia tamen esse censeo etiã aquarum calidarũ naturaliũ beneficia. Peracto
igitur ciclo, aliqui hyeram adhibuerunt, quã alij piciam appellauerunt.
aliqui ἀρτηριοτομίαν, aliqui etiam cauteriam. Ex his omnibus adhibitis, con
stat supradictarum caussarum sanitatem fuisse plenam capiti reforma=
tam, ne uariarum curarum, uel beneficiorum merita confunderentur.

Sed quoniam aliquando aut ægrotantium impatientia, aut imperiria
medicorum, aut certe dum caussarum magnitudini, adiutoria non suffi
ciunt competentia, minime percurantur, & ex eo ad ἐπιληψίαν capitis uitia
deuoluuntur, his etiam quibus nunc possumus reme=
dia uel adiutoria componimus.

¶ De EPILEPTICIS. Caput II.

VARIIS nominibus hæc passio pro sua magnitudine nuncu
Epilepsio. pata est. Nam cum sit sola capitis caussa Epilepsis, ideo sic ap=
pellatur, q statũ sensus penitus alienet, et q mens a propria sede exter=
minata, grauius attentetur. Vnde antiquiores sub cuiusdam religionis
Sacra passio. imagine Sacram passionẽ nuncupauerunt. Hos ante cõmotioem ali=
quãdo certa signa præueniũt: aliquoties casus occupat repẽtinus. Quos
Accidentia Epilepsiæ. ergo in hac passione uiolẽtius exagitari cognouimus, hij cõmotionibus
imminẽtibus nunc sua mẽbra grauari pręsentiũt, nunc crebris oscitatio=
nibus resoluunt, & ad oẽs motus pigriores fiunt. Tunc etiã oculos terri

biles habere incipiunt. Tunc ſtridor proſequitur dentiũ, cum præcor- A
diorum tenſione: diſtenti uel contorti cadeſcunt citius, atq; colliduntur.
Tunc omniũ muſculorum uel neruorũ ſpaſmis, & ſaltibus confringun-
tur: & uocis articulatæ quadam confuſione, ſonos magis & ululatus ex
cludũt ore & naribus, & ſacrabiliter ſpumãt, & ueluti dormientes, cum
ſonitu pectoris grauius comprimuntur. Deſiſtentibus uero cõmotioni-
bus, præteritorum omniũ immemores fiunt. His licet difficile ſuccurri
poſſit, tamen pro cauſſæ magnitudine, & pro ipſius profeſſionis com-
patientia, adiutoria quæ competentia didicimus, aut exercuimus, non
negabuntur. In initijs ergo huiuſce paſsionis, frequenter eos uome- Cura.
re compellam: ſternutamentis etiam prouocatis, eorum capita commo-
uebo, uentrem acri clyſtere procuro: frequenter adhibeo phlobotomũ,
ſemper huius cauſſæ competens adiutorium. Temporibus uero com-
motionum, ora ſpumantia uili ſpongia detergo: membra ſollicite conti
nebo, ſpaſmis cõmota uel ſaltibus, quæ frequenter in ipſis commotioni-
bus contorquẽtur: & lanis infuſis oleo ſicionio calido, fouebo correcta.
Pennas admoueo nitro & oleo infuſas, ex quibus faciles uomitus pro-
curabo. Poterunt etenim ex hoc, aut cibos, aut pinguia flegmata dige-
rentes, uelocius releuari. Exactis tribus diebus his, eſt in principio ieiu-
nium indicendum. Succis tantummodo nutriendi ſunt. Aquam fonta-
nam calidam bibent, in hydromelle, uel apiata, ſi fuerit, non negetur.
In hac enim ſollicitudine, uini penitus præſumptio inhibenda eſt.
Quieſcentibus itaq; cõmotionibus, eiborum humanior ordinatio, B
ſimplex attamen & digeſtibilis ordinanda erit. Iam fricari, uel exerceri
debebunt. Curſus tamen uehemens penitus inhibendus. Solis calidio-
ris, & balnearum calidarum uapor arcendus eſt. Cucurbitarũ beneficia
cum ſanguinis detractiõe capiti adhibenda ordinamus. Ordinabo dro-
paces, ordinabo etiã ſynapiſmũ, & omne ciclicum adhibendũ eſſe ſua-
deo: ſed locis imponendæ ſunt uſtiones: arteriotomię faciendæ, quibus
forte, ſi poſſimus, funeſtæ huius paſſionis perſeuerantiã remoueamus.
Huius etenim cauſſæ magnitudini, maiora ſunt & frequentia adiutoria
prouidenda. Nam quamplurimi ſapientiores, etiam Phyſicorum, adiu-
toria prouidere, in quibus (ut etiam noſtro libello Phyſicorum com-
prehendimus) magna, & ueluti religioſa remedia procurauere.

De SCOTOMATICIS Caput III.

SCOTOMATICORVM, & Epilepticorum pene ſimilis
eſt in ijſdem caſibus ſollicitudo: ſimili enim mentis confuſione a-
lienantur. Quantitate cauſſæ, & magnitudine accidentium ſolũ termi-
nantur. Iuuenibus hæc q̃ maxime, & ocioſis euenire conſueuerũt. Con-
tingit etiam quibuſdam, qui hemorrhoidarum ſolennes euitauerunt di
geſtiones. His licet cura epilepticorum ſola ſufficiat, attamen hoc ordi-
ne uiſitandi ſunt. Cum ergo cõmoueri cœperint, manibus cõtinebo, Cura.

C auribus eorum inclamabo, easdem fortius defricabo, capillos euello ex temporibus, odores naribus admouebo. Ex pulegio tunso, uel origano, aut synapi cum aceto cõmixto, procurabo sternutamenta. Cibos in tempore cõpetenti leuiores dabo, & ad cætera quæ Epilepticis adhibenda erunt. Vnũ supaddo, q̃d hos frequenter hellebori acceptio liberauit.

❡ De MAENOMENIS. Caput IIII.

Insignia Mænomenicorũ.

SVNT certa insignia quæ [illegible] produnt. Primo, ut cum sit sine febribus, caput sibi grauiter dolore asseuerent: sonos aurium suarum expauescant. Cum autem cõmoueri cœperint, aliquando cum hylaritate cõmouentur: aliquoties irascunt. Hos sollicite custodire conueniet, & eis phlobotomos adhibere. Item post totius corporis uarias purgationes, fomentandum est caput eorum oleo nardino: & ordinandum est, ut frequentius uomant. Ex cibis leuioribus, & aqua calida nutriantur. Ab alienationibus uero eorum quæ cum risu fuerint, terroribus coercendi erunt. Furorem uero mollioribus blandimentis lenire conueniet. Interea eos ligaturis cõmmodius custodiemus. Cubiculum eis in inferioribus procurandum est: ne per cõmotiones præcipitentur. Caput eis post fomenta olei nardini, uel chamæmiliui, radendũ est. Item etiam scarificandum. Conuenit interea etiam sanguisugas admouere.

Cura.

D Transactis uero cõmotionibus, etiam quietis passionis temporibus, hordei scicli ecori ordinandi sunt, ut ex eo magnum beneficium consequantur. Et si post hæc adiutoria, caussæ uel cõmotiones adhuc in suo statu permanserint, in illo nil asperius attentetur, sed quæ sunt prius adhibita, identidem repetantur. Sin uero plura augmenta caussæ concreuerint, incisio uenarum in capite, & ustio celebranda est. Danda hyera, dandum helleborum, & cætera quæ Epilepticorũ curis ordinata sunt. Hanc curam etiam in [illegible] adhibere debemus.

* Videris hic lector.

❡ De MELANCHOLICIS. Caput V.

Melancholicorum signa.

ACCIDENTIA Melancholicorũ manifesta sunt. In principio huius caussæ, salutis suæ desperatione, primo proponentes mortis desyderium, frequẽter coguntur in lachrymas: & deserta loca potius appetentes, hominũ incipiunt uitare consortia. Aliquando rursus suam sententiam redamnantes, uitæ solatio delectantur. Circa præcordia uero, de assidua inflatione queruntur: & cum sudore totius corporis importuno, frigidos articulos sæpissime patiuntur. Priuari se ob hoc etiam uiribus naturalibus asseuerant. Indigestione frequenti stomachi fatigantur: ructus suos uarios, & insuaues perhorrescunt. Calor illis intrinsecus fiet, & interiorum uiscerum doloribus frequentius attentantur. Vnde omnem curam q̃maxime stomacho delegabo, fomentis, uel cataplasmanbus calasticis imminendo. Ventris officium prius inoffense procurabo, quo facilius etiam catharticis depurgeutur. Pa-

Cura.

lestra, uel gestationibus solidius exerceant. Vini ueteris, et bene olentis, A
accipiendi copiā præbemus. Cibos aptos stomacho, maturiores, & lar-
giores cōuenit ministrare. Declinantibus uero doloribus, absynthij
pontici decoctione iuuādi sunt. Et aloes iubeo puluerē ieiunos in maio
unius coclearis in mellicrato accipere. Similiter etiā hyeram quā picram
ueteres appellant. Si his adhibitis caussa diminuta non fuerit, phleboto
mum sub gemina detractione adhibeo. Vomitus eis cum radicibus fre-
quētius procurabo. Etiā inter cibos helleborū aliquādo dabo. μισάνθρωποι
uero, & adhuc hoīm fugientibus societatē, longas indico peregrinatio-
nes, & aut marina, aut naturalia lauacra calidiora exhibebo frequētius.

De PARALITICIS. Caput VI.

PARALITICI multis ex caussis fiūt. Etenim aut ex se hæc
passio nascitur, aut præcedentibus ægritudinibus comparatur.
Quæ grauior & difficilior fuerit, ea in præfatis corporibus consequit.
Igitur si Paralisin passus fuerit, caput prius est detondēdum. Dehinc Cura.
oleo sicionio fomentandū, præcedentibus interea fricationibus calenti-
um sabanorū. His cucurbitę uentosæ sunt imponendæ, & apophlegma
tis cōpetentibus medendi frequētius. Sternutamēta assidue procuran-
da sunt ex odoribus acrioribus, quibus facilius possit pressa altitudo ce
rebri suscitari. Nam & allia naribus eorū supponenda sunt, ex uiuo sul- B
phure, uel lasere, uel castoreo temperata. Κοινόσπασμος præterea, cui ex uici-
nitatis molestia linguæ, uel uocis officium frequenter intercipitur, pro-
prijs curis corrigendus erit specialiter: gargarismatis hyssopi, thymi, sy
napi, cum oxymelite: salsioribus nutriendi sunt, & chatarticis assidue re
leuandi. Si sub hac sane diligentia parū medicina profecerit, uenam
eis sub lingua secabo: nec non etiā tardas confusasque eorum locutiones,
sub disposita prouocatione compello, timorem incutiendo uel ignis, uel
serpentum, ut correctiorē uocem tandē cogantur expromere. Caput eo
rum liquido cærotario frequenter infundo, ex castoreo, peucedano, &
oleo laurino, uel irino temperato. Potionē temperatam ieiuno dabo ex
castorei puluere ad mensurā coclearis unius cum mellicrato. Dabo hye-
ram ex more: dabo theriacam tempore competēti. Si autē ex frigoris
caussa Paralisis obuenerit, ut lepra aliquando corpus attentatur, fricati-
one calida, cubili tepefacto, & acopis bene olentibus imminebo. Confi
cio e ruta uiridi, uel marrubio, aut artemisia oleum non solū ad ungen-
dum, uerumetiā & lanarum infusionē, quibus membra post curam sem
per calidis munienda sunt. Cucurbitas interea locis pinguioribus admo
uebo: aquis chalasticis fomentabo, pulegio, nepita, iri Illyrica, hybisco,
uel seminum decoctionibus. Acopa uero adhibeo ex pice, oleo laurino,
resinaque, pipere, uel euforbio & adarce coniectura medici temperata.
Exercitijs competentibus membra recolligo. Frequenter hyeram his
dare cōuenit. Quibus uero sensuum partes attentatæ perierunt, hijs

Κοινόσπασμος, id est, cōmunis, siue uniuersalis spasmus. Ego tñ legere malim κυνόσπασμος, id est, caninus spasmus, morbi genus, subinde ab Hippocrate & Galeno memoratum.

Paralisis ex frigore.

C hyemis tempore ſenili ætate laborantibus, unguenta hæc adhibenda erunt. Ex ſcylla, euforbio, tapſia, pyretro, adarce, & oleo glaucino.

Si loca emarcuerunt, diu hoc morbo uexata, cucurbitas, dropaces, lauacra, & cætera adiutoria ſimilia, poſt cibos adhibebo q̃ maxime.

Significo præterea aliquando Paralyſin per ſolutionẽ obuenire membrorum: aliquoties per contractionem. Et quomodo hæc accidentia ſibi inuicem contraria, ſic non una diligentia uiſitanda ſunt: eorum itaq; nunc curas determinabo. Collecta ergo membra, & ex cauſſæ ui, repentina contractiõe diminuta, omnibus chalaſticis adiutorijs reſoluenda ſunt, mollibus manuum fricationibus, & unguentis ex diuerſis adipibus, & medullis, quæ poſſint loca contracta relaxare. Vtor fomentis ſimiliter aquarum chalaſticarum, ex ſeminũ decoctionibus, & altheæ radicibus. Indico interea, ſolam aquam calidam eſſe bibendam. Sane concedendum eſt, aut apiatum, aut hydromelite. Reſoluta uero membra omnibus ſtipticis adiutorijs, & frigidioribus colligenda ſunt, ſiccis fricationibus, unguentis quoq; mordentibus, ex oleo cyprino, uel calce uiua, euforbio, caſtoreo, adarce, & ſimilibus cæteris temperatis. Nam & ligna iacentia, ſubinde eos ſuadebo tranſcendere debere. Sane ſi pes ex hac reſolutione dimiſſus, uſum penitus denegauerit, laminam plumbi prius unciarũ trium, articulis eius pedis admouebo, in tertium diem

D uncias ſingulas ſuperaddẽs. Hoc diebus. xl. ſeruabo: ut illam ponderationem, quæ eo tempore creuerit, uſu nouerint ſuſtinere. Poſt uero, ſimili modo quæ ſuperaddita fuere plumbi, detracturus ſum: quo pes, qui cum colligaretur, pondera ſuſtinebat, eadem ſubductiõe releuetur. Interea quotidie horis matutinis lamina detracta, unguentis, & cæteris adiutorijs imminebo. Hoc uitium plærumq; etiam in oculis eueniſſe uidimus. Nam Phthiſis & Medriaſis certiſſima Paralyſis oculorum eſt. Quæ Phthiſis ex contractione uel diminutiõe pupillæ contingit: ex reſolutione uero uel diſſolutione pupillæ Medriaſis, quã medici platocoriaſin appellauerunt. Diuerſis ergo eorum accidentibus, diuerſæ curæ diſponendæ erunt: ut altera fomentis, & inunctionibus ſtipticis, & conſtringentibus colligatur: altera chalaſticis omnibus & nutrientibus relaxetur. Sed de utriſque difficilior eſt Medriaſis. Etenim generaliter in omnibus cauſſis, facilius reſtricta reſoluimus, q̃ reſoluta conſtringamus. De aquis uero naturalibus certiſsimum eſt, quomodo dulcia ſemper & calida lauacra, corpora relaxarunt. natura uero ſalſa uel bituminea, uel ſulphurea, relaxata corpora collegerunt.

Paralſis ex contractione membrorũ.

Ex reſolutione membrorum.

Phthiſis.

Medriaſis.

❡ De CATARRO. Caput. VII.

OMNES κατάῤῥο**ς** ſollicite uiſitandus eſt: cui origo & principium de capite naſcitur. Deriuatio etenim ex eo defluens per uarias arterias, continuo quæ attigerit loca perfundit, & ſic perſeuerantia neglecta debilitat. Nam ſub tribus differentijs ex hoc cauſſæ fiunt.

Fit in naribus, cui nomen est Coriza. Fit in faucibus, quod dicitur
Bronchos. Fit in thorace, qui si diu permanserit, & pulmones inusserit, A
Phthisin penitus insanabilem facit. Præterea cũ ad inferiora se præceps κορίζα.
demerserit, secum trahens ui & pondere materiam uitiorũ, læsis frequen βρόγχος.
ter præcordiorum uitalibus locis, aquas passionis transitu infigit, & tan φθίσις.
dem desperata pedum loca occupat, difficile remouendus. Sed primum Podagra.
quũ omne corpus inquietat, et ueluti quoddam pondus cum dolore, o-
mnes particulas corporis sine febribus apprehendit, descensu eiusdem
reumatis e capite, similiter etiam antea, & maxime sollicitabo: cui cum
cæteris uicinis & proximis membris, hanc diligentiam interim ordina-
mus: in sequenti etiam specialem, pulsatis, uel occupatis partibus desi-
gnabo. Omne igitur corpus calidis & siccantibus unctionibus per-
ungimus, cubiculo munito & calefacto. Operimentis insuper lanarum Cura Catarri
mollium infusarum, caput morborum omniũ caussam, calido oleo cy- uniuersalis.
prino, uel laurino, siue glaucino frequentius curo. Conueniet interim
per initia reumatizanti diurnam quietem interdici. Conueniet similiter
etiam potionis detractio, sub qua sitis procurata multum profuit. Sed
magis obest salsus cibus: siccans autem sub utriusque coactione ebrietas
protinus arceatur. Ventrem præ omnibus purgandum moneo. Sa-
ne cum his adiutorijs humanius caussa profecerit, unguẽtis tunc supra-
dictis, tum tali fricatione imminebo. Vt palestræ exercitio iuuetur: & B
maxime opus est, ut inferiora fortius defricentur. Euocatus etenim de
superioribus reumatismus, sollicite superiora loca, quę cum periculo at-
tentare poterat, derelinquit: & sic ciuili medicinæ iam beneficio, ægri-
tudini repugnamus. Vnguenta supradicta cum opobalsamo tempe-
rata dabo: potionem uini, & mellis ex ęquo, ubi rutam uiridem coxi,
dabo. Ibi etiam pyretrum do: ibi piperis puluerem aspergam. Inter-
ea cum nares occupauerit, admotis odoribus ex melanthio, mitigabo, Cura Co-
& itidem frequenter cum unctionibus superioribus ungendi sunt. rizæ.
Si fauces inquietauerit, gargarismatis stipticis imminebo, quæ in
primo Phænomeno ordinata transegimus, perseuerantibus sane adiu- Bronchi.
torijs, capiti totoque corpori unguentis superioribus. Si thoracem oc- φαινόμενος
cupauerit, loci naturam, uel uicini pulmonis intuens sollicitius uisita- Autoris
bo, instans & cęteris supradictis unguentis confectis cum opobalsamo: liber.
quo de altitudine ad thoracis superficiem reuocare possimus reumati- Catarri
smũ. Si tussicula superuenerit, quæ mala uicinitate, quasi quadam con- pectoris.
tagione sollicitat: habita consydratione, si humor ille in thorace diu resi-
deat, deponendus est: perseuerantibus attamen prioribus adiutorijs, su-
peraddo, plantas eorũ pice liquida tangi debere, & fricari unguentis su-
pradictis eam partem pectoris: admotis proxime carbonibus, quo plus
ut euocare in superficiem, aut loco siccare reumata ualeamus. Interea
cet etiam contritionis molestia sæpe præualeat, ita ut phlegmata diffi-

C cilius egerantur,quorum digeſtio tuſſientes releuare conſueuit, his γαλ-
ζμετα, uel potiones dari faciam,ex origano,thymo,ruta uiridi cum melli-
crato , aut melle deſpumato confectas , & pinguium ficorum decoctio-
nem cum oxymelle. Et ſi identidem, humoribus multum ſolutis,flu-
xus ſputorum inquietudine, & uigilias procurabit,tunc ad eorum cöa-
gulationem,uel digeſtionem, ſuccum ptiſanæ , uel alicæ dabo , aut len-
tem cum melle coctam . Dabo omnes pultes cum pipere . Dabo ſalſa-
menta quæ uolet . Dabo in nocte antidota , piper & myrrham , ſtora-
cem , galbanum, apium , cum melle attico temperata : quæ & cöagula-
re ualeant phlegmata , & ſomnos inuitent : quæque ſui natura & ſoluta
conſtringant,& beneficio præſtanti,tuſsire minus faciant dormientes.
Igitur quum diu pertinax reumatiſmus,adiutorijs medicinæ deſiſtenti-
bus,quod aut locorum,aut ſubſtantiæ,aut certe medicorum inopia con
tingere ſolet , pulmonibus uſtionem fixerit , phthiſin incurabilem fa-
cit.Huic nunc pro cauſſæ magnitudine,uel pręiudicio temporis,curam
ut poſſumus,& diligentiam ordinamus.

❡ De PHTHISICIS. Caput VIII.

D PHTHISICVS & apoplecticus una ſub ſorte, uel conditio-
ne medicinæ diſperat , quód & ueterum ſententia ſic fuit diffini-
tū . Vnde per initia eos ut poſſumus medicinę remedio iuuamus. Chro
nicos uero plena ſub deſperatione,non iam ut medicorum medelis , ſed
magis amicorum ſolatio uiſitamus . Ergo per initia, ſpe,ſub qua futuros
nos omnes labores impēdimus, hoc ordine phthiſicos curabo. Febri
um ergo frequenter his,& neceſſitate accidētium tempora conſiderans,
cibos & adiutoria miniſtrabo. Conſueuerūt etenim ſub quodam ueluti
typico charactere,ueſpertinis magis febribus commoueri,ut aliquando
cotidie, aliquoties circa diem tertiū moueantur. Cibos itaq; ſorbiles da-
bo: et ſi uiriū alią nos cura conſtrinxerit, concedo etiā ſolidiores pultes,
quas uolent, agnorū cerebra,uel hedorꝝ, ungues caprarū ſiue porcorū,
uel ſuccū ubi ſupradicta decoxerint:aut certe apozima, ex ſalibus,oleo,
& anetho,& aqua,ubi eædē ungulæ ſupradictę maduerint.Dabo capo
num maiorū teſtes:dabo columbos matri ſubtractos:dabo piſces aſpra
tiles:dabo conchilla in ὑδρομέλι,ex aneſo,libiſtico,pipere,& ſimilibus cæ
teris,melle , & aceto commixtis. Deſiſtentibus aliquando iam febri-
bus,etiam ſalſamēta miniſtro:tunc totius corporis exercitamētis,ut pri
us in paleſtra,pro uiriū conſyderatione uti cōueniet:q; maxime autē ca-
pitis,gutturis,uel thoracis adiutorijs immineo : ſicubi, natura conſenti-
ente,corpus om̄e iam reumatiſmo plene poſſeſſum,aliquatenus ualeam
deſiccare.Dabo antidota ex pipere:dabo theriacam cū mellicrato:dabo
diapraſſion: adhibeo epithimata ſimili ſub uirtute operantia, quæ cale-
faciendo loca deſiccare contendant. Caueant uerni & autūni tempeſta
tes:caueant æſtus & frigora. Et ſi ſub ſumma deſperatiōe iam eos ob-

Piſces aſpratiles.

federit naturæ fragilitas, ἐσχάρα, & cauteria partibus thoracis infigo: si for-
te patefactis uulnerum meatibus, eorum digestionibus releuentur. A

¶ De SANGVINIS effusione interiorum. Caput IX.

SANGVINIS effusio, licet pro locorum qualitate aliquando salubris existat, attamẽ generaliter omnes, cum horrenda & terribili inspectiõe uisitantur. Fit itaq; locis diuersis sanguinẽ emittentibus sub tri-
na uulneratiõe caussatio. Fit primo crepatio. Fit deinde putredo. Fit ex
utrisq; superioribus, eiusdem loci uel uenę patulum orificiũ incurabile.
Locorum itaq; emittentium nomina, curis interpositis designabo.

ἐσχάρα est instrumentum ustionis: alias etiã cauterium dicitur.

Varia sanguinis effusum.

Cum ergo ex miningæ partibus sanguis eruperit, qui uapore quo-
dam, cum saltu uenarũ, cum sudore, & dolore totius capitis publicatur, *Miningæ fluxus.*
hoc pacto constringendus, uel cohibendus. Thuris, uel mannæ thuris,
aut naxi, aut amyli, aut puluere terræ lemniæ aspergendus est: aut cum
aceto mixto illiniendus. Huic fotus ex oleo roseo infrigidato adhiben-
dus est, aut de succis herbarum, & specialiter stipticarum: ut est arno-
glossa, & nigra portulaca, rubus, rosa sicca, uel cætera. Cibi uero calefa-
cientes miningam prohibendi sunt. Cum de oculis hemorrogia e-
merserit: aqua frigida, uel pusca defricandi erunt: consequẽter uero mo- *Contra hemorrogiam oculorum.*
ris pinguibus inungendi sunt, & cæteris quæ in subiectis uenis crepan-
tibus adhibuimus. Cũ de auribus sanguis eruperit, aqua his, uel pus-
ca frigida infundenda erit, & cætera quæ oculis facienda esse ordinaui- *Aurium.*
mus. Cum de naribus eruperit, Phęnomenus libellus superior, o- B
mnem earum curam edocebit, & instructionem. Cum de faucibus, *Narium.*
uel gutture, uel de palato eruperit, succis frigidis, uel stipticis insistemus. *Faucium. Gutturis. Palati.*
Cum de uua, pusca primo frigida imminendum erit. Quæ si mini-
me ualuerit prohibere, uirgulã auri, uel argẽti igne calefactam, loco san- *Vuæ.*
guinanti suppono: ut ex hoc cautere protinus compescatur. Cum ue-
ro de stomacho obuenerit, dabo ad masticandũ glycirrhizæ surculum, *Stomachi.*
dabo symphyti radicem, dabo gummi, dabo dragantum: dabo puscam
frigidam, ubi naxi puluerẽ aspergo: dabo similiter amylũ tritum, dabo
rhaponticum, dabo etiã cum succis herbarũ stipticarum, quas superius
memorauimus, cibos stipticos, aut ex oriza, aut ex lente, uel succis eo-
rum, in quibus illa stiptica coquenda erunt. Dabo interea mala citonia:
dabo pira, corna, sorbaq;, et castaneas, uel horũ decoctiones. His etiam
diacodion conuenit in nocte accipere. Nam & eclegmatia stiptica con-
ueniunt: ut est aut diatheon, aut diastheacon, aut certe barbara, quæ de
bitumine iudaico conficitur. Cum de thorace emerserit, quod sollici-
e uisitandum est, Primum phlebotomus adhibendus, & cibi ordinan- *Pectoris.*
i sunt. Eorum uero articulos, uel extrema femorum, fasciculis compe-
nter astringo: spongiam uero pusca frigida infusam, thoracis partibus
lhuc calentibus superimpono. Imminebo huic adiutorio, diebus con-

C tinuis quãdoq̧ frequẽtius ĩmutando. Poſt uero emplaſtris uti nos conueniet, ſuperius ordinatis de ſtomacho accidentibus: quibus cõmodius lanas ſuccidas ſuperimponimus, oleum quoq̧ myrteum, uel lentiſcinũ mixtũ cum aceto. Si his adhibitis ſanguinis adhuc perſeuerauerit inſolentia, detracto aceto, uinum eſt cõmiſcendum. Accidentibus uero febribus, ſi etiam tuſſicula cœperit inquietare, cataplaſmandi ſunt de ſubiectis: ut ſunt dactyli, ſorba, roſa ſicca, flos maligranati, acacia, hippocyſtis, alumẽ. Omnia hæc ſimul, aut quę inueniri potuerint, in ſuccis roris ſyriaci coquunť. Horis uero quibus ſanguinẽ detraho, ex decoctiõibus ſupradictarũ ſpecierum, aut immaturarũ uuarum, aut uitiũ acerbarũ, aut polygonij, aut caſtanearũ ingero potiones. Pulmonis. Cum aũt de pulmonibus hoc emerſerit, quod ualde periculoſum eſt, ſub gemina, uel trina ſanguinis detractione, phlebotomũ adhibere cõueniet. Et his omnibus imminebo, quæ de thoracis partibus eminẽtibus ordinata ſunt, tam in cibis, q̃ in cæteris adiutorijs. Hos interea cum aliquid proficere cognouerimus, unctionibus quibus membra inania nutriantur, mediocriter perungimus. Cum de partibus ſane muliebribus ſanguis eruperit, his in inguina iniјci quid expediat, libelli ſequentis lectione diſpoſui.

Vnum interea hoc generaliter edico, omnibus ex locis interioribus, ex quibus ſanguis poterit eructare, per initia cuncta adiutoria, uel præcepta frigida, quæ conſtringere, & glutinare poterunt, adhibenda eſſe: in ſequenti uero, cum humanior præuentus cauſſarum arriſerit, calidis & nutrientibus imminendum eſt.

D ¶ De EMPYICIS. Caput x.

[illegible] EMPYICI frequenter fiunt, uulnere in interioribus, uel apoſtemate præpediti. Quibus cum febres ſuperuenerint, temporibus conſyderatis, & adiutoria, & cibi parciores ſunt ordinandi. Tunc cum maxime hora eos accipiendi coẽgerit, cataplaſmandi ſunt. Interea ex hyſſopi puluere, uel abrotani, mixtis ſeminibus, in decoctione pinguium caricarũ. Dabo frequenter mellicratũ ſimplex. Dabo etiã in quo pulegium, aut hyſſopum, aut thymũ, aut rutam uiridẽ, aut marrubium decoctũ fuerit. Aſpergo ſane in mellicrato, ad uulnera interiora purganda puluerẽ Irios Illyricæ: & eclegmate utor, q̃d ex lini ſemine frixo, cum nucleis, & melle deſpumato conficiť. Hippocrates uero, nucleos cũ galbano, & melle attico, in his ſimilibus cauſſis, ad depurganda uulnera dari præcepit. Similiter etiam terebinthinã mundam, in menſura unius cochlearis, ieiunis q̃maxime, & uiribus iam reparatis, atq̧ his adiutorijs releuatis. Etiã hyeram dari cõueniet. Iam tum etiã exercitia, & fricationes, ad reparanda corpora adhibenda ſunt, quibus reliquiæ cauſſarum poſſint mundari facilius. Hos etiam aëris mutatio multum iuuat. Cibos uero, ſiue pultes frequentius accipiant, quibus piper admiſcendum eſt. Hoc etiam in cæteris dari conuenit. Nam & antidota quæ forte de ex=

perimentis empyicis danda sunt, mixto pipere conficiuntur.

❡ De SYNTEXI, uel Atrophia. Caput XI. A

MVLTIS præcedẽtibus caussis, nascitur Syntexis, uel Atro=
phia. Fit ex uentris solutione prolixa. Fit ex febribus similiter
chronicis. Fit ex ustione thoracis. Fit ex capite reumatizante frequẽter:
quę licet difficile, attamen curari potest. Fit etiã per sanguinis emissionẽ, Syntexis uariæ caussæ.
pulmonibus uulneratis, in quibus frequenter phthisis illa insanabilis ge
neratur. Aliqui uero iactanriores habiti, ueluti suam peritiã uel diligen
tiã diffamantes, συντόνως curauerunt, quos phthisicos mentiebanť. Nam
& præter sanguinis emissionem hi syntectici, uel ἀτρόφοι, ex proprijs acci=
dentibus fiunt, quos tussicula exagitat perseuerãs. Hos indeficiens solli
citat sudor, hos certe macies, & tenuitas corporis, circa dies singulos ui=
res simul eliminando consumit. Quibus curã maiorem impendo, in illo
rum reparandis uiribus. Sic ut illis uinũ leue, & albũ, balneæ, deambula
tio, uel gestatio, unctio, uel fricatio, cibi aneleptici mediocriter admini=
strentur. Frequẽter enim mẽbris & uiribus separatis, phthisis imminẽs,
uel hæc eadẽ perseuerans ægritudo, depulsa est. Iuuanť locorũ, uel aëris
mutationibus: & his utilius longas peregrinationes indicimus. Dropa=
ces, & cætera quæ cido consueta sunt adhiberi, partibus præcordiorũ,
& capitis uiribus separatis adhibeo. Aquis naturalibus uti plus cõueni=
et. Etsi aliquod adhuc ex superioribus accidentibus perseuerauerit, syn
toma superiorum ægritudinum remedijs adiuuabo.

❡ De ASTHMATICIS, uel Suspi= riosis. Caput XII. B

ASTHMATICIS, uel Suspiriosis querela pulmonũ est.
Pingui etenim & frigido phlegmate pulmonibus adhærente, cauernæ,
uel meatus, qbus naturaliter spiritus reddiť & accipitur, concluduntť: &
ex hoc impedimẽto, suspiriũ, uel anhelitus molestissimus nasciť, ut sedẽ=
do magis ꝙ iacendo respirẽt. Hyeme senibus ꝙ maxime hoc uiniũ fami=
liare est. Cõtingit aliquãdo etiã medijs ætatibus, adhuc calidis: qs phle
botomo liberari necesse est. Attamen si etiã & a phlebotomo certa rõne Cura.
prohibemur, tunc ieiunijs frequẽtibus, in uicem detractionis sanguinis
uti cõueniet. Proderit etiã potandi continẽtia: proderunt cibi cum oxy=
melle, & pipere tẽperati. Dabo interea hyssopi, aut orizæ, aut rutæ, aut
absynthij, aut Irios Illyricę, aut caulis decoctionẽ, ex mellicrato calidam.
Item conficio ex his etiã eclegmata cõmoda suspiriosis. Conuenit etiam
guttã ammoniaci dari, tritam cũ mellicrato, uel oxymelle. Abrotani pul
uis similiter datur, & castorei puluis cõmodius operať. Et illa decoctio,
n qua fœnogrecũ cum uua enucleata, & rutã uiridẽ coquimus, frequen
er danda erit. Sunt etiam trocisci magna approbatione diffamari, &
ficiunť sic. Anesum, sulphur uiuũ, guttam ammoniacã, castoreum, &
elanthiũ, ex æquo omnia tunsa, cum aqua misceuť, & fiunt trocisci: qs

C postea tritos cum oxymelle dare cõueniet. Cubiculum his calidum, in superioribus procurandum est. relaxandis enim corporibus semper sunt inferiora contraria. Lectus accersendus est, & pectus eorum calidis unguentis, & uaporibus defricandum. Cucurbitas continuo cum detractione sanguinis admouebo. Proderunt per interualla amyctica: etiam dropaces adhibiti proderunt. Sinapismus proderit. Asthmaticos iuuat peregrinatio longior: iuuat uomitus radicis cum oxymelle acceptæ. Conuenit exercitium: proderit currere cum uestibus laneis q̃ maxime, si hoc in procliuitate procuret. Vtatur emplastris circa pectus amycticis, confectis ex nitro, pipere, abrotano, & castoreo, & cyprino uel laurino cærotario. Ex quibus supradictis etiam potiones & unguenta conficio. Conuenit acetum scylliticum sorbere in nocte. Ex eodem confectum oxymel, potui dare plus conuenit.

❡ De EPATICIS. Cap. XIII.

Methodicorum errorem taxat.

EPATIS indignãtis, molesta querimonia est. Cuius ad curam adiutoria magis etiã stiptica cõueniunt. Sæpe enim nõnulli methodici, calidis tantũmodo, uel chalasticis adiutorijs imminentes, ipsam epatis substantiã dissoluerunt. Oportet itaq; in fomẽtis, uel cataplasmatibus, cerotarijs et emplastris aliqua stiptica chalasticis admiscere. ueluti œnanthinũ, nardinũ oleum, uel melinũ, mala citonia cocta, uel thebai-
D cos dactylos, & cætera similia. Fit interea hoc cærotariũ competens cerebrismis. Nardini olei uncia. I. masticnes persicæ ÷ I. aloes, semiuncia. I. Hoc epaticis non modo cõuenit, sed stomachi etiã solutione laborantibus: ita ut aliquando & uentris solutione, & uomitu, & frequẽti nausea cõmoueantur. Quibus si hæc adhuc perseuerent, admisceo cærotario supradicto aut licium indicũ, aut œnanthinon facio in singulis semuncijs admisceri. Articuli eorum tunc fasciolis constringendi sunt, & stomachus aphitis cum uino cataplasmandus. Si illa indignatio epatis ex constrictione magis obuenerit, ut cum tensione, uel cum duricia loci, dolor nimius partes inquietet, qui & iugulo, & omni parti dexteræ molestiam ferat, febres acutas commoueat, uentris quoque procuret constrictionem, digestionis licet ex leuibus cibis non exhibeat officium naturale, interea ructus frequẽtes insuaues habeant, cum uirium fatigatione, pallore quoq; corporis deformentur: hos primo conuenit iuuari phlebotomo. Item oleo, ubi ruta, schæneanthon, papauer, lini semen coctum fuerit, calido fomentari. Cataplasmandi sunt tempore competenti commotionis de hordei pollinibus, ubi diuretica aliqua commixta fuerint: ut asarum, ut petroselinum, aut pulegium, aut daucus, aut feniculi semen, & cætera similia in mellicrato, in quo hybiscus, uel ficus pingues prius coqui debent.

Epaticorum constrictorũ accidentia.

Cura.

Vtimur centaurea post cataplasma, ex oleo samsucino, habente quippiam salis, uel nitri, uel nasturcij, aut sinapis: semper attamen samsu-

ci necessarij omnibus epaticis fuere. Vti tunc cõueniet etiam diaquilon A
chalastico, cui adipes cõmiscendi sunt: aut certe diaspermaton. Decli=
nantibus uero accidentibus, tunc etiã malagmate imminebo tali. Guttæ
ammoniacæ libra. I. nigellæ ÷ III. orobi ÷ I. myrti semuncia. I. ceræ li=
bra. I. olei cyprini siue irini ÷ VIII. aceti quod sufficiat: in quo gutta am
moniaci & soluenda est, & terenda etiam. Tunc fricamentis, & exerci=
tijs competentibus opus est: tunc potionibus, & decoctionibus absyn=
thij, centauriæ, rutæ agrestis, siue petroselini, cyperi, uel hyssopi, thymi,
& cæterarum diureticarum, æquis ponderibus. Quæ potiones etiam
uitiosis uesicis ordinantur. Sed etiam aloen solam tritam frequenter in
mellicrato dedi. Declinante penitus uitio, hanc instanter potionem
dabo. Castoreum, petroselinum, piper album, cyperum, omnia æquis
ponderibus tunduntur, cribellantur, & in mellicrato unius coclearis ple
ni, dantur. Omni probatione firmatum, frequenter etenim lupini ie=
coris combusti puluerem dedi. Aliqui uero amigdala amara. cum cymi Experimentum.
no & apij semine, æqua mensura omnia cum uino ieiunis dederunt, ad
mensuram unius coclearis: & semen intyborũ cum aqua calida, uel mel
licrato similiter adhibuerũt. Sic & anethi succum cum mellicrato, & cæ=
tera quæ huic passioni alij collegæ proba esse fuerunt attestati. Nam &
intyba frequenter comesta, semper epaticos iuuauere. Si duxerit lon Collegæ Octauiani.
gum tractũ morbi neglectus, omnia adhibeo quæ difficultatem callosi= B
tatis resoluere ualeant, omni tẽpore passionis exercitijs omnibus super=
ionbus iminebo, oĩa supiora lauacra concedo, salsos cibos & acres mini
strabo. De oleribus aũt accipiãt cauliculos, lapathũ, radices quas rapha=
nos appellamus. De piscibus aspraniles sumãt. De carnibus quę inueni=
ri poterũt pinguiores. Oliuas colymbades, oĩa salsamenta, capparon, ui
num q̃d mare transierit. Et oĩbus supradictis adiutorijs, emplastris, uel
malagmatibus, unguẽtis, uaporibus, & cæteris uti cõueniet. His etiã ar=
dor solis, cum aëris mutationibus multũ prodest. Aquarũ uero omniũ
naturalium, uel maris lauacris, eos frequenter iuuari assero.

❨ De ICTERICIS. Caput XIIII.

IAM MVLTIS in locis Ictericorũ descripsimus passionẽ. Fit
enim ex epatis indignatione frequenter. Quorũ nonnulla similia
sunt accidentia, sed coloris deformatione sola determinanẽ. Fiunt etiã ex Ictericia.
stomachi uitio: fiunt plærũq; etiam ex uentre inferiore. Ergo cum fe=
bribus si de epate est Ictericus, phlebotomandus est: & mox omnia epa
ticorũ adhibenda sunt adiutoria. Si autẽ a felle fuerint Icterici, purgatio
nibus cholagogis releuandi sunt, euforbio, epithimo, aloe, petroselino,
pipere. Hæc omnia ex æquo miscenda sunt. & ex eorũ puluere, unũ co=
cleare in mellicrato, uel oxymelle dari debet. Purgat eos etiã ciceris albi
decoctio: utilius, si etiam ipsum cicer coctum accipiant. Iuuantur absyn
thij pontici decoctionibus. Iuuantur etiã, si aphronitra alba in uino so=

C luta accipiant: & ſulphuris uiui puluerem in ouo ego frequenter etiam
dedi. Sed forte aliqua ratio dare cathartica prohibuerit, quæ ſemper his
nouimus non leuiter profuiſſe, ſaltem uel uomitibus releuandi ſunt.

Sollicitius interea præcordiorum cura gerenda eſt, fouendo epar tu=
mens & incitatum, oleo nardino, melino, œnanthino. Ex lanis ſuccidis
fomentans, in balneis cataplaſmabo: interea admiſcens ſeminibus, aut
abſynthium, aut rutam, aut centauream, aut cardamum, uel cætera, quæ
epaticis ordinata ſunt: quibus urinas prouocantes, tumorẽ epatis poſ=
ſimus remouere. Vtor ſpecialiter etiam cyprino cerotario, admiſcens te=
rebinthinam, melilotam, irin Illyricam, & reliqua ſimilia, quibus aut di=
ameliloton, aut polyarchion confici conſueuit. Cibis nutriendi ſunt
ut epatici, exerceri, ſimiliter & fricari. Vitio adhuc perſeuerãte doloris,
omnibus amycticis ĩminere peregrinationis, & ſolis calidi beneficia ſuſ=
tinere ſuadeo. Aquis naturalibus æque uti conueniet. Si remotis ac=
cidentibus adhuc ille æmulus labor perſeuerauerit, naribus infundo e=
laterium, infundo elaterij ſuccum. utrumq; muliebri lacte cõmixtum.

Iuuantur interea utilius, ſi hæ digeſtiones uel purgationes in balneis
procurentur: in balneis inquã, ubi q̃maxime potiones, & cætera ſem=
D per adiutoria profuerunt. Nam & illic etiam præcordiorum ſotus con=
tinuo profuit, adhibitus, * & cortex colocynthidos in uino calefacto da
tus profuit. Et ſtruthij puluis in œnomelle ſimiliter, & anchuſæ puluis
ad menſuram unius cochlearis cum aqua calida, & lapathij ſuccus in
mellicrato, & decoctio radicum feniculi, & cæterorum, quorum eſt præ
ſidium diureticum. Hanc autem peculiarius potionem in balneis da=
re conſueui. Euforbium, baccas lauri, nitrum, piper, ex æquo con=
tuſum, pro cauſa, uel uirium qualitate in mellicrato: & cum profuiſ=
ſet, in plenam ſanitatem imminui.

* Alias, ex cortice colocynthidos calefactum.

De SPLENETICIS. Caput XV.

IN PLAERISq; paſſionibus catholicis, ſiue generalibus curis,
prius adhibitis, ſpecialia uel particularia adiutoria melius adhiben
tur: unde Spleni nũc adiutoria prius ex catholicis ordinamus. Opor
tet initiũ curæ ex ieiunijs & patientia inchoare. Item cathartico, uel phle
botomo. Poſt uero his ſpecialibus adiutorijs Splenem ſic curare cõueni
et. Aceto, & oleo æqua mẽſura, cõmixto calido, infuſis lanis ſuccidis fo=
mentandus eſt. Et ſpongijs puſca calida infuſis ſimiliter locus uaporan=
dus, cui cinis ex foco tenuis aſpergendus erit: & lapides molares ignifa=
cti, aceto extinguuntur, & operti pannis loco imponuntur. Et ſaccelli de
ſalibus ignitis impoſiti proſunt, & cataplaſmata de hordei pollinibus in
oxymelle, cui admiſcendus eſt radicis capparis tunſæ puluis. Et empla=
ſtra hæc utilia ſuperaddimus. Guttam ammoniacam, nitrum, mirabo=
lanum, myrrham, ſynapi æqua ponderatione omnia miſcenda, & tem=
peranda ſunt, cum pinguibus ficubus, prius aceto coctis & contritis.

Spleneticorũ cura.

Aliud emplastrum. Hordei farina unc. III. fœnogreci ÷ III. carta= A
mi ÷ t. herbæ paritariæ ÷ I. ficos pingues ÷ VI. cum aceto tempe=
randum, sicuti superius ordinatū est. Aliud de expertis. Cardami ÷
I. Ins Illyricæ ÷ I. gutta ammoniaci ÷ I. quod mirabolanum appella=
mus, resinæ pituinæ frixæ ana uncia semis, sulphuris uiui, auripigmen=
ti ana ÷ t. olei ficionij ÷ IIII. aceti unc. III. Datum aliud simile. Re=
sinæ pituinæ, picis briciæ ana libras. II. auripigmēti, aluminis scissi, ana
lib. tt. aceti ÷ IIII. olei lib. t. tantum conficies, & uteris. Est cōsuetum
aliud, & spleni, & epati cōueniens in feruore utrorūq;, tum etiam præ=
cordiorum. Crocamagmatis ÷ I. ceræ lib. I. olei rosei ÷ VIII. guttam
ammoniaci lib. t. aceti quantum sufficit ad guttam ammoniacam dissol=
uendam. Hæc omnia emplastra, uel malagmata conueniunt splenibus
indignantibus. Quibus expedit ab omnibus dulcibus abstinere.

Sane si splen duriciam adduxerit, quæ de hydrope superuētura plus terreat, etiam his potionibus imminendum est. Acetum scyllīticum sub noctem ad mensuram unius coclearis sorbi debet. Garum calidum bibant, ubi ferrum calidū igneum extinguitur. Aut de utrisq; puscam tēperatam accipiant, & utantur decoctionibus capparis, aut lapathη, aut tamarici: aut ubi forte myrrham infuderis. Ad modū palestræ fricari eos conuenit. Cōmodius tamen, si saponē libentius sustinentes, suis q̄maxime manibus defricenī. Gestationes, cursus, & cæteros labores appetere oportet. Dropaces impono tempore cōpetenti, & cætera quæ ciclo conueniunt. Vti lauacris salsis, uel bitumineis naturalibus expedit. naturæ etenim frequēter mare plus placet. Ieiunos accæptis radicibus cum oxymelle uomere cogo. Prouidebo omnes diureticos cibos. Vinum stipticum fumant. Dabo antidota diuretica, quibus & splen, & epar frequentius procuratum est. ut sunt apium, cicer, gramen, fęniculum, aut semen eius, asarum, daucus, meu, petroselinum, pulegium, & reliqua, quibus antidota uel decoctiones conficiuntur. Febricitantibus spleniacis, uinum, uel acetum parcius ingerendum est. Apyretos uero his subiectis potionibus iuuo. Lupini amari tribus diebus in aceto infundantur, & post ex eorum decoctione unum coclear, uel duo in nocte accipiant. Hoc etiam ieiunis proderit. Purgati uirides lupini cocti, atque combusti satis iuuant. Aliud. Cortex salicis, arboris semper infructuosæ, in aqua coctus, & datus ut supra, continuo medetur. Thuris masculi puluis cauliculorum succo commixtus, loco appositus, perseuerando satis proderit.

Contra Splenis duriciam.

B

ἀπύρετοι.

¶ De STOMACHI uarijs acciden= tibus. Caput XVI.

STOMACHO, de quo nunc mihi tractatus interponitur, ori= go est, & occasio facilior uitiorum: quod omniū fortius sit reliquorum membrorū sibimet famulantiū potestatem, quibus aut deficitur, aut re=

C ctæ ualetur. Hic, de subiectis accidentibus primo quantã molestiam sustineat, aduertẽdum erit. Patitur defectum caussis aliquando incognitis. Patitur etiam post ægritudinem. Sustinet constrictionem, dolorem cum indignatione uel febribus, duriciam, uentositatem, fastidium, solutionem, bulinum uomitus. Ex corruptela autem, & ex continua uentris effusione fatigatur. Item ex calore immẽso, uel ardore: ut est causon, unde sitim sustinet molestissimã. Frigdore quoq;, & singultu. Aliquando eum etiam cholera cum inflatione sollicitant. Ex eo lumbricorum origo frequenter fuit procurata. Quibus omnibus, ex ordine adiutoria sic ordinare curauimus. Ergo stomachicos, quos post ægritudinem prolixam, stomachi defectus tenet, et quod leue est, adhuc febriculæ infestæ, oleo absynthiaco calido fomẽtamus, aut nardino, aut sicionio, aut œnanthino, aut lentiscino, cum uino mixto. Item epithima impono unicũ ex dialtheon, & mastiche, & nardino cærotario. Sic cataplasmo de dactylis, uel citonijs coctis in uino, cum stipticis speciebus, sicut in epaticorũ ordinauimus solutione. Sed consyderandum est præcipue, necubi ciborum sit præsumptio, quorum & qualitate, & quantitate lædantur, & ex quibus cibis uires nihil proficiant: intendendum itaq;, ut & congruos, & moderatos temporibus cõpetentibus sumant. Sin uero nihil sub hac ciborꝫ moderatione proficiant, purgatiõe opus est, qua humor quidem

D ille superius enarratos defectus efficiens, omni modo depurgetur. Hos etiam ex attico melle, uel oxymelle curo. His & fœnogrecum in uino coctum, & tritũ cum adipibus anserinis impono. Moneo interea, odores insuaues uitandos, stomachum semper peruertẽtes. Attestatione enim manifesta cognouimus, hos semper bonis odoribus iuuari. Cum ergo sine febribus plena sanitate esse cœperint, uiribus consulentes, gestationes competentes indicimus, uina, lauacra, & cætera quæ post ægritudinem possint corpora reparare. Quos uero repentinus dolor stomachi comprehenderit, qui cum grauedine etiam scapulis, & dorso immineat, faucium quoq; inclusionem, & ructus difficiles faciat, interpositis etiam febribus, his phlebotomo conuenict subuenire. Item quietem & patientiam suademus, cibos uñ febriẽtibus leues, proprijs temporibus subministro. Fouemus calidis & mediocribus stalticis, non tamen frigidis. Cataplasmandi sunt hordei farina, in melle citonijs coctis, uel dactylis immixtis: aliquando etiã meliloto. Item cærotario cyprino, habente masticen, & castoreum. Vtor polyarchio, quod maxime in dorso, uel scapulis, quibus partibus cõmodius adhibere côueniet. Frequenter etiam cucurbitas uentosas imponimus. Declinantibus febribus, etiam potiones iam paragoricas dabo: ut cyminũ frixum, cum apij semine ex æquo tunsum, uel cribellatum, cocleare unum cum aqua calida. Sic abrotanum cum uino dabo. Ipsi uero stomacho, pingues dactylos in œnomelle coctos & tritos impono. Si adhuc dolor remãserit: lac bubulũ,

Accidentia Stomacho.

Cautela.

Stomachi repentinus dolor.

Staltica medicamina.

&asinæ, ijsdem secundum consuetudinem confectum adhibeo.
Si nulla sane præeunte querimonia, repentinus occupauerit dolor, A
eosdem crebro post cibos uomere cõueniet. Tunc etiam uentosas acci-
pere, & supradictis potionibus propensius imminere. Declinãtibus
uero doloribus, gestationes, exercitia, uel palestras, balneas, & uinum
cum moderatione concedimus, quibus uexatum corpus, ad plenam ua
letudinem ualeat peruenire. Si duricia innata fuerit stomacho ex pri-
oribus languoribus, ficus pingues in mellicrato coctas, & tritas, femini- Stomachi duricia.
bus misceo, & ex his cataplasmabo. Cærotario post cũ nitro, & salibus
utor naturalibus. Vti cõuenit holeribus, cum cibis ceteris, nec non & ui
num parcius dabo. Si uentositatis molestiam senserint, sicca fricatio-
ne iuuandi sunt. Ieiunos uomere conuenit, cibos pinguiores & calidio- Stomachi uentositas.
res accipere: potiões quoq; ex aneso, dauco, & castoreo, absynthio pon
tico, sine pipere, baccis lauri, ruta, cymino: contusis, aut singulis ammi-
xtis sibi inuicẽ, aliquibus in aqua calida in modũ cochlearis unius adhi-
beo. Etiã epithimata cõfecta de seminibus potionũ supradictarũ mixtis,
cærotario impono: dropaces adhibeo promptos in utroque. Tamen &
cætera adiutoria cicli etiiam in dorso uel scapulis applicabo. Fastidio
incidente, locis conueniet habitare acri salubritate temperatis. Ab exer- Stomachi fastidium.
citijs, uel fricationibus cõmodis non quiescant. Absynthij decoctionẽ,
uel uinum absynthites frequenter accipiant. Salsamentis omnibus nu- B
triantur, acrimonijs, synapi, & aceto squillitico, et similibus cæteris, quæ
stomacho hanc ciborum recusatiõem ualeant extergere. Præter con-
suetudinem uero edacibus, hoc est, βουλιμιῶσιν, ieiunantibus, somni pro- Stomachus uorax.
curandi sunt, largiores cibi, insuaues, & inflationem procurantes: & ui-
ni meri potiones dabo. Si nauseando frequenter phlegmata & cibos
incoctos excluserint, quo corpus non nutriendo tabidum fiat, hos cibis Nauseans.
nutrio siccis, & acrimoniã habentia concedo. Potum frigidum per mo-
menta parce dabo: ieiunos uomere cogo: per uentrem humorem de-
duco: catharticis, calidis unguentis omnia membra pertracto: absyn-
thij decoctionem dabo. Succum stipticum malogranati, aut solius, aut
hoc modo confecti. Succi mẽthæ uiridis partem unam, tribus malogra-
nati succi partibus admisceo, & coquo, ut paulatim pinguefiat, & ex eo Eclegma stomacho laborantibus utilissimum.
unum cochleare ieiuno pro eligmario dabo. Si etiam choleram cum
cibis uomuerint, omnia cum aqua frigida dabo, ubi myrtha uiridis co-
cta fuerit. Si nimia etiam uentris effusione fuerint fatigati, malogra-
nata. x. citonia. x. in aquæ sextarijs quinq; coquuntur, ut penitus mol- Stomachus nimis laxus.
lescant. Cumq; postea exuccata fuerint, separantur: succus uero qui re-
manserit, cum ad mensuram partem mediam mellis accæperit, coqui-
tur, ut eligmatium fiat: & operabitur similiter. Aliud. Myrtha uiri-
dis in uino coquitur, ut tertia remaneat: cui partem mellis similiter ad- Aliud Eclegma non inelegans.
(i)mus, & conficimus, & utimur. Quibus uero phlegmata super-

C natant, frequenter acescunt cibi: his bubulam dari suadeo, & cæteras
agrestes carnes similiter. Post quæ continuo aceti unum cochleare dari
conuenit. Omnes amarissimæ ex absynthio expediunt potiones. Iter=
um hæc. Piperis, & anethi semiuncias singulas, cymini ÷ IIII. tunsas,
& cribellatas reponimus, & ex hoc puluere unum cochleare cum aqua
calida potui damus. Cum autem hijs profecerint, dabo pyciam. Exer=
citijs & gestationibus competentibus imminebo, fricationibus, dro=
pacibus, synapismo, quibus stomachus a phlegmate liberari possit.

Stomachus flegmate supernatans.

Qui calore nimio inquietantur, ut hæc eadem inflammatio stoma=
chum etiam & superficiem faciet plus calere, ita ut etiam choleram fre
quenter emittant, his hoc remedio succurrendum est. Mastiches un=
cias. II. rutæ siccæ ÷ I. euripicen ÷ I. ut trocisci fiant, arnoglossæ suc=
cum admisceo, & eos in singulis drachmis paro: ut ex his uinum cum
aqua calida accipiant. Si nimius ardor fuerit, quem Causon appel=
lamus, sub quo angustijs interuenientibus, & febrium augmenta fi=
unt, his aquam frigidam per interualla dari conuenit, & similes cibos
frigidos. Articulos eorum manibus calefacio: decoctiones dabo cyto=
niorum, mespilorum, sorborum, malogranati, menthæ uiridis, uel
œnanthis. Si etiam sitire uehementius cœperint, hoc remedio poti=
antur. Semen cucumeris dulcis ÷ II. draganti. I. in oui albo infundi=
tur: & cum se resoluerit, tunc seminibus supradictis puluis admiscetur,
& collyrijs ex eo factis, unum sub lingua datur habendum: cuius pau=
D latim humor uel succus liquefactus, perueniens ad stomachum, sitim
compescere ualeat. Aliud est quod ardoribus expediat, quodcų cu=
iusquam uexatione, etiam febricitantibus frequenter ingessi. Sub gly=
cirrhizæ uncijs quatuor, unam semis supradicti pulueris misceo, & o=
uo similiter temperabo, & adhibeo. Nam etiam sola oua cum uino da=
ta par beneficium præstant. Quibus autem phlegmatis infestatione
stomachus infrixerit, chalasticis unguentis calidis curandi sunt, & po=
tione iuuandi superiore ex mastiche, mentha, & arnoglossa: cui pipe=
ris & castorei singulæ unciæ admiscendæ erunt. Nam & cortex radi=
cis, feniculorum, in aceti uncijs decem & octo coquitur, ut illic omnem
succum dimittat: & postquam corticem proieceris, huic aceto partem
mellis misces, & coquis, & uteris, ut eclegmate. Similiter iuuabunt &
oxyporia confecta ut solent: hoc est, ammeos, careum, libisticum, apij
semen, in uncijs singulis cribellantur, his miscentur piperis unciæ duæ,
& mellis despumati quod sufficiat, ut pinguescat: & oxyporium tem=
peretur ex hoc: & ieiuno, & post cibos unum cochleare quotidie mini=
stretur. Sane singultus frigidus, phlegmate in stomacho permanen=
te, si obuenerit, confectus puluis ex piperis uncijs tribus, & castorei
uncia. I. simul commixtus, ad unum cochleare, in aqua calida dan=
dum erit. Si de feruore autem, etiam tempore digestionis, odor su=

Stomachus inflāmatus.

Ex sniā Dioscoridis euripice de gnēe iuncorū, refrigerans.

Causon.

Pillulæ, siue Collyria aduersus sitim.

Aliud contra Sitim.

Stomachus frigidus.

Eclegma stomachale.

Cārlon Dioscor. uocat Caron, ab alijs aūt Cariosem en: puto id esse quod Carui uulgo appellatur.

Stomachi singultus.

mosus quidam, quem aliqui Carbunculum appellant, & dolor hos sin=
gultus procurauerit, continuo aquam gelidam bibentes, uomitus & A
sternutamenta prouocent, & acetum si sorbeant continuo sedatur. Eti=
am papyri radix masticata, frequenter singultus compescit. Item ad sto
machi uaporem, in pusca sex folia uitium trita impono.
Cum uero nigra cholera stomachum attentarunt, ut ex inflatione
molesta, cum aliquibus melancholicorum accidentibus publicentur, Stomachi cholera.
continuo inter initia, spongiam cum aceto uiscido infusam, eidem sto=
macho conuenit adhiberi, & hederę folijs in uino coctis, & tritis, ca=
taplasmari. Cibis nutriantur competentibus, ouis, alica, iuscellis pin=
guium gallinarum, & ungularum porcorum: phasianorum, uel per=
dicum carnes accipiant. Si uero inflatio illa necdum digesta, adhuc
perseuerauerit densior, pulegij herbæ decoctionem conueniet accipe=
re, aut calaminthes, mixto melle despumato.

De LVMBRICIS Caput XVII.

CVM VERO corruptis stomachi humoribus incompe=
tentibus, sæpe quoq; cibis præsumptis, seu per ægritudinem,
seu certe sine febribus, Lumbrici innati fuerint, qui aliquando eun=
dem stomachum, aliquoties inferiora possident, hos sic excludendos
suadeo. Primo aduertendum est, tres esse differentias Lumbrico=
rum. Sunt rotundi, & rubri, sed minus noxij. Sunt latiores, & albi= Lumbricorũ tres species.
diores molesti. Sunt minuti, & tenues, ut uermiculi, sed sollicitiores. B
Hi licet omnibus ætatibus semper nasci possint, attamen infantibus
frequenter familiares sunt: quibus dare conuenit centauream, uel la= Lumbrici rotundi.
bruscam, uel santonicum, & epomphalion ex lupinorum farina, aut
absynthium ponticum, aut melanthium, aut abrotanum, in mellicra= ἐπομφάλιον est medicamentũ, quod umbilico applicatur. Nam umbilicus a Græcis ὀμφαλὸς dicitur.
to temperata imponi: cui decoctio ficuum admiscenda erit. Dabo mi=
xtarum decoctionem, & easdem mixtas commedendas permitto. Iu=
uenibus uero nasturtium cum melle coctum dabo. Raphanos expedit
accipere, & succum eorum. Dabo diamoron pro eclegmatio: & ea=
dem hora conueniunt synapi, cum oleo tritum. Bene datur & hydro=
mel tepidum, ex ueteri oleo temperatum. Et succus ptisanæ, in quo
polypodium coqui debet. Et cornu ceruini combusti puluis, cum mel=
le datus, continuo lumbricos excludit. Sic menthæ uiridis decoctio,
sic erucæ, sic caulium, sic roris syriaci, & malogranatorum immatu=
rorum. Cataplasmata autem adhibeo ex pulueribus, sicut supra, lupi=
norum, absynthij, pennarum combustarum, abrotani, & melanthij:
& puluis eorum cum aqua calida datus satis iuuat. Ἐπομφάλιον uero his ex
subiectis adhibeo. Fel taurinum cum melanthio, abrotanum tritum
cum lacte mulieris, ficus pingues, aut dactylos tritos cum melle despu=
mato, commixtos: & cærotarium in quo cymini puluis, uel absynthij

C commiſcendus erit. Exercitia pro modo uirium adhibita proderunt. Cibi dandi ſunt digeſtibiles: & per interualla clyſteres acerbiores adhibiti, ſatis iuuauerunt. Si illi latiores infeſtauerint, hos myrrha pinguis accæpta continuo excludit: & allium frequentius ſi comedatur. Sic his etiam omnia acria profuerunt. Nam & uomere cogendi ſunt, & continuo ſcammoniæ purgandi cathartico: ubi elaterion, euforbium, piper, nitrum, coccum gnidium admiſces. Ego uero & magiſtrorum experimento, & noſtro, longo prolato iam tempore, cathartico cum his ſemper utor. Scammoniæ ÷ III. combuſtarum pennarum puluerem unci. I. euforbij ÷ III. nitri partem ſemunciæ unius, & omnibus tunſis, cribellatis, cum mellicrato, aut uino dulci unum cochleare ſemper dedi. Salubrius autem contingit, ſi ante diem allium, uel cætera acria edant: allium quidem maxime comedere conuenit. & oleum bibere calidum, ſed uetuſtum: ut ſuperius ſignificaui. Minutos uero & tenues uermiculos, myrrha pinguis ſemper accæpta excluſit. His etiam clyſterem expediet adhiberi, & omnes decoctiones superiores calidas, & oleum calidum accæptum, in roris ſyriaci ſucco, cum aqua calida. Et ſeſeli cum melle, infans felle taurino, uel cetino perungendus erit. D Si ſtomachum uero diutius attentauerint, & ibidem frequenter inquietudinem fecerint, ſemper ſales in ore ferre conuenit, ex quibus humor liquefactus, defluat in ſtomachum, qui & omnia inteſtina, a lumbricorum moleſtia liberare poſſit. Omnia itaque ſupradicta accidentia, quæ cum ſuis proprijs remedijs expoſui, aut indignanti ſtomacho obueniunt, aut quieto ſedantur.

Lumbrici latiores.

Experimentũ Autoris.

Lumbrici minuti.

¶ De DYSENTERICIS, uel NEVTERICIS. Caput XVIII.

DYSENTERICORVM fit cauſſa moleſtior, temporis prolixitate. Frequenter enim uentris effuſio, corpora aſsidua uexatione debilitat. Eſt namq; Dyſenteria inteſtinorum uulneratio, cum reumatiſmo, quæ conatibus, & ueluti deſyderio, & egeſtionum ſuauium debilitate, membra conſumat. Dyſentericorum ergo adiutoria, ex ſubiectis compendioſe percurram, & cibos, & potus, ſeu potiones, uel antidota, & cætera quæ nonnullis ordinandi erunt. Cibus inquam conuenit, panis mundus, ſiccus, aut Cyprius, aut Alexandrinus, uel potius Africanus: ſucci alicæ, milium, oriza: quibus concoqui debet, aut caprarum adeps, gummi, aut ſymphyton, aut ros ſyriacus, aut certe ichthiocolla: ſic etiam lac bubulum conuenit, oleum uiride his frequentius miſceo. Expediunt caules decocti, plantago, portulaca, polygonon, ſymphyton. Horum omnium quammaxime folia, uel mellis cymi, ex oleo & aceto conditi: oua in aceto cocta ſorbilia conueniunt: et ex uitellis eorum patellæ, perfuſæ cerebellorum puluere, aut gallarum, aut roris ſy-

Dyſenteria.

Cura.

riaci. Piſces, aut * Capones, aut lepores, aut mugiles, & cæteri ſicciores.
Caſeus uetuſtus proderit, niſi tibi magis receus libuerit. Lac aſinæ in
dyplongio coctum profecit, & bubulum ſchiſton iuuat, & confectio ex
lapidibus fluuialibus. Sic lac caprinum ſylueſtre facit. Si carnes dandæ
ſunt, iuuat phaſianus in puſca decoctus, palumbus matri ſubductus, tur
tur, & lepus, & cætera ſylueſtria ſicciora, maxime uolatilia. Quæ enim
neque uillarum, neque urbanorum uſum habent, natura profecto ſicci-
ora conſiſtunt. Mala citonia conueniunt in uino cocta, meſpila, malo-
granata, paulo imatura, amygdala, dactyli thebaici, & his ſimilia. Potus
uero, licet primis diebus aqua bibenda ſit, parcius attamen cõmunican-
dum fuerit Tiburtinum, Surrentinum, Marſicum, Siculum, in quibus
primo ferrum ignitum infundendum eſt. Sin uero confici uina placue-
rit, fit myrthinum, fit œnanthinum, fit cum meſpilis, fit cum ſorbis, fit
phœnicites. Quæ tamen omnia in uaſis picatis reponenda erunt.
Omnia quidem de cibis percurri, ſed melius, ſi unius ſpeciei ſubmi-
niſtrentur. Nam ſi de ſingulis in ſimul commixtis, reponas, in ſtoma-
cho digeſtiones impedient. Potiones uero, uel antidota, cornu cer-
uini combuſti puluis, in aqua, aut in uino ſtiptico datus iuuat. Sic cõa-
gulum leporis in uino ſimiliter. Sic uenereum caponum, uel anſeris, uel
cæterorum agreſtium, membrana combuſta interioribus conueniunt,
& ros ſyriacus tunſus, & roris ſyriaci flores, & malogranati, & ſucci her
bæ polygonij, & arnogloſſæ, acaciæ, hippoquiſtidos, ut tibi uiſum fue-
rit, miniſtrandi ſunt. Trochiſci uero, aut emplaſtra, Audronius, aut
Diaſpermaton, & cætera de experimentis. Et ſi putredo uulnus atten-
tauerit, inijciendus eſt Athereus: uel cauſticus puluis ex auripigmento,
calce uiua, ſandaraca, charta combuſta confectus, cum uino ſtiptico, uel
ſuccis herbarum ſimiliter conſtringentium. Adiungitur frequenter eti-
am lac, in quo licium indicum ſoluitur, & uinum in quo cantabrum co-
quendum eſt, aut ros ſyriacus, & cætera ſimilia prædictis. Potionibus
uero ſupraſcriptis, conuenit aromatica commiſcere quamplurima, quæ
ſtomachi uires nutriant. Omnia etenim hęc, etiam uentris poterunt con
tinere reſolutiões. Et diuretica dyſentericis opus ſunt, maxime dum me-
atus ſit illius reumatis. Deriuatio etiam hypnotica conuenit, quæ ſo-
mno * ſuperatis uiribus corpora dimiſſa conſtringit. Semper enim im-
portunæ uigiliæ, corpora reumatizantia fatigarunt, ſi his uſtio innata
fuerit. Eius remedium in Euporiſto noſtro inuenies. Nam etiam un-
guenta dyſentericis frequentius profuerunt ex oleo melino, nardino,
œnanthino, maſtiche, myrrha, œnanthe, acacia. Et cætera ſimilia com-
miſcendo: cataplaſmata ex dactylis, citonijs, & cæteris mixtis ſtipticis
temperata: adhibeo, & emplaſtra, uel malagmata. ut diathcon, aut bar-
bron, & cætera exeranthica. Hæc omnia dyſentericorum, etiam cœ-
liacis conuenire manifeſtum eſt. Si cõmotiones, uel pondera perſe-

A

* Pro Capitones, ego legerem Capões. ñam ſunt etiã piſces Capones dicti, inter præſtantiores marinos. Qđ ſi capitões dicere uelimus eos, qui hodie in Italia Cephali uocant, qđ perinde ſonat, ac ſi capitões dicas, fruſtra ſubiũgere tur, Mugiles. nã antiq mugiles dicebãt, qui hodie Romanis Cęphali uocantur, et ab Hiſpanis euãnũ Mugiles uernaculo ſermõe dicti. Itẽ ꝓ lepores, aliud uerbum ſubſtituẽdum eſt. Nã lepus marinus inter uenena acerrima ab oĩbus ſcriptorib. numerat, ſicut a menſa mortaliũ merito arceant. Ego ita q ꝓ lepores, lupos legerẽ.

B

Vel ſic * Quę ſomno, defecta uirib9 corpora conſtringit.

Potius [illegible]

C uerauerint, quæ Tenafmones appellamus, hæc frequenter procurant uentris exponendi fuauitatem: fæpifsime mitigata funt hijs, quæ aut in fœnogreci decoctionibus, aut altheæ radicibus conficiuntur. Nam & cærotario hoc, frequenter curati funt. Ex adipibus anferinis, cæra, & butyro, & pice bricia, fæpe fedentibus poft uaporum fumigia profuerunt. Inijciendi funt aliquando oleo rofeo, uel myrteo, & * inconrinenti luminofo fupponendi funt, in bafilicon, infufi cærotario ex oleo plumbeo confecto. Lanam interea fuccidam fuperimpono: quam anadefmos ex more continere debebit. Iuuabunt fane etiam faccelli, uel cataplafmata, eodem anadefmo perfeuerantia, de dactylis in pafso tritis, aut hordei pollinibus cum oxymelle. Lac bubulum potui datum, ac lintheolo umbilico impofitum, fine mora medebitur. Lienteria fi obuenerit, quæ ueluti quendam limum inteftinis obducit, tranfitu reumatifmi, ex quo nulla penitus ciborum folennis ualeat digeftio celebrari, fub alio nobis ordine curanda erit. Vtor acerbo clyftere ex fuccis ptifanæ, ubi aut colocynthides, aut betæ coquendæ funt, aut fcammonia foluenda. Vtor cum his catharticis. Dabo cibos acerbos, & cætera quæ fuerunt acria. ut allium, & raphani, & cepæ, napæ, fynapi, piper, & omnia falfamenta.

Locus eft deprauatus. Vide fi tu hoc uel le inuere. Poft iniectiõem illos in balneo aluminofo cõ ftituẽdos effe, fuperimpofita lana fuccida. &c.

Nota ἀναδέσμους ἀνὰ τοῦ ἀναδέω, id eft ligo, reuincio.

Imminebo interea exercitijs quibus uoluero. Impono uentri cærotaria ex oleo laurino, cyprino, uel ficionio, habentia rutam uiridem; cyminum, baccas lauri, nitrum, uel certe caftoreum. Impono polyarchion, aut diafpermaton, quæ tunc iam conueniant: aut naturale fulphur, uel bitumen, & dropaces, & fynapifmi, & cætera ftaltica adhibenda funt. Ex dyfentericis etenim lienterici facti, & uirium fatigatarum intuitu, & temporis prolixi præiudicio, difficile fanabuntur. Nam ex his hydropes frequentius emerferunt.

D

στάλτικα ἀπὸ ꝑ στέλλω, quod mitto, traho, &c. fignificat.

De HYDROPICIS. Caput XIX.

HYDROPICI, uel Cachectici fimili fub diligentia uifitantur. Qui enim prope ex fimilibus accidentibus fiunt, æquali fub indignatione tumefcunt. Hydropicorum ergo difficile, & periculofum negocium eft: eoque difficilius, fi indigeftio totis corporibus fuperueniat. Labore attamen nimio, & continuis quaffationibus exercitiorum, forfitan curabuntur. Hos frequenter febres pertinaces comitantur, quarum opportune temporibus feruientes, nos etiam adiutoria ordinare conueniet. Febribus itaque fub hac obferuatione definentibus, iam exercitijs ex paruo labore crefcentibus, imminendum eft: fubinde fricationibus, folaribus quammaxime, & cæteris uaporibus fudorem prouocantibus: fub quibus omnibus tumentibus locis nitrum, aut fales tritos afpergo. Poft exercitia, uel la-

καχεκτικοί.

Fricatiões folares puto eas dici, quæ ad folem feruentem fiunt.

bores continuo oxymeliten dabo, aut raphanum eodem infusum.
Quibus accæptis, ex parte uomere cogendi sunt. Lauacris tunc uti A
conueniet, sed marinis, quibus ueluti membra laborantia foueantur.
Interea acria omnia, & salsos cibos conuenit accipere, caules elixos
cum salibus. Parcitas cibi, & potus quammaxime continentia instet.
Etenim his procuratis, si animosius sustineatur, grande remedium est.
Vinum, licet per interualla, austerum tamen, & quod sit diureticum
dandum est. Si uero multus humor ex putrefactis eorum carni-
bus aggregatus, uentrem satis adimpleuerit, membris cæteris minu-
tatis, saccellos ex tostis salibus, uel milio similiter, sub umbilico locis
admoueo. Et de arena calida in littore, hæc loca detergere maximum
interdum est beneficium. Aliqui etiam tritico sic tecti, iuuati sunt. In-
terea acetum scylliticon frequenter dedi, & siccis fricationibus immi-
nui. Imposui emplastra reuocatoria, amyctica, maxime autem infan-
tibus competentia adhibenda cataplasmata, desiccantia, ex flore ma-
logranati, & cæteris stipticis, cum lenticulæ pollinibus, passo, & a-
ceto temperata. Aliqui uero scarificauerunt suras eorum, & alio-
res plagas fixerunt, de superioribus humorem deriuare cupientes, &
sub umbilico paracenteses frequentius adhibuerunt: per quæ conue-
niet exinanire paulatim, ac per interualla dierum, ne subitanea effu- [illegible] est ferrū, quo chirurgi utun
sio, secundum Hippocraten, continuo periculum faciat. Sane po- tur, ad cutim
tiones, uel emplastra probata sæpissime profuerunt, ex quibus ali- aperiendam.
quod compendiosius designabo, Emplastrarum quod etiam splene- B
ticis sæpe profuit, hoc est. Fœnogræci pollinis ÷ IIII. hordei ÷ II- Emplastra ad
II. stercoris columborum ÷ IIII. resinæ frixæ libram. I. cæræ ÷ hydropin.
VIII. acetum quod sufficiat terendo pulueri, qui postea solutis ad-
miscendus erit. Aliud. Semen miricæ, & galbanum ex æquo tun-
sa miscentur, superaddito quippiam olei, ut emplastri temperies fi-
at: quod perseuerantius adhibendum est. Aliud. Pilæ cypressi in
uino coctæ, & tritæ, axungiæ ueteri colatæ ex æquo miscentur, &
imponuntur. Quod si permanserit, satis iuuat. Aliud. Ficus pin-
gues tusas libra una, & nitri, & absynthij unci. III. hyssopi cæroto
admisces: ut emplastrum temperetur, & uteris. Nam & stercoris bu-
buli puluere, hordei pollinibus mixtis, & cum oxymelle coctis ca-
taplasmabis. Similiter de caprarum stercore frequenter adhibui.
Et unguenta sunt utilia hæc, quæ tumentibus partibus, sub sole
adhibita profuerunt. Cymolia in aceto contrita, boum stercora cum
nitro, & oleo sicionio mixta, & quippiam uini.
Nam etiam has potiones accipientes, sæpe iuuati sunt. Sambuci
radicis succus, cum oxymelle datus est, & continuo purgando pro- Nota hoc et'ā nunc quidam ex empiricis utuntur.
fuit competenter.
Et euphorbij granum, in ouo datum cum pane, corpora hydropico-

C rum, aliquoties similiter depurgauit. Aliud maius purgatorium. Stercus columborum drachma.I. rutæ semen drachmis duabus, in oxymelle similiter datur. Inter hæc omnia adhibenda erunt, perseuerantibus exercitijs & laboribus, catholice salutem procurantibus, sub quorum perseuerantia, hydropum poterit abigi periculum.

De RENVM uitijs, & Vesicæ. Caput XX.

RENIBVS longo tempore dolentibus, semper uapores, fomenta, & cataplasmata paragorica conuenerunt. Diuretica uero sub initijs obfuerunt. Indignantibus etenim & reumatizantibus renibus, potionum transitus aduersatur. Declinantibus uero doloribus, beneficijs primo catholicis adiuuandi sunt, fricationibus, & unguentis paragoricis, & siccantibus: etiam ciclicus ordo percurrendus est. Adiutorium emplastri polyarchion, aut diaspermaton sæpe conuenit. Calamintha tunsa cum axungia, & imposita, multum profuit. Dabo etiam potiones ex storace, galbano: uuam passam, pinguem, purgatam: mixtis diureticis aliquibus. ut petroselinum, ameos, asarum, cyperum, daucum, amygdala amara, cum mellicrato. Dedi ego frequenter etiam hyoscyamon. Interea oportet aquis uti dulcibus, & naturalibus, & cibis nutriri omnibus digestibilibus. Dabitur etiam hæc potio omnibus uesicæ, uel renum caussis, & pectinis. Semen lini, papaueris dulcis, draganti, in uncijs singulis, amyli in duabus tunsis, & cum aqua diuretica temperatis, ut trocisci fiant in drachmis singulis. Sit autem aqua diuretica omnibus probata, in qua coqui oportet radices feniculorũ, apiorum, gramen, & cicer uenereum. Sæpe etiam masticet de superioribus speciebus, quas ad tempus, aut locum habuerit. Aliud, quod & uulnera curet, & urinæ difficultatem aperiat. Ozimi, & agrestis maluæ semina, in drachmis semis, & apij seminis uncia.I. amygdalarum, uel auellanarum semunciæ singulę. Omnia trita, melle temperentur. Sunt & cæteræ potiones sub renum & uesicæ occasione, etiam splenis, uel epatis, aut hydropis molestiam refrenantes, quarum in his omnibus experti sumus efficaciam. Phu. ÷ I. celticæ ÷ I. dauci ÷ I. cĩnamomi ÷ I. piperis drachmæ. VI. meu drachmæ. VI. asari ÷ I. petroselini drachmæ. VI. opobalsami dr. VI. croci ÷ I. liquiriciæ dr. VI. picis indicæ dr. VI. cassiæ dr. IIII. amyli dr. VI. uuæ passæ ÷ I. draganti dr. IIII. uino & melle potio temperatur, & dabitur. Interea licet ex omnibus diureticis speciebus superius comprehensis, omnes uesicæ uel renum caussas posse curari significatum sit: attamẽ cum speciale sit & hoc uitium, uidelicet urinæ conclusionem sustinere, huic etiam adiutoria specialia ordinanda sunt. Herba parietaria aqua cocta terit cum pauco oleo, & renibus inligatur.

Potio in morbo Renali, etiam aduersus Hydropin utilis.

Hoc etiam de gramine semper factum est, & samsuco in aqua cocto similiter. Nam ex his omnibus etiam sedentibus, uaporem paticonueniet. Cotilidon herba in uino cocta, potui datur, & continuo dissuriam sanabit. Nam etiam mulieribus butyrum ueturstißimum per pessum adhibitum, dissuriam curauit: & mellicratum in quo immaturiætherei, & feniculorum radices, & carduus coquitur, & datur ad urinarum impedimentum.

A

Corrupte scriptũ est ætherei: puto aũt legendũ, Cedrides, uel Citreos. de his enĩ apud Diosco. reperio, q̃ in stranguria atq; dissuria adhiberi soleãt.

¶ De ARTRITICIS, PODAGRICIS, & ISCHIATICIS. Caput XXI.

EX VNO FONTE uitiorum, hæ paßiones deriuatæ sunt, sed locorum uarietate, & nominibus determinantur. Nam Artriticis omnibus, ex articulorum commotationibus, subito initium paßionis emergit. Podagricis uero ex uno prius articulo est principium. paulatim uero serpendo, grauius omnes postea neruos, et articulos posidens dominabitur. Ischiaticis autem, ex uno coxæ articulo tormenta suppeditantur. Fit itaque reumatismus, licet de phlegmate speciali, natura frigida quammaxime fiat, attamen alijs ex humoribus calidioribus aliquando efficitur, & sic effectus, calefacientes aliquando commotiones exuscitat. Frequenter autem hoc phlegma licet natura subpingue sit, uelut est uulnerum sanies, attamen cum se inter articulorum coniunctiones, usu commotionum uiscauerit, tunc tardi greßus, tunc dolores uitandi, tunc tormẽta grauiora succedunt. Curantur autem hæc omnia contrarijs suis: ut quod forte & sensu, & tactu calidum commotum fuerit, frigidis interim adiutorijs ab augmentis prohibeatur. Postea uero cessantibus commotionum temporibus, calidis, chalasticis, & amycticis recuperentur hij, quibus ille humor uiscosus, & pinguis interiora iam posidet calefactus, uel tenuatus ab articulis per commotiones frigentibus: quibus uero tumor est semper inflatus & pallidus color, calidis supradictis adiutorijs, & amycticis imminendum nobis erit.

Artritici.

Podagrici.

Ischiatici.

B

Cura uniuersalis.

Monitum te interea uolo, amice chariſsime, quod quando generaliter interioribus membris dolor iuuatus, nexu quodam, ex collisione humoris uentositatisque colligatur, tum in frigidis plærunq; difficulter deprimi poterit, uel depurgari: ergo quum uariæ emergunt species motionum, quæcunq; expediunt, medicorum coniecturis, uel iudicio, indulgenda erunt. Licet iam ex consuetudine sibi adhibita, melius is qui pautur posit iudicare, quem frequentes commotiones, & adiutoria famulantia, medicum effecerunt. Quanquam autem rationabiliter omnia adiutoria, quæ ueluti calidis commotionibus adhibentur, uirtute chalastica & paragorica esse debeant, quo neruorum & articulorum nutriri, & foueri ualeant loca, concedo tamen, ut ea frigida interim adhibeantur quæ turborem magis in tempore, quam mitigationem præ=

Cautela.

C stare pofsint. Quibus quidam, ut ille ait, primo releuari uidentur, poſt ea grauius, uehementiuſque affliĉtantur. Hoc etenim etiam noſtri Hippocratis nos inſtruxit autoritas, quod neruos omnes, ſemper frigida nocuerunt. Ergo quoniam & cauſſas, & origines compendioſe digeſsi, curæ nunc rationabiles, & adiutoria ordinanda nobis erunt. Eſt namq; in profeſſo, quod omnes ægritudines particulares, ſub corporibus membra nexu quodam familiari ampleĉtuntur, myſterio naturali, ut in ſingulis, totius corporis ſubſtantia conſtet, & altera alterius auxilio gubernetur. Ideoque niſi præceptis, & adiutorijs catholicis primo iuuentur, aliter particulares cauſſæ curari non poterunt. Qua de re, erit nobis nunc curarum, præceptorumq; exordium in ſequenti etiam particulis diſponere. Conuenit in principio Artriticis, Podagricis, uel Iſchiaticis, quibus de capite reuma reſolutum deſcendens has paſſiones fecit, prius ipſum caput oleo roſeo frigido, uel cæteris ſimilibus ſtipticis fomentando conſtringi, & ſolidari: dehinc inferiora tranſitu eiuſdem reumatis, uel ſedulitate uexata, aut ex oleo calido reſolui, uel depurgari. Item cucurbitis, uel fricatione, uel perunĉtione phlebotomum præueniendo, uno penitus, uel pleno anno utendum eſt.

Frigida neruis contraria.

Cura.

D Sic a carnibus politrophis, ſic ab uſu uenereo continendo, ſtomachi præ omnibus bona ualetudo cuſtodienda eſt, quo accæpti cibi facilius tranſigantur. Vomitus hos, non longa per interualla multum iuuat, aliquando poſt conſuetos cibos, aliquoties etiam ieiunos, accæptis radicibus cum oxymelle. Hoc modo etiam bulbi ex aqua coĉti operabuntur. Hoc ſi etiam poſt cœnam allium accipiant, quod paruo interuallo aqua calida accæpta uomitum faciet. Mutationes aëris, uel prouinciarum ſæpe conueniunt. Aquæ naturales calidæ, uel uapores earum ſimiliter. Exercitia ſane, & labores, uel fricamenta totius corporis & procuranda ſunt, & appetenda utentibus. Etenim humores ſupradiĉti pinguiores effeĉti, etiam uexatis articulis dominantur. Igitur quo modo hæc adiutoria compendioſe digeſta ſunt, ita moneo & ſuadeo cuſtodiri debere. Experti enim ſumus, quod plærique ea cautius ab initio cuſtodientes, podagræ uenturæ, ſeu potius iam præſentis uiolentiam uitauerunt: præiudicantes uero iam tempore, & manifeſtis podagricis, cataplaſmatibus ſemper his cauſſis competentibus, unguentis quoq;, uel emplaſtris, ſeu cæteris adiutorijs conſuetis uti reĉtius eſt: uel certe aliquibus phyſicis magnam ſemper poteſtatem præſtantibus.

Quo quidam podagram depulerunt.

Nunc uero tranſaĉtis præceptis, uel beneficijs catholicis, quibus cuſtoditis, etiam adiutoria ſingulis partibus laborantibus ordinabo.

Cura Iſchiadicorum.

Iſchiaticis conueniunt præ omnibus uomitus, & cætera præcepta omnium ſuperiorum. Coxæ uero dolenti ſotus olei ſicionij, rutacei, uel laurini adhibendus eſt: cataplaſmata quoq; natura calidiora. Cucurbitis uentoſis frequẽter locus releuandus eſt, acerbius clyſtere iniÿciendũ.

Ex hoc enim frequenter ſanguis prouocatus, Iſchiaticos liberauit. His
phlebotomus in talo adhibendus. Vaporibus, uel ſaccellis imminen= A
dum eſt, ex pulegio, ſalibus, uel milio ſalſo. Si uero uel ſtare, uel ambula
re potuerint, acopis calidioribus, ſole ſub ardenti fricandi ſunt, in qui=
bus & pix liquida, et oleum ſicionium, uel cætera ſuperius comprehen=
ſa miſcenda. ut ſal uſtum, tapſia, nitrum, uel opopanace. Itineris interea
laboribus cóacti iuuandi ſunt. Expedit etiam equi uectatio: expedit in=
iectio in modica quantitate ex oleo amaracino, aut ſyrino, uel laurino,
uel glaucino. Si uigiliæ ſane interuenerint, doloribus perſeueranti=
bus, ſoporiferas ingero potiones. Cum uero minoratis doloribus cauſ=
ſa mollior fuerit, tunc uelut per dialemma, dropacibus, ſynapiſmis, &
cæteris cauſticis imminendum eſt. Dabo hyeram, dabo per cibos elle=
borum: quæ omnia prodeſſe poterunt, ſi catholicis præceptis rectius
ſeruiatur. Hæc etiam Phœalgicis rite conueniunt, quibus lumbi dolere
conſueuerunt. Igitur quoniam hijs paſsionibus ſupradictis, ex una ori=
gine deſcendentibus, ueluti diuerſas cognouimus euenire commotio=
nes, ut aliquando calidas, aliquando frigidas patiuntur, ſingulis hæc ad
hibenda erunt. Quibus uero ſub calido tactu, pedum dolor obuene=
rit, caulium folia in aceto cocta, & contrita, & ouorum coctorum media
duo, pro cataplaſmate adhibita, ueluti commotionis uaporem retempe
rant, ſuperaddito quippiam olei roſei: ſed ſæpius tepefacta immutanda
ſunt. Et ſi cataplaſmati conſueto hyoſcyami folia elixa, & trita ſuperad=
das, par beneficium præſtas. Aliud. Ad impetus eorum uaporeos, B
draganti uncia. ſ. ex pridie in aqua infundes. Item alia die teris, et ſuper=
addes æruginis, & aphronitri albi uncias ſingulas, & impones.
Aliud. Lenticulam coctam teris, cum oleo roſeo mixtam, & ſimiliter
adhibebis. Nam & lactucarum folia trita cum infuſo pane, & adhibi=
ta, magnum ad refrigerandum beneficium præſtant. Et opium, & cro=
cus æqua menſura, cum lacte bubulo, uel caprino contritus, & impoſi=
tus, ſimiliter operatur. Et ſi ex oleo roſeo cærotarium miſceatur,
hoc idem erit. Hæc de uapore dolentibus ordinaui: cæte=
rum refrigerantibus commotionibus, uapores, cata=
plaſmata, unguenta chalaſtica, uel paragorica,
omnibus & nota ſunt, & conſueta.

ψοαλγικοὶ dicū tur lūbos dolentes ἀπὸ τοῦ ψοῶν, id eſt, lū bis, καὶ ἀλγεῖν, quod dolere ſignificat.

Contra Podagram calidā.

FINIS LIB. II.

C ¶ IN OCTAVII HORATIANI LIB. Tertium, ad VICTORIAM, De pasſionibus Mulierum, & curis earundem, PRAEFATIO.



NTELLEXISSE te non minus nobis arbitror VICTORIA, artis meæ dulce miniſterium, omnem mei operis efficaciam, in quo imemor non ſum præfationis meæ, quando duobus Libris pares cauſſas propoſui Euporiſto, officium uidelicet meum in logica diſputatione: ſed non longe abeſt, ab utroq; gynæciarum uiſitatio. Et quoniam hæc ratio tota medendi indiget diligentia, ſolitaneum libellum confeci de Mulierum curis: ſolitaneum inq̃, & remotum a publico ſpectaculo. Et ego quidem te ſcientia iuuabo. Tu uero, cui cõmunis arridet ſexus, & ſecretum facile inuenit tua conſcientia, cum fiducia exerce ſedulo gynæciam propoſitam meo tractatu, & tua diligentia adhibeto medicinam.

¶ CAPITA LIB. III. Gynæcia dicti.

1 De Mammillis poſt partum dolentibus.
2 De Præfocatione, quam uocamus ὑστέρας πνίγα.
3 De Inflatione, uel tenſione matricis.
4 De Artriticis.
D 5 De Concæptione.
6 De Abortu.
7 De Fluxu ſanguinis, ſeu hemorrogia matricis.
8 De Vuulneribus matricis.
9 De Fluxu reumatis, quem ῥοῦν appellamus.
10 De Gonorrhia, hoc eſt, ſpermatis effuſione.

¶ OCTAVII HORATIANI GYNAECIA, ſeu LIB. III. De Mulierum pasſionibus.



¶ De MAMMILLIS poſt partum dolentibus. Caput I.

AMMILLAS cum tenſione tumentes, uel dolentes, quod poſt partum q̃maxime mulieribus euenire conſueuit, quas ex eo etiã grauis dolor inquietat, hoc ordine curare debemus. Per initia mediocriter conſtringentibus uti conueniet. ut eſt ſpongia mollis, infuſa in puſca, quæ leui anadeſmo continenda erit. Sic etiam dactyli, cum pane in puſca infuſi, & contriti, ſæpe par beneficium præſtiterunt. Si uero certa ratione lac prohibendum erit, cataplaſmati ſuperiori admiſcendũ eſt, aut alumen ſciſſum, aut herbæ pulicaris ſemẽ, aut coriandrum, aut portulaca. Nam & unguenta ex folis earum ſuccis

Cura.

frequenter adhibuimus, cum penna molliore loca tangentes. Si indignatio illa, his minime potuerit prohiberi, & lactis aggregatio, maximũ feruorem locis incusserit, tunc cataplasmatibus chalasticis conuenit imminere, ut est panis in mellicrato infusus, et cum oleo dulci contritus. Similiter etiam de seminibus tam lini, q̃ fœnogręci, uel hordei farina, aliquando singulis, aliquando cõmixtis, & cum adipibus sæpe porcinis recentibus, in mellicrato temperatis. Sane si pondus cataplasmatis tolerare non potuerit, spongijs mollioribus infusis in aquis chalasticis, dulcibus, & paragoricis, quæ ex hybisco, & seminibus lentis, & fœnogræci conficiuntur, loca tantummodo uaporanda sunt: & impositis continuo lanis, oleo dulci calido infusis, fouenda erunt. Si saniem forte collegerint, iam suis temporibus, & proprijs adiutorijs maturata, aperienda erunt: ut sub una egestione possint penitus percurari. Si uero minime percurari possint, transacto impetu, uel indignatione mammarum, simplex cærotarium adhibendum est, usque in plenam sanitatem. A Mammillę saniè tumentes.

Sane si eadem infantem nutrire minime decreuerit, tunc cærotario supradicto puluerem contusi lapidis molaris admiscebo, anadesmũ quoque mediocriter stringo, lactis impetũ prohibiturus. Quod si lactandi arripuerit uoluntatem, tunc anadesmus laxior, tunc fomenta chalastica adhibenda erunt, quæ lactis non prohibeant copiam ministrari, sed magis præeuntibus fomentis, & uaporibus supradictis, cypero, ouo, & croco in unum contritis, mammillas ungendo adiuuabo. Alij pumicem cum oleo cyprino tritum imposuerunt. Alij cyminum cum aqua contritum. Alij uero fabæ pollinibus uuam passam purgatam, & contusam miscuerunt, & ex his cataplasmando, lactis auxerunt fœcunditatem. Sic sesamo trito cum oxymelle, sic cantabro cocto similiter in oxymelle, sic de hederæ folijs contritis, sic de ficis pinguibus tunsis, sic de caseis recentibus, tritis cum oxymelle, cataplasmata confecerunt. Quibus omnibus lactis secundum officium procuratum est. Si lactis interea nimium pondus, etiam duriciam procurarit, folijs apiorum, uel menthæ, uel caulium cum pane tritis, & mellicrato, illam duriciam resoluimus. Ergo per initia generaliter omnibus mediocriter stipticis obuiandum est: per augmenta, uel impetus, chalasticis uel paragoricis: & licet hac lege medendi omnibus seruiendum sit, attamen mãmillarum mollium intuitu, omnia moderatius fœminis adhibenda sunt. Cura Mammillarum lac seruantium. B Contra Mammillarum duriciem.

¶ De Præfocatione MATRICIS. Caput II.

SVNT VARIAE & diuersæ caussæ Matricem frequentius attentantes, quæ licet sub duabus præcipue principalibus passionibus, constrictionis, uel laxationis comprehendantur, tamẽ etiam partim sub certis accidentibus, alias caussas efficiunt. Huic ergo sub definita lege

C profeſsionis, quæ conſtricta ſunt ſoluo, reſoluta uero (quibus quam maxime & laſsitudo ſociatur) ſtipticis potiſsimum, atque mediocriter frigidis ſtringo. Quibus autem repentina commotio Matricis innaſcitur, hæ muſculorum omnium contractione, & totius corporis dolore nimio quatiuntur: & hac ui ſæpe interceptum uocis officium, ſub horrore caſus, ueluti paraliſeos mentitur imaginem: quam paſsionem in græco opere ὑστερικὴν πνίξιν appellamus. Quo tempore ad illa duo præſidia principalia, omnibus concluſionis neceſsitatibus ſubuenientia, recurremus, phlebotomi præſens beneficium, & uentris purgationem. Specialia uero ſomenta olei dulcis calida, & aquarum conſueta chalaſticarum cataplaſmata de ſeminibus paragorica, cum mellicrato. Emplaſtra, ut diaquilon, cærotaria ſimplicia ex adipibus temperata, & medullis. Peſſaria ex melle & butyro. Item libianum, & cæra, quorum confectiones ſubiectis adiungo. Ex encolpiſmis ſuccis, aut ptiſanæ, aut fœnogræci, aut olei dulcis. His articuli & calefaciendi ſunt, & mollius conſtringendi. Ventoſis quoque admotis inguinibus, uel femoribus, recurſui, uel inclinationi matricis occurremus. Fumigijs bene olentibus, ad inferiora matricem prouocabo. odoribus enim grauibus repercutitur. Minoraris uero ſupradictis accidentibus, plena quoque declinatione, manifeſto conuenit iam exercitijs aptis ſexui commoueri, & aëris, uel locorum mutatione iuuari. His cibi humaniores, his iam lauacra concedenda: uinum attamen ſub moderatione.

Matricis commotio.

Græcũ opus Autoris.

ἐγκολπισμὸς uidetur eſſe uocabulũ a re ipſa deductũ, nempe ἀπὸ τοῦ κόλπου, quod ſinũ ſignificat, ut ſcilic. ἐγκολπισμὸς dicatur infuſio, quæ fit in ſinũ, quod alias per peſſum, aut naſtale medici fieri præcipiũt.

D

¶ De inflatione, uel tenſione MATRICIS. Caput III.

INFLATIONEM, uel tenſionem ſi longo tempore Matrix ægra concæperit, omnibus ſuperioribus chalaſticis & aptis conſtrictionibus imminebo, ſuperaddens cataplaſmatibus ficus tunſas, abſynthij puluerem, uel eius decoctionem, epithimata amyctica ex puluere lauri baccarum, pyretri, caſtorei, nitri, & cæterorum ſimilium, cærotario commixtorum. Expedit frequenter polyarchion uti. Encatiſmata uero, uel uapores ex decoctionibus ſtafilini, dauci, pulegij, uel cæteris ſimiliter diureticis procurabo. Inflationibus diu permanentibus, artemiſia admiſcenda, aut marrubium, hyſſopus, aut baccæ lauri: aliquando caſia, & celtica: ex quibus etiam peſſaria conficienda erunt. Nam ex ruta uiridi, trita cum melle. peſſario ſemper utor temperato. Superaddo nitrum, uel aphronitrum, pulegium, ficus pingues purgatas, & contuſas, cyminum: ſed ad eorum ſenſum mordacem, & calidum temperandum, lactis temperabo commixtione. Si uero duriciam contraxerit, quam alibi mylen appellamus, hanc primo ſicuti contra inflationem ordinando contexuimus, adiutorijs chalaſticis imminens ſoluere laborabo. Omnibus ſupradictis conſtrictionum accidentibus minora-

ἐγκαθίσματα.

μύλην.

tis, iam conuenit ex paruo leues attentare gestationes, & sub certa dedinatione passionis, appetere lauacra, cibos humaniores præsumere, & post resumptionem corporis, anechicis temporibus, omnes ex ordine cidicas disponere curationes, inguinibus adhibendas. Has semper persolidabit etiam lauacrorum frigidorum consuetudo disposita. A

ἀνεχικὰ tempora.

De ARTRITICIS. CapUt IIII.

CONTINGIT interea frequenter certa, & specialis passio fœminarum, ut aut naturaliter aliquando clausæ nascantur, aut uulneribus præeuntibus, ac cicatrice interueniente clausæ fiant, aut præsenti indignationis interuentu penitus concludantur. Si ergo ex caussa præsentis indignationis obductæ fuerint, omnibus chalasticis adiutorijs, ex lege resoluendæ erunt. Sed si ex uulneribus obductæ cicatrices, aut nescio qua illa lege nascendi clausæ fuerint, quod tamen aut digitis, aut oculorum possit fide probari: tunc a chirurgicis consyderata mensura, referandæ erunt: ea tamen intentione, ut hæc patefactio, lintheolis, aut alijs adiutorijs patefacientibus diutius distermine tur, ne obductæ in se identidem scissuræ recentiores, occasionem claudendi protinus sortiantur. B

Artritica passio.

De CONCEPTIONE. Caput V.

ALIQVAE mulieres, quæ uoto posteritatis longo tempore desyderatæ, afficiuntur, medicos accersserunt, quas effectus elaboratæ conceptionis, felices & peritas exhibuit. Nosti itaque o Victoria, professionis cōmunis hoc magis esse necessarium ministerium, quæ ex offitijs sedulis in his magis rebus experimentum habes, quantum aut gratiæ, aut gloriæ accrescat * medicæ promittenti, si suscæpta conceperit. Vndelicet inscia non sis huius curæ, concepnonem procurantis, attamen disposita tibi, consyderatis omnibus ordinaui, per quæ curandum erit. Prius inquirendum est, necubi officium matricis, aut inclinatum sit, aut conclusum: unde aut modicis purgationibus aperientibus impeditur, aut tempore purgationis, internorum dolore nimio conquassatur. Quod si forte ita res habet, phlebotomanda erit, de talo ꝗ maxime: quo ad inferiora uicinior materia prouocetur. Sic deinde ad ordinationem curæ aduertendum nobis erit, quæ conclusum prius moderate orificium patefaciat, ut purgatione solenni citra offensam disposita, & desiccari, & calefieri matrix possit. His etenim rebus ita dispositis, conceptionis uota facilius subsequentur. Si phlebotomo adhibito, necdum tempus sua secreta cognouerit, tunc oleo dulci, uel anethi

Alias, * aut, medicæ promittenti, aut susceptę concipienti.

C no, uel rutaceo inguina fouenda erunt: & post lana, in eodem oleo calido infusa, contegenda. Tunc cataplasmatibus chalasticis calefacienda: quibus admiscebo aut artemisię puluerem, aut dictamni: quarum etiam in aqua coctiarum frequenter uapores exhibeo. Nam & fumigia uaporatis partibus supponi conuenit ex supradictis herbis, lapide gagathe adiuncto. Si his omnibus rite adhibitis, naturalis circa purgationem ordo permanserit, matricis officio mediocriter relaxato, iam adiutorijs conceptionem procurantibus imminendum est. Continuo igitur cum se purgatio citra offensam transegerit, ex diaquilon, uel libiano, pesso cum nardino, uel roseo prius resoluto, encolpismo uti cōueniet. Et post matricis delanationem, ex eodem medicamento, & pesso priore, pessarium adhibere continuis diebus triginta conueniet, usque in diem uenturam alterius purgationis. Quibus transactis, libiano nitrum conuenit commiscere, quod adhibendum erit: post encolpismum, ex subiectis speciebus disponendum Cardamomum, dictamnum, artemisiam, irim, rutæ semen, omnia contusa & cribellata, oleo dulci & plurimo miscenda sunt: ut ex his ante pessarium fomentum adhiberi possit. Commodius interea fiet, si huic fomento recentes porcinos adipes, aut anserinos ad-

D misceamus. Post quod continuo pessario tali uti expediet. Ficus pingues in aqua decoctas, & tritas, melli misceamus: & ex hoc pessario inijciamus. Desuper uero libianum superimponi conueniet. Deinde interfecti nitri glebam accipimus, & in modum balani collyrium facium, molli lana contegimus, quod super illitum libiano inijciemus. Nullo etenim remedio meliore & magis innoxio, aut corrigi matrix poterit, aut purgari, quam usus nitri suppositione. Postquam uero his adhibitis, quæ sufficere arbitror ad omnia corrigenda, quæ impedimento conceptui esse possunt, iam uti conueniet his duobus sequentibus pessarijs aromaticis, conceptionem maturantibus. Fit autem prius hoc modo. Cera alba, adipe gallinarum, terebinthina, & nardino oleo. His omnibus ex ęquo solutis, cōagulum leporis admiscemus, & hoc post encolpismum supponemus. Aliud uero omnibus experimentatum usibus, sequens hoc est. Cassiam fistulam, folium, spicam indicam, amomū, in uncijs singulis, omnia cribellata cum staphilino, aut nardino oleo, accepto cōagulo leporis admiscemus: & hoc pessario, ordine adhibito, rite est maturata conceptio. Iam nunc & superiorū pessariorum conueniet subiungere compositionem.

Nota apud ueteres aliud fuisse Nitrū, q̄ quo nunc utimur. Idq; ex hoc loco satis deprehendit, tum etiā quod ām dixit de gleba nitri. Cum hodie q̄d uocatur nitrū, sola decoctiōe e terra eliciat, expurgetq;.

Pessarij Diaquilon compositio.

Pessarium Diaquilon contra omnes conclusiones utilissimū & probatum. Lini semen, altheam, fœnogræcum, omnia æquis ponderibus in uas nouum mittimus, ubi oleum dulce, & aquam æqua mensura adijciemus, ut semina pertegantur. Quæ cum molli uapore coqui & bulire cœperint, undatio, uel spuma quæ supernatauerit colligitur. Cui anserinos, uel gallinaceos adipes, & cætera iungimus, ut

Pessario moderamentum faciamus. Sic nos Diaquilon pessarium con= A
ficimus, quod sollicitius si fuerit temperatum, unguentũ magnum cha-
lasticum, uel paragoricum faciet. Libianum uero sic facimus. Ceræ
ponticæ ÷ IIII. masticis ÷ I. storacis ÷ I. adipis anserini ÷ III. butyri
÷ III. medullæ ceruinæ ÷ IIII. nardini olei ÷ IIII. Hæc omnia secun-
dum consuetudinem tunsa, soluta autem miscebimus, ut pessarij tem=
peries procuretur. Hæc est ordinatio curæ, omnibus mulieribus ad-
hibenda concipere cupientibus, quam breuiter contextimus. Sunt eti-
am alia quamplurima, ab alijs uarijs conjecturis composita, quæ magis
causticis adhibitis, forsitan possint purgationem sanguinis extorquere.
Commodius est autem sic impendere officium medicinæ, ut cum susce=
ptam caussam curare cœperis, alia non creetur. Sunt alia duo genera
pessariorum: at ego magis blandis, quam causticis, conceptionis caus=
sa procurandæ, purgationem sedare uolo, quam extorquere: quibus
etiam magister meus, & purgationem absque offensa se procurasse fre=
quentius testabatur, & conceptionis officia perfecisse. Ea sic conficie=
bat. Opobalsami ÷ I. peucedani ÷ I. aristolochiæ ÷ I. myrrhæ, & cro
ci semiuncias singulas, medullæ ceruinæ, & adipis anserini semuncias
singulas: semina seorsum quæ addenda sunt cribellantur, & solutis ex
more miscentur, & sic tusis pessarium fiat. Hoc primo pessario exem B
pto, mox tempore secretorum post balnea supponẽdum est: quod du-
abus horis continendũ erit. Aliud pessarium, cuius sequens ista con=
fectio est. Opobalsami uncia. I. opopanacis ÷ I. thuris masculi ÷ II. cin
nami ÷ II. myrrhę ÷ I. costi semuncia. I. croci, cassię ana semũcia. I. hęc
similiter contrita, oleo irino commiscentur, ut paulo pingue fiat: cum
uero utendi tempus aduenerit, post purgationem & balnea, & pessarij
prioris usum, uteris necessario linimento. Peregisse me arbritror quam=
plurimas sub constrictione mulierum ægritudines, e quibus si quas for
te minime comprehendimus, sub uno & simuli relaxandi beneficio ui-
sitandę erunt. Varię etenim pro caussarum temporibus, ad-
iutoriorum species poterunt adhiberi, eadem at
tamen medendi omnibus uirtus.

Libiani compositio.

Magistri testimoniũ citat.

De ABORTIVIS. Caput VI.

ABORTIVVM dare nulli unquam fas est. Vt enim Hip-
pocratis attestatur oratio, tam duri reatus conscientia, medicorum inno
cens officium non decet maculari. Sed quoniam aut matricis uitio, aut
ætatis impotentia, sub qua præpropere frequenter partus euenit, fœmi-
næ periclitantur, expedit prægnantibus in uitæ discrimine constitutis,
sub unius partus sępe iactura, salutem mercari certissimam. Sicut arbo-
ribus arescentium ramorum accommodatur salutaris abscisio: & naues

Comparatio pulchra.

C pressæ onere, cum graui tempestate iactantur, solum habent ex damno
remedium. Vnde breuiter huic loco adnectenda, continuo designabo.

Si ergo necessitatibus, aut ętatis immaturitate, aut uitijs superius com
prehensis. peeus molliter subtrahendum erit, his quammaxime consen=
tio faciendum, ut cataplasmatibus chalasticis artemisiæ suceos, aut tusæ
pulurem misceamus: dictamni quoque similiter. Sic aristolochiæ, sic
rutæ seminibus: sic & fomentis, & supradictarum specierum decocti=
onibus factis uti conueniet, quæ scripta sunt in cura conceptionis, ac
sanguinem innoxiæ prouocantibus. His uero sequentibus aliqui usi
remedijs, duris forsan corporibus minus obfuisse uidentur, qui sangui
nem extorquentes, simul etiam uenientia pecora pertraxerunt. Suc=
cum rutæ uiridis potui dederunt, ad neophyta excludenda. Hanc ean=
dem rutam uiridem, cum rancidis nucibus, & cum melle tritam dede=
runt, asseuerantes pro pessario apponendum. Interea etiã myrrham, &
artemisiam, & leucosemen, ex æquo cum succo menthæ, potui simili=
ter post balnea dari debere asseuerauerunt. Item lupinorũ amarorũ pul
uerem, myrrhæ, & leucosemen: quæ omnia ex æquo cum menthæ suc=
co temperauerunt, ut trochiscos conficerent: quos cum decoctione arte=
misiæ, aut dictamni dari constituerunt. Alij radicem panacis, myrthæ,
aloes, ex æquo, similiter succum menthę uiridis temperauerunt. Alij col
lyrium suppositorium facientes, sic se hęc innoxię extorsisse testati sunt.

D Myrrhæ, & absynthij, irios Illyricę, radicis panacis uncias singulas, gum
mi ÷ II. quas in sueco fœnogręci infuderunt. Ex quo mixto cum pul=
uere supradictarum specierum, collyria, uel balanos confecerunt, quos
post balnea supponebant. Nam dictamnum cum uino tritum post bal=
nea potui dabant, & continuo pene immaturas animas excludebãt. Sed
& ouium fel, in mellicrato dederunt, æque uiolentum. Sic fel taurinum
cum nitri combusti puluere, hyssopi cęroto miscuerunt. Aliud. Hys=
sopi cęrotum. Nitrum tostum, ciminum singularum uncia. I. ficus pin=
gues albas bene tritas ÷ II. cum lacte muliebri pessarium supponẽdum
temperauerunt. Sed & nostro pesso utebantur, ex solis pinguibus ficu=
bus tusis, balanos, uel collyria supponentes, quibus nos etiam speciem
nitri admiscuimus: sed innoxie etiam purgatio procuratur hoc modo.

Aliud exclusorium uiolentum. Myrrham tritam, & elleborum felle
taurino miscentes, & temperantes pro pessario supponebant. Aliud.
Myrrhę uncia. I. ficus pinguis tritę lib. I. galbani ÷ I. aphronitri ÷ III.
omnia trita, tusæ ficui commiscebant: & cum usus forte fuerat necessa=
rius, cum melle pessarium ab ijsdem temperabant. His etiam ptarmi=
ca adhibuerunt ex elleboro, struthio, castoreo: ut membris omnibus ex
agitatis, pecus facile extorquere ualuissent. Cõacti etiam aliorum scri
pta elegimus, inclyta quidem sub illis necessitatibus, si saltem uel non im
portunis mensibus ingerantur. Sed quoniam his inconsyderate fre=

Pecus ueteres abortiuũ, seu fœtum imma turum uocauerunt.

Νεόφυτα hic uocat abortiua, eo q̃d recenter nata sint.

Confectio Cęroti hyssopi.

Sternutamenta ad excludẽdum fœtum.

quenter ita rebus gestis, ui & uapore adhibito specierum, hęmorrhoiæ A
ueuerunt, per quas, & uulnerationis pene incurabiles fluxus, læsas fœ=
mina occupauerunt, ad hæc nos quibus ualemus tandem
adiutorijs salubribus obuiamus.

De HAEMORRHOIA matricis. Caput VII.

HAEMORRHOIAE matricis (licet etiam ex alijs fieri so-
leant) attamen, quoniam omnes una lege medendi curandæ sunt, sub-
iectis earum caussis, adiunctisque omnibus, ut arbitror, sub constricti-
one passionibus, eisque pertractatis, ad resoluta, & sub effusione labo-
rantia descendimus. Quę, quamuis sępe chronicarum more caussarum
difficile liberentur, uaporibus constringendę sunt, ex decoctionibus spe
cierum omniũ stipticarum, quas etiam nunc subiectas admoueo. Myr=
ti uiridis flore, malogranati cortice, & arboris pini, siliquarum folijs, uel
baccis lentisci, similiter rosa sicca, & galla, rore syriaco, & cęteris simili-
bus. Item encolpismis imminere conuenit ex croco, hippoquistide, aca
cia, omphacino, lapide hemathite, lemnia sphragide: omnibus tusis, &
mixtis decoctionibus supradictarum specierum, aut succis polygoni,
uel arnoglossæ temperatis. Post uero, spongia infusa in pusca, & sup
posita, muniendæ erunt. Inguinibus uero, lanas infusas succis supradi- B
ctis imponi suadeo. Expedit interea omnibus superioribus locis us=
que in mammillas, cucurbitas stalticas ignitas imponere: sic etiam inter
scapulas diu perseueraturas, sed molliter detrahendas. Epithimata uero
staltica, quæ dysentericis ordinauimus, imponenda sunt, quammaxime
ex dactylis thebaicis, in uino uel aceto decoctis, ex cærota=
rio commixtis, speciebus quoque, quas nosti
competenter posse constringere.

De Vulneribus MATRICIS. Caput VIII.

SI VVLNERATA ex his Matrix fuerit, quibus uulneri=
bus interius putredo frequẽtius sociatur: aduertis ex egestionibus, qua
tenus debeas caussę succurrere, adhibẽdo aut trochiscos ex auripigmen
to, calce uiua, sandaraca, puluere chartę combustæ, & cæteris similibus:
quos ita conficito & temperato, ex succis omni=
um specierum supradictarum.

De Fluxu REVMATIS, quem ῥοῦν appellamus. Caput IX.

SI EX HIS fluxus perseuerans sanguinis, uel humoris, calo-
rem uariantis, molestiam fecerit, quem nos ῥοῦν appellamus, his omni-
bus superioribus imminendo constringendus erit, uel desiccandus.

C Si quis uero etiam potionibus curare uelit, habet has poriones, a no bis similiter ordinatas, in his autem qui sanguinem uomuerunt, aut dysenteriæ uitio laborarunt, si humanius res profecerint: ut ueluti in chronicis mos erat, aliquando commoueantur, aliquando sub blanda dimissione relceuentur: quo tempore cicli nobis iam omnis ordo intendendus erit, & arripiendus. Vomitus prius frequentior adhibendus, quam maxime per radicum acceptionem. Exercitijs paulatim crescentibus imminendum est. Aëris mutationes appetendę. Locis ijsdem psilotra, paropteres, dropaces, & synapismos appono: quibus omnibus perseuerando, uim magnam rreumatis, magnis ualeamus adiutorijs superare.

Sane si sanguineus & cum dolore fluxus fuerit, etiam phlebotomo eas expedit releuari, omnibus supradictis stipticis imminendo.

¶ De GONORRHIA, id est, spermatis effusione. Caput X.

EFFVSIONE aliquando etiam spermatis spontanea, & importuna fœminę fatigatur, quod in gręcis nostris γονόρροιαν appellamus. Hæc quæ in uiris, hoc uitio laborantibus, superius ordinata sunt, etiam D fœminis conuenit adhibere. Ordinatas gynecciarũ dispositiones, sufficere arbitror principaliũ passionum constrictionis, et relaxationis caussis, ex paruis omnibus adiutorijs, competenter adiunctis. Cætera uero quæ artis officio parturientibus aut disponenda sunt, aut facienda, usu magis quam lectione debes aduertere: ut intelligas quæ pertineant ad salutem mulierum.

¶ Tertij LIB. Finis.

¶ OCTAVII HORATIANI LIB. IIII. ad Eusebium filium, De PHYSICA SCIENTIA.



SCRIBENTI MIHI de Physica scientia, qua te maxime delectari intelligo, sufficere arbitror Menandri comici insigne argumentum. Apud ciues suos cum studiorum annis, magnę scientię laboraret inuidia, produxisse in theatrum fertur suem, partu plenam (hoc enim in loco celeberrimum Atheniensis eloquentiæ auditorium erat) produxisse inquam, expectantibus auditoribus, plenam suem, ibiq; eius exectum uterum in euripo fuisse proiectum. Cumque interfecti pene, ductu tamen naturæ agerentur, Athenienses, inquit, uiri; si in paruis annis scientiam meam miramini, istos natare quis docuit? Hinc aduertere datur, Eusebi dulcissime filiorum meorum, gratum mihi testimonium. Valde enim in te amo laboris mei operæprecium, & quod tu mihi nunc scribenti contigeris auditor. Di-

Menandri historia.

xi, datur aduertere, quantum naturæ uis pateat in omnibus elementis, eorumque semine, atque animantibus, cuius uirtutes non frustra inter se dissentiunt, aut secum copulantur. Alcyonio herba pastæ oues periclitantur: mox radice eius assumpta liberantur. Mulorum sanguis potus, uenenum est: carnes eorum cibo datæ, sunt remedio. Medentur uentris tormento canes, pastæ gramine. Et horrida sus nebulam discutit, campo pabulata: & iacta per dictamnum excluduntur tela. Et ceruilongæui uita, adæsis mutatur cornibus. Et communes Chelidoniæ communibus herbis, pullorum suorum declarant oculos. Ad postremum, natura omniparens, ueluti adiuncta charitate, cuncta animantia prosequuta est. Quæ enim nascendi sortem tribuit, uiuendi ac ualendi substantiam non negauit. Est enim in omni mundo natura, quæ operetur grande secretum. Sed illud mirari non desino, cur irrationabilia, & uagæ aues, & agrestes feræ, ad beneficia naturæ propius accedant. Supra contexti dabitis mihi ueniam operis, Patres, Priores. Disputationum enim uestrarum rationes, morbidorum animalium genus, & his similis ætas mundi rudis ignorauit. Pythagoras Aegyptiæ scientiæ grauis autor, scribit singula nostri corporis membra, cœlestes sibi potestates uendicasse. Vnde fit, ut aut contrarijs quibus uincuntur, aut proprijs, quibus placantur, conemur. Hinc est, quod & Romani, Febri ædem statuerunt, & quod Quartanas Saturni filias affirmauit antiquitas. In quarum curatione, Democritus inquit, pollutione opus esse: ut sunt cædes, & culpę, & menstrua mulieris, & fatrarum auium, uel uetitorum animalium carnes cibo datæ, & sanguinis potus. Nam & epilepsin, quam hieran noson appellauere, sic curare præcipit: efficaciæ potentiam præferens, & uitans inquiri rationem. Sed hæc non nos primi prodimus: fateri non pœnitet: communia sunt, quę cum ueteribus sentio. Atqui mea quę scripsero, in hijs dutaxat & nos magis posteris placebimus. Nec mirum, si nulla circa uiuos fama est. Sua tempora lector non amat. Hinc est illud clarissimum Satyri distychon,

Parua coronato plausere theatra Menandro,
Riseruntque suum secula Meoniden.

Nam & Magister meus, quo me usum esse præceptore præmiseram, dum uiueret, bellus habebatur, qui nunc orbe toto Vindicianus celebratur. Et profecto nullius unquam uirtus, digne suo seculo honorata est: uel quod inuidiæ, fortunæque locus inter uiuos maneat, uel quod a miseriæ orto desyderio celebretur post fata probatio.

Herba polygono coronatus, quam quis Luna decrescente fustulerit, dolore capitis caret. Similiter etiam herba illa, quæ forte inuenta fuerit in capite æ nearum statuarum. Nam & reliquias bouis potantis si quis biberit, molestia capitis releuabitur. Spu-

A

Naturæ secreta.

De Chelidonia herba nota est fabula. Vocat aūt & aues, & herbā ipsam cōmunes, q̄d ubiq; fere reperiant.

Sermonē uertit ad priores, uidelicet philosophos, atque physicos.

B

De æde quidē Febri statuta, uide Plinium libro. 2. cap. 7. Quod autem quartanas Saturni filias uocatas ait, ob eis morbi tarditatē malicia mq; dicit. Nā Saturnus iter planetas reliquis natura piger atq; maliciosus ab astrologis esse perhibetur.

Vindicianus hic fuit archiatrus Valentiniani Imp.

Ad Capitis dolores.

C ma uero eius fronti illita, lege secretiore naturæ, graues inquietudines capitis sedat. Et cornicis cerebrum, quolibet genere accæptum, paria facit. Similiter etiam muris cerebro comesto, natura omniparens, magnum remedium caput dolentibus præstitit. Ferulæ quoque combustæ cinis, oleo mixtus, fronti uel capiti illitus, inquietudines capitis sæpe sedabat. Tantum etiam de uulturis cerebro, mixto oleo perunctum caput, frequentius liberatum est. O quantum naturæ uenerationis debetur. Nam magnes lapis admotus capiti, ex altitudine latentes morbos eripuit: & nidis hyrundinum mox expositus, atque cum aceto contritus, frontique illitus, par beneficium procurauit. Hæc Physica remedia sufficere arbitror caput dolentibus, & hinc etiam de epilepticis quædam ordinauimus. Remediorum recte adhibitorum efficacia, semper caussarum bonos exitus confirmauit. Latentes epilepticos, Gagathis lapidis admotum fumigium, semper repentinis casibus publicauit. Hoc de arancis parietum, hoc de stercore canum fumigium similiter facere constat. Nam & opertos caprarum pellibus, si in aquam ingredi facias littoris, infusis plantis, & tectis, epilepsiæ passio commouebitur. Similiter etiam si nares eorum opobalsamo tangas, D sollicitius epilepticos publicabis. Et acaciæ pulueres si cum aqua calida accæperint, & si continuo correpti fuerint, insanabiles erunt. Sin uero febrierint, facilius liberantur. Hoc de prodendis, uel cognoscendis epilepticis scripsimus remediorum, nunc opus est ordinatione.

Contra Epilepsiam.

Peoniæ radix magnū præsidium præstat, si continue potata, frequentius odoretur. Sic Alicacabi, sic nyctiridis radices medentur. Ex corio frontis asini, facta ueluti fasciola, eorum articuli constringendi sunt, & dextri eius pedis ungulæ portatus circulus, pari conditione medebitur. Interea caprinas tunc tantummodo carnes comedentibus, camelorum medulla, oleo roseo resoluta, tempora capitis, stomachus, & totum pectus matutinis horis perungendum est. Ex sanguine mustelarum unguentum commode adhibitum, par præstitit beneficium. In ipsis uero commotionibus, si sanguinem de eius pedum digitis elicias, quoquo pacto, & eius frontem ex eo tangas, & labia, continuo exurgit. Tunc etiam asini lotio aspergi conueniet. Addo interea, quod ille ait, si mihi fas audita loqui, quod necessitas procurandæ sanitatis extorquet, eodem lotio asini potari eos debere, & hyrundinum sanguinem, cum thuris masculi puluere, sub æqua ponderatione, cum oxymelle similiter sumere. Sic alij ueteriores sub certo secreto naturæ, excepto capite ac pedibus, cæteras mustelæ reliquias, atque partes corporis obtulerunt, ex cuius cibi beneficio, molestiam passionis frequentissime declinauerunt. Aliud. Vina multum acria horis matutinis data, diebus triginta continuis profuerunt.

Pari forma, etiam ex testa cerebri asini combusta cinis datus profuit,

Sicaltheæ ſuccus, ſic cõagulum leporis, in modum grani erui per dies
xxx. miniſtratum, horis matutinis, epilepticos liberauit. Nam & muli= A
eribus menſtruantibus, hoc uitio laborantib. cõire conueniet. Hæc epi=
lepticorum præcepta, et probata remedij cura diſpoſita, deinde reliqua,
ut potero, uaga, & diſſeminata remedia collecta deſignabo. Hybiſcũ,
& caricas diſcoctas, & tritas diligenter, ubi admiſcueris, admiſces paſſi
calicellum plenum, modicum axungiæ porcinæ, quaſi unciam, & pol=
linem de hordeo, ita ut hybiſci, triti, uncias. II. caricarum unci. II. non
febricitanti admiſceas, cum quantum merum eſt. Febricitanti autem, a=
quam de hybiſco, & caricis ubi bulierit, hoc cataplaſma impones, & uſ=
que in alterum diem mane habeat. Et item alia ſimiliter facias, per dies
quinq;. Poſtea diameliton ſolues cum cæroto, & pones: deinde iunges
in ipſa diameliton, etiam aliquantum deſpermaton: & cum melius ha=
bere cœperint, das potionem athanaſiam in aqua calida, & cochlear u=
num mellis, & cochlear unum aceti. Hoc per triduum facis, & ſi uſus ex
egerit iterum repetis cataplaſma. Ad Veſicæ autem dolorem, coquis
aquam de fœnogræco cum hybiſco, & fomentabis ſuper pectinem, de Ad Veſicæ dolorem.
aqua calida, ita ut ante oleo calido omnia loca quæ patiuntur perungas.
Quæ cum facis, ſedebis ſuper peluim maiorem, & leuiter fomentabis:
ne loca contundantur. Poſtea detergis diligenter, & facis cataplaſma
de fœnogræco, & lini ſemine, & polline hordeaceo, in aqua & oleo, ac
modico melle cocta, cataplaſma inducis, et ponis. Omnia loca cum ipſis
quoque teſtibus percooperis. Hoc tamdiu facis, donec dolor recedat. B
Deinde decoquis adarcem, origanum, & petroſelinum, & ſic dabis po=
tionem cum modico melle. Medicamen autem diameliton ſolues cum
cæroto molliſſimo, & cum adipibus pollinis, uel porcellinis, & medica=
men baſilicon, ita ut ante clyſterizes eum qui patitur, exinaniendo ſter=
cus totum, & ſic curabis eum. Confectio medicamenti ad matricem
curandam, uel menſtrua prouocanda. Primo diffumigatur mulier ſe= Ad Matricẽ, & Menſtruorum prouocationem.
dens, de ſtorace, ante quinq; dies quam menſtrua ei ſolent uenire, et en=
colpizatur pigmentis, quæ inferius ſcripta ſunt. Diaquilon unc. I. baſi=
licon ſemuncia una, cæræ punicæ ÷ I. adipis anſerini ÷ I. oleo libyacio
quantum neceſſarium fuerit. Species autem ſolues cum oleo liliacio, ita
ut medietas cum aqua ſupra focum buliat, & alteram medietatẽ cum ſu=
pradictis medicamentis & olei uapore facias caleſcere, ut ſic ſoluantur.
Et cum cœperis uelle encolpizare, antea uẽtrem eius cura de ſuccis pti=
ſanæ, fortiter diſcoctæ, immixto clyſteri oleo anethino. Et poſt iſtam in
iectionem, ſi purgatio Menſtruorum plena non fuerit ſubſequuta,
dabis ei puluerem picræ cum uino, & melle, & calide permixtum.
Sed ante quartum diem conſuetę purgationis, ita cura, ut antequam en=
colpizes, primo de ſucco ptiſanæ decoctæ cum anethino oleo, uentrem
cures, & ſic encolpizes: & hoc uſque in diem purgationis, ſi neceſſe fue=

C rit, bis in die facies, & nunquam anhelitum uel dolorem stomachi patietur. Hygna dicitur solutum collyrium. Et dicitur Panchriston. Facit autem ad multas passiones, & est approbatum. Ad synanchem, penna illita faucibus, eam soluit. Vlceribus uero aurium prodest cum melle attico, & uino, æquali pondere solutũ, calefactumq;, ad aures immissum, & non effusum. Vlcera locorum omniũ emendat, præcipue tamen oculorum foris illitum: duricijs etiam palpebrarum sic confectum quoquo modo se habeant, si penna molliter inungatur, uel tangatur. Asperitates uero deintus ueteres palpebrarum sanat: albedines, suffusionis membranorum, de oculis expurgat omneis. Morsus omnium serpentum curat: siue intrinsecus potu datum in uino, & oleo bono. pari mensura quantum sufficit calefactum: seu deforis penna illitũ, bene sanat. Cuius compositio talis est. Aeraminis combusti unc. II. mysi assati semunciã, myrrhæ troglodiris unc. I. croci semuncia, passi cretici heminã, piperis communis semunciam, uini aminęi candidi quod sufficit. Vniuersa cum dimidio uini in mortario teris, per dies numero. xxij. Proinde reliquum uinum permiscens cum passo cretico coque. Agitatũ transcolas in trullionem, sed immittis simul supramemorata de mortario, in ipsum trullionem: tunc uero leuioribus carbonibus impositum trullionem, omni

D hora agitas, ne illa quæ grauiora esse uidentur, in fundo remaneant, & comburantur: ergo mouenda sunt sine intermissione. Et quum feruendo, in modum mellis deuenerit, infrigidatũ uase uitreo seruare debebis.

Hygnæ operatio mirabilis.

Ad Conceptionem.

Ad Conceptionem. Leporis uuluam assatam teris, & dabis in uino mero, in balneo sabanis insidenti bibere, ieiune. Si ipsa die uel nocte tacta fuerit a uiro, concipiet. Ad conceptionem experimentũ. Nardum asianum, uuam uero passam creticam purgabis, ut tollas grana quę habet, & myrrhæ troglodiris modicum, teris diligenter more collyrij. Sic enim probabis. Ad rostrum applicas, & labia inde fricas, si dulce est: sic mulier utatur. Si uero amarum, adauges uuam passam, et cum lana pessarium factũ suppones per dies. xxx. Etiam si στεῖρα est, concipit. Et pariter præparamus uiro. Rutam agrestem tere, & inde ueretrum line, statim excalescit. Postea si non pausauerit ueretri tensura, idem ueretrum oleo unges. Inguina si a caballo indoluerint, oleo rosaceo tanguntur in balneo, & extra balneum. Si autem cum rubore nimio, aut ustura fuerint, cum cerussa permixta liniantur. Ad Perniones. Alumen scissum in aceto acri infundis, & post diem agitabis, & pedem perunges.

στεῖρα, sterilis dicitur.

Ad Perniones.

Ad Lumbricos.

Ad Lumbricos. In ollam fictilem mittis mentham usque ad medias, & desuper myricas, usque ad summum, & implebis ipsam ollam aqua, & decoques omnia. Bibere dabis habenti lumbricos ieiuno, omnes per inferiora egerit. Ad Menstrua mulieri prouocanda. Rutæ succi cyathum unum calefactum ieiuna bibat. Fortius autẽ prouocat, si ieiuna lauetur, & sic biberit, antequam balneum intret. Sanguis si huic cur-

Ad Menstrua prouocanda.

rere cœperit, ſurculus ipſius rutæ, de cuius folijs ſuccus expreſſus eſt, in
ignem mittatur, & ſanguis ſe ſtringit. Potio ad Luem. Cucumeris ſyl- A
uatici radicem quantum habueris, mittis in mortarium, & teris cum fo- Potio contra luem.
lijs tenerioribus ſemperuiuæ, apij, & coriandri. Cum bene triueris, ad-
ijcies mel, & grana piperis imparia, quot uolueris, & uniuerſa tempera-
bis, & ſtanno ſeruabis, & ieiunus uteris. Et ſi quis apprehenſus fuerit,
hanc potionem cum accęperit, ſtatim foris exit omnis lues ab illo, & ſa-
nus erit. Sed & qui epulatione uſus fuerit, aut qui ſeruierit ei qui lue te-
netur, nunquam noceri poterit. Chalaſticum quod oſtendit Titia-
nus uir clariſſimus, imponendum in aluta pedibus dolentibus, & ligan- Titianus medicus.
dum faſciola, & deſuper udones induendos. Cæræ punicæ unc. I. reſi-
næ frixæ, p°. I. reſinæ terebinthinæ ÷ I. axungiæ porcinæ ſine ſale, de
porcella uirgine, uel etiam de pluribus p°. I. hæc omnia in cacabo ſol-
uis: mittis poſtea cæram, & deſuper nitri alexandrini bene triti ÷ I. &
agitando bene commiſcens, ſeruabis in fictili. Ad Hemitrytim, un-
de fiunt chardiaci, & phrenetici. Mala cytonia ſicca trita lauato, & mit- Ad Hemitrytin.
tes in ollam nouam cum aqua fontana, & decoques, & ipſam aquam bi-
bere dabis. Antidotum Diarobum facit ad pectoris dolorem, & ſto
machi, & iocinoris, ſplenis, ueſicæ, ad hemoptoicos qui ſanguinem uo-
munt, uel expuunt, ad indigeſtionem, inflationem ſtomachi, tuſſim
ſiccam: & ad tuſſim ſuſpirioſam, id eſt, qui fortiter ſuſpirant: nauſeæ
prodeſt, & ſaliuis abundantibus. In his neceſſitatum uniuerſis dolori- B
bus, cochleare plenum ieiunus manducet: per triduum ſenties benefi-
cium. Cuius compoſitio talis eſt. Maſtiches, petroſelini macedonici, o-
xypiperis, quod in uſu eſt, unciæ ſingulæ. Item hyſſopi cretici, irios ll- Antidoton Diarobi compoſitio.
lyricæ, rutæ uiridis unciæ binæ, nuclei pinei unci. IIII. Quæ ſicca ſunt
tundi & cerni debent: rutam autem cum nucleis pineis, & maſtichem,
in mortario fictili aſpero detere. Hæc, quum bene fuerint malaxata,
poſtea quę ſicca ſunt iungantur, & terantur ſimul. Deſuper autem mit-
ti oportet mellis ſummi, quantũ ſufficit: uniuerſa confecta in uas uitre-
um miſſa, ſignataque ſeruari debent. Decomai antidotos Terentij
Eutichiani diateſſaron. Facit ad digeſtionem, & ad urinam prouocan-
dam, & colum. Cuius cõfectio talis eſt. Petroſelini macedonici, piperis,
innulæ, feniculi ſemina æquis ponderibus tuſa, & cribellata, melle bo- Antidotum Terentij.
no ſufficienti deſpumato terendo iunguntur, & dolio uitreo ſignata ſer-
uantur: cum neceſſe fuerit, dabitur ita. Ad digeſtionem cochleare ple-
num comedendum. Si autem mane ſtomachum indigeſtum habet, ſi-
militer cochleare plenum comedat. Ad urinam uero prouocandam, in
balneo, uel in ſole ſtanti, cochleare plenũ ſoluis, in duobus cyathis aquę
calidæ, & bibendũ dabis. Colicis quocꝫ in aqua calida, ubi apiũ fuerit
decoctũ, ſolutum, plenũ cochleare bibere dabis: triduũ tribus poſt cya-
this aquæ ſalſæ. Antidotos faciens ad omnes dolores interaneorum,

C Hyssopi cretici ÷ II. calaminthes creticæ, pulegij sine fumo, petroselini macedonici, siseleos uncias ternas, apij seminis unciã.I. libistici semunciam, thymi Hispani florum ÷ I. piperis semunciã, gingiber semunciam, tusa & cernita cõmisces cum melle bono despumato, & confectum, uitreo signatũ seruabis. Ex hoc ieiuno dabis cochleare plenũ. Diamoron [illegible] .i. simplex. Mora syluatica, triduo in cacabo mundo habentur. Postea exprimũtur ex his sextarij sex: quibus iunguntur mellis sextarij tres cõmixti: simul colantur, & in cacabo stannato coquũtur ad tertias. Seruatur in dolio uitreo. Datur ex hoc ad uulnera fauciũ, dentium dolori. In acerrimis febribus constitutis, tẽperatur ex aqua calida, uel ex frigida. Sed in aures hulceratas ad cochleare fundẽt, et obturabitur lana.

Diamoron simplex.

Diamoron Sebasti, id est, succus de moris syluaticis, quę collecta in cacabo triduo sint, quarta die exprimẽdi: ex his sextarij sex, croci unc.II. alumnis scissi ÷ II. corticis malogranati ÷ II. succus de moris, & mel, & succus labruscę bene cõmiscentur, et colanẽ, & desuper imponunt trita, & cribellata, et iungunt. Crocus ante triduũ infundiẽ in succo labruscæ, ut facile teri possit. Decocta simul usq; ad tertias, uitreo seruãda sunt. Facit ad faucium uulnera, & totius oris: sed & ad carnes quæ supra dentes nascuntur. Acopum dyacissum. Baccas lauri numero.c. pilas cypressi numero.xx. herbę sauinę foliorũ libram.I. resinę pituinę lib.I. germinis

Diamoron Sebasti.

Acopum Dyacissum.

D hederæ unc.IIII. olei sabinensis lib.IIII. fœnogręci sextariũ.I. cęræ rubræ lib.I. præter hæc gummi, resinam, & ceram, in cacabo infundis in aquæ fontanæ sextarijs.II. & olei libris.IIII. per triduũ: quarta die decoques, quæ infusa sunt, leui foco, quamdiu aqua absumatur. Gummi uero teres cum oleo modico iam cocto, usque ad leuitatem. Resinam autem, & cætera cum reliquo oleo resoluta leui foco, colabis, & tepefactum supra gummi immixtum, agitabis de ferula. Quod medicamen, dolio uitreo seruabis. Facit autem ad totius corporis frigdorem: & ad Ischiam, & podagram utilissime prodest. Ad sanguinem uomentes. Semen salicis unc.I. tritum cum uino austero, permixtum ieiunus accipiat. Sanguinem restringit, et uitium emendat. Confectio Saccomellis. Uuæ acerbæ succum sextarios.II. quem succum cacabo stannco per triduum seruabis, supra missis grauis salis marini tribus, ita ut omnes fæces in fundo resideant. Exinde mittis succi limpidi sextarios.II. mellis despumati sextarios.III. Coques leui foco usque ad tertias. Quod de ferula agitabis: frigidum factum, uitreo seruabis. Facit ad nauseam restringendam, & uentris fluxum, et iniria eorum qui sanguinẽ uomunt. Sed & dysenteriæ incipienti, cum aquæ pare mensura dabis: febrientibus tepidum, cæteris frigidum. Ad sanguinem de ano fluentem. Malogranati corticem tusum, & bene cribellatum, in aquæ calidæ cyathis II. totidemque uini, & cochlearia singula pulueris per triduum da bibere, & restringit. Ad dysentericos. Ouum gallinacium cum aceto

Ad uomitum sanguinis.

Confectio Saccomellis.

Ad Hemorrhoicos.

Ad Dysentericos.

friges, & das manducare ei qui patitur per dies septem. Ad dysenteri=
am. Fragmenta de mola ignifera facies: & cum bene incaluerint, lapi= A
des ipsos in lacte caprino extingues: & illud lac bibere dabis. Ad eos
qui cum tormento urinam faciunt. Sisymbrium ex aqua coque, & tere Ad difficulter urinantes.
limpide, & da. Bibat cum cargno ieiunus, ex aqua supra memorata.
Ad Lumbricos. Herbam centauream decoques ex aqua, in olla no=
ua, & dabis per triduum: bibat cyathos ternos, uel quinos. Ad omnia Ad Lumbricos.
etiam interanea facit. Ad capillos in capite rasos, ut spissi renascan=
tur, qui ex infirmitate graui ceciderunt. Caput nouacula eradendum, & Vt Capilli crescant.
liniendum ex hac unctione, cuius compositio talis est. Thus Dacicum,
gallas, inulam, myrti nigri seminis uncias singulas, omnia tundis, cri=
bellas. Post ladanum in uino uetere infusum, unc. II. per triduum desu=
per in mortarium missum adijcis, & simul conteris usque ad limpidita=
tem. Cumque spissare coeperit, tantum nardi boni campani desuper mit=
tis, ut in modum caeroti strictioris deueniat. Perfectum plumbeo repo=
nitur uasculo. Vteris post rasuram quousque capilli densentur. Ad de=
nigrandos capillos. Gallas acerbas numero. x. spicam celticam, muscum Ad Capillos nigros.
gallicum, myrti nigri semuncias singulas: oua coruina tria, gallas, spi=
cam, semen myrti, tundis, cribellas, et postea in mortario medicinali te=
ris, cum uini ueteris quartario uno, per triduum: quarta die desuper ad=
ijcies oua, & in uino commiscebis. Confecta plumbo seruabis. Quan= B
do uti opus est, oleo lentiscino, & uino ueteri resoluta infectione uteris,
ita ut solutior sit, & possit omnibus adhaerere capillis. Sane sub hora in=
fectionis, oleum intra os habendum est, ne dentes nigrescant. Medi=
camentum Phisophiani, quod dicitur Cysopharmacum, unice faciens
ad passiones has. Ad ulcera chironia, ad ulcera recentia, ad luxatum,
ad praecisuram, ad scabiem in capite, ad parotidas, seu glandulas, ad ul=
cera naturae, ad contusionem & tumorem, ad deiecta, et fracturam, ad
carbunculum, et furunculum. Etam si in mammillis mulierum ulcera,
uel duricies natae fuerint. Ad faucium tumores aforis, ad scabiem, ad
ragadium, ad exochadium. Cuius medicaminis compositio talis est:
Caerae rubeae, & cerae punicae, libras singulas, opopanacis uncias. II.
Oleum autem secundarium, pinguissimum tantum mittere debes, ut pi= Compositio Phisophiani medicamenti.
gmenta tegantur: resoluta in cacabo mundo colabis, et ad supra memo=
rata uteris. Diaherpillum acopum. Serpillum, foenograecum, iunci
radices, rorismarini libras singulas. Haec omnia in uini ueteris sexta= Acopum Diaherpillum.
rijs quinque infusa sint diebus quinque, die sexto olei sabini mittis sexta
rios quinque, leui foco impositum, eo usque coquitur, ut uinum absu=
matur. Postea mittis cerae punicae, uncias. XIIII. Facit autem podagri=
cis, artriticis, spinae dolori, Ischiaticis omnibus mirifice prodest. Et Dia=
citrium acopum, cuius confectio talis est. In cacabo aquae feruentis de=
ponitur alia ollicula aerea, ita ne aqua illic intret olliculae: cui haec mit= Diacitrium.

C tenda sunt. Citreum uiride acerbum, peucedani uiridis p°. I. olei sabini sextarij. II. sub ipsa die simul coquuntur ad feruorem aquæ bullientis: ollicula habeatur, ubi citreum est cum cæteris. Postquam hæc decocta fuerint, oleum colatur in cacabo, & desuper mittitur çeræ punicæ libra. I. agitatur quousque soluatur cæra. Confectum in uas uitreum reponatur. Facit ad ea ad quæ & Diaherpillon, id est, podagricis, artriticis, spinæ dolori, & Ischiaticis. In aure uulnus si fuerit, excauas malũ granatũ, et mittis illic myrrham, pediasimos, mel, & acetum, & ad dimidium coquis, & eo mittis tepidũ, per foliũ lauri, oteniten, sanat. Alij pro myrrha aphronitrũ mittunt. Ad Hydropem. Vituli masculi stercore cum aceto acri permixto, spisse uenter liniẽdus est, ita tamẽ, ut ante ipse hydropicus toto corpore dropacetur. Ad Hydropem. Squilla, id est, bulbus sub prunis furno assatur. Deinde circumpurgatur, & medietas eiusdem bulbi in aqua coquitur: posteaquã coquendo colorem mutauerit, tollitur. Ex quo bulbo scrupulus unus, & dimidius teritur cum oxymelle, tribus cyathis calefactũ, bibendum datur. Oẽm calamitatem per urinam euacuat. Ad Hydropem. Lomentũ fabacium bene cernitum, & cineres de fornacibus optime cernitos, æquis ponderibus adunatos, in aqua calidissima conspergis, & facis çerotum in modum cataplasmatis: inducis pannis duobus, ita ut unũ habeat in ante, et alterũ retro: oẽm

D calamitatem humoris, aut per anum digerit, aut per urinam. Ad Hydropem, quod monstrauit Leoparda. De lupo, si uiro, de masculo: si mulieri, de lupa, remedium faciendo, cor seca totum, & pulmones. Omnia simul cõburis. ita ut carbones fiant: quę teri, cerni, id est, cribellari, & in puluerem redigi debent, & uitreo seruari signata. Cum necesse fuerit, uinum bonũ, sed non uetus mittis in ollam fictilem nouam, & de pulegio quod fumo tactum non est, facies fasciculum, & ex eo facis agitari ipsum uinum. Posteaquam perbullierunt, facies potionem, & tepefacta potione cochleare plenũ pulueris das bibere ei qui patitur, per triduũ.

Ad Hydropem. Quod monstrauit uxor Nomenclatoris. In ollam fictilem nouã mittis unam radicẽ de costo, et de folio malobathro tres surculos crassos, & fasciculum qui de publico emi debet feniculi: bulliant hæc omnia in olla cooperta. Ex eo mane unã potionẽ bibat, & sero qua hora se collocat unã. Ad Hydropem, potio expermentata Cornelio: Scyllæ purgatæ, id est, bulbi crudi minutatim concisi p°. I. uini aminei uetustissimi sextarios. III. in fictili per triduum infundis, & uas die quarto foco leui imponis, & coquis quousque uinũ ad tertias ueniat. Sublato uase de foco, partes scyllæ proijcis expressas, succũ uero uitreo seruabis. Ex hoc quando opus fuerit quartariũ hydropico ieiuno calefactum dabis. Locis autẽ externis tumentibus, aut inflatis, aut humore plenis, stercus bubulum cum parte aceti resolutum, spisse imponis tamdiu; quousque ad limpidam sanitatem patientia loca perducas. Sane de succo pri

Oteniten uocare uidetur morbũ auriũ, ἀπὸ τῶν ὤτων, id est, auribus efficto uocabulo.

Ad Hydropem.

ore ter singulos quartarios dabis, id est, triduo, intermissis singulis die= A
bus. Ad Hydropem, quam frequenter experimentauit Euganius.
Confectio. Columbi agrestis, uiui, integri, cum pēnis suis exusti, in olla
fictili in cineres cōuersi: et ex hijs quantū tribus digitis leuare potueris,
& herbę sabinæ, tusę, cribellatæ tantundē, & myrrhę trogloditicæ quan
tum tibi uidebitur, in uini meri aphri calefacti cyathis duobus, ieiuno di
gesto bibendum dabis. Primo tamen die sentiet beneficiū potionis, ita
ut per urinam satis mittat. Alij incipiunt subito, & per nares mittere hu
morem. Ad dolorem uentris, & ad torsionem experimentatū a Cor= Ad uentris dolorem.
nelio. Calaminthę, nam sic est herbę nomen, pulegij sicci sine fumo, Pe=
troselini, libistici, unciæ singulæ: siseleos, apij semen, gingiber, iuniperi,
thymi Hispani, piperis, quod in usu est, uncię binæ, mellis optimi despu
mati quantū tibi uidetur, omnia hæc tunduntur, cribellātur, & in melle
despumato coniungunť. Reponuntur in uitro. Quando uero opus est,
in aquæ calidæ cyathis tribus, ubi apium fuerit decoctum, dandum an=
tidotiū modo nucis auellanæ. Τὸ διαλθαῖον, si sub hirco scabies exierit, aut
duricias facit, & ad loca dolentia uniuersa, pręcipue tamen ad humores,
& duriciaś, et apostemata prodest: æque carbunculis, clauulis, et furun=
culis. Cuius compositio talis est. Spumæ argēti, olei cōmunis, libras sin= B
gulas, galbani ÷ IIII. cęræ rubeæ, resinę terebinthinę libras singulas, hy Compositio Dialtheæ.
bisci radicis fasciculos. IIII. Spumā argenti cū oleo in mortariū mittis, et
teris usq; ad summā limpiditatem. Resinā, cæram, cū galbano, foco leui
imposita soluis in cacabo: deinde colas, & iungis cū spuma argenti, et o=
leo detritis. Hybisci aūt radices detergis, & postea lotas in pila tundis, &
in mortario fictili, pistillo ligneo teris, quousq; bene sit detritum. Paula
tim iungiť cum supra memoratis, & terendo adiuuanť: confecta in ficti=
li seruātur. Musę trochisci uirtus prodest his passionibus. Capitis do= Trochiscorū Musæ uirtutes.
lori, & oculis sępe reumatizantibus, si ex aceto resoluto, tota frons linia=
tur. Auribus humore plenis, aut uulnera habentibus ex uino austero,
& melle resolutū, auribus infundiť. Gingiuis putridis, aut sanguine ple
nis, uel dentibus luxatis, in puluerem detritus, aut digito, aut melle intra
os mittitur. Nariū ulcera inueterata diuturno humore, ex uino austero
resolutū, et intermissum sanat. Vlceribus omnibus forensibus, cum lin=
theolis linitum, & impositū prodest. Fluxui uentris ex sanguine assellan
tibus, seu rasuram cum putredine facientibus, ex uino austero cocto in
myrto, quantum ęstimaueris, uel certe quasi merum, per pessarium in=
ijcis, mirifice prodest. Ad ulcera chironia lintheola infusa imponuntur:
& ad carcinomata, & ad omnia uulnera uetera. Ad naturam dolentem
in aqua tritus spissus liniatur, & lintheolum infusum ponitur. Parony=
chijs ex aqua tritum sæpe inunges. Cuius trochisci compositio talis est.
Aluminis scissi ÷ III. aloes indicę ÷ III. myrrhæ ÷ II. croci ÷ II. cro= Trochisci Musæ.
comagmatos ÷ III. calchanti. II. malogranati caliculos qui primi nascū=

C

tur, antequam poma fiant ÷ IIII. æris floris ÷ II. Cortices tũdis & teris: crocum aut uino amineo, aut phalerno infundis. Quod alio die tollis de uino, et in mortario teris. Cum tritũ fuerit, adijcis & cęteras spẽs desuper, & ad mensurã cochlearis cõteris, cũ melle sufficiente, et uino bene subactũ. Ex eo trochiscos facis siccatos, et in aluta molli seruabis, et loco sicco reponis in uitro: ad supradicta de experimẽtis.

Ad Lumbricos.

Ad Lumbricos. Cornu ceruinũ secas, et scobẽ ipsius cũ mellis modico, in aquę calidę cyathis tribus dabis bibere.

Ad Profluuiũ mulierum.

Ad profluuiũ, a me tertio hæc duo remedia sunt experimẽtata. De capillis ipsius mulieris, qui excidunt qñ se ornat cum mataxa, facit in medio nodum, et in arbore quacunque pomifera liget de ipsis capillis unũ nodum, q̃s capillos illic relinquat in arbore aliena. Mulier manifeste sanat, arbor autẽ arida fit.

Mataxa syricũ dicit. Forte alludit ad Fila sericia, quibꝰ fœminæ capillos coercent.

Ad Vesicam medicamentum.

Ad Vesicã. Carbones de arbore persicæ ÷ I. pice p°. I. resina p°. I. oleo ÷ II. cęræ ÷ II. aceti potionem, laminã cyprinam ÷ II. quæ terenda sunt cũ aceto in mortario medicinali per triduũ. Quarto autẽ die decoques. His in cacabũ missis, ac resolutis, et cum oleo transcolatos, misceri illud oportet: q̃d in mortario fuerit tritũ, adunatum exagitatur, quousque in modũ emplastri deueniat: lintheolo inductũ ponitur.

Ad Epar, & Splenem.

Ad Epar, et ad Splenem. Eupatorium, costum, gentianã, aristolochiam longã, aristolochiam rotundã, baccas lau

D

ri mũdas sine cortice, piper, oĩa æquis ponderibus tundis, cernis: uitreo seruabis. Cũ necesse fuerit, dabis in tribus cyathis meri uini, ueteris, ehalastici, cochleare plenum. Si autẽ febriunt, in aquę calidę cyathis tribus.

Ad Coli dolorem.

Ad Coli dolorẽ. Thymum hispanũ tundis, & molliter cernis, & das die primo cochleare. I. die secundo. II. die tertio. III. Si febriunt, in aqua calida: sin minus, in uini ueteris cyathis trib.

Ad Dysentericos.

Ad dysentericos. Conthiliũ, anchusam, amylũ alexandrinũ æquis ponderibus tusa, et cribellata, in ouo sorbili cochleare plenũ ieiuno, et post cęnã dabis. Aliud Eusebij, ad Dysentericos. Vuæ syluaticę adhuc acerbæ, folliculos cũ granis suis, proiectis uero succis, sicca utraque tundis, cernis, et in uitreo dolio seruabis: ex hoc in trib. cyathis uini ueteris meri cochleare plenũ. Febrientibus uero cũ omphaco & melle. Ad idẽ. Membranã exterioris uẽtris gallinacij, quã coci semp proijciunt, ad solẽ siccabis, ita ut sint. XXV. tundis, cernis cũ gallis asianis. II. ex quibus puluerẽ factum, pariter miscebis cum amylo alexãdrino: cochleare plenũ semel. Ad Colum. In balneo posteaquam te lotus p sabana uestiueris, et sederis, dicito intra te, per te diacholon, diacholon, diacholon.

Ineptia magica.

Ad Calculũ.

Ad Calculũ Porphyrij. Brassicã bene siccatã teris, et piperis pondus duplũ: itaque cribratis, et in se mixris, cochleare plenũ dabis in potione.

Ad fluxũ sanguinis mariũ.

Ad fluxũ sanguinis de naribus experimentatũ. De ipso sanguie nomẽ eius cui fluit, literis latinis in fronte scribis ad cannã, et statuisti. Ad idẽ experimentatum. Calchitide trita si lintheolũ in cortinæ extremitate tengeris, et intra nares miseris, statuisti. Hoc & si de diacharto feceris, idẽ ualet. Si autẽ nimius sanguis currit,

hois pedes in aquam frigidissimã depone, et statuisti.
mentatũ. De cacabo, siue æreo, siue fictili, fuliginẽ tritam per cannã infu · Ad idẽ experi · A
sam, si intra nares miseris, statuisti sanguinẽ.
qui in oculo ab se nascit̃. Galbanũ, thus, et mãna in se ex æquo pondere · De Cõmai, ad hordiolũ
cõmisces, in lintheolo inductũ pone.
pinũ crudum, æquo pondere tunsum, creta cõmixta dabis cotidie in ui · Ad Epar. Coctum eupatoriũ, lu · Ad Epar.
no cochleare plenũ, in trib. cyathis mellicrati calidi.
amoniacę ÷ III. costi ÷ I. petroselini macedonici ÷ I. feniculi ÷ II. Hęc · Ad idem. Guttæ
quatuor tundunt̃, cernuntur. Mellis autẽ Attici libras. II. femorim bul-
liunt, & sic desuper supramemorata mittunt̃. Ex eo ieiuno danda sunt
II. cochlearia. Intermissis duobus diebus, accipiunt usq; quater.
Lateris dolorem, ad perfrictionem, sed tamen recenter bibendo. Hysso- · Ad
pum, origanũ coquis pultario nouo. Bulliat ter, aut quater. Et mittis ace · Ad dolorem laterum.
tum in mortarium cum melle, et mane cochlearia duo, uel tria sumat.

Ad Calculos expellendos, etiam infantibus. Vnum calculum porci- · Ad Calculũ.
num, semen cauliculi, cyminũ, baccæ lauri siccę mundæ, piperis unc. bi-
næ: hæc separatim tundunt̃, et bene cribellata in unũ rediguntur, in do-
lio. Interea dabis cochleare plenum in * codera mixto cyathis tribus.

Ad Cordis dolorem, etiam si spina doluerit. Laseris cyrenaici grana · Alias * diacodio.
tria, detrita, mellis, & aceti: æquo pondere, ut faciat cyathos tres, bibat. · Ad Cordis dolorem.

Ad Auriginosum. Herbam aristolochiam, muscum de tecto, quẽ fu- · Ad Aurigiriosos.
mus non tetigit, in se teris, et spargis in corpore: uel puluerẽ ipsum dabis
cũ uino ueteri bibat. Ad Auriculę dolorẽ. Malumgranatũ siccũ exina · B
nis, et mittis mellis cochlearia duo, et aceti glutũ unum. Bulliat in se ipm
malumgranatũ: de argilla deforis linis, ut bene bulliat: etiã tepidum per
foliũ lauri mittis in auriculã. Ad Intestinorũ dolorẽ. Brassicam britã-
nicã conteris, et succum eius in aquę calidę cyathis trib. dabis bibere: aut · Ad dolorem Intestinorũ.
cyminũ hispanũ dabis. ☾ Corpus igit̃ hois diuidimus in quatuor par
tes, Caput, Pectus, Ventrem, atq; Vesicam. Si autẽ incipit circa Caput · Partitio, & obseruatio partiũ Corporis humani.
caussa cõsurgere, necesse est, ut tenebrę malæ, et dolor capitis consequan · Caput.
tur. Supcilia sunt grauia, et cerebri, & tẽporũ pulsus. Oculi mane lachry
mantes, hos caligo cõplectitur, auriũq; pulsus. Quãdo igit̃ aliquid horũ
indiciorũ ostenditur, cõuenit adhibere capitis purgationẽ sine ullo me-
dicamine cathartico. Namq; aut hyssopi comam, & origani, et pulegiũ
in melle, uel in mulso datã, ad mẽsuram heminę dimidiæ gargarizare ex
pedit. Hac eñi nulla circa caput lenior potest esse medicina. Tantũ ergo
mẽsuræ colatũ in mulsis tepidũ gargarizari expedit ab hoie ieiuno. Ne-
gligentibus autẽ hæc indicia, consueuerũt ista contingere. Imbecillitates
luminũ, aures rumpunt̃ extrinsecus, strumę in confinio colli, in cerebro
pulsus, pfrictio, suffocatio in guttur descendẽs, uua distillat. glandula in-
flat̃, capilli defluũt, caput ulceribus implet̃, consequit̃ etiã dentiũ dolor.

Quando autem circa Pectus caussa obdurata est, constat ex pluri- · Pectus.

C mis, & hæc permonſtrari ſolent. Primum ſuperius in pectore, & lin-
gua craſſior ſolito, & ſputa fellita. In lateribus autem, & in ſcapulis, do-
lores ſine ullis præcedentibus cauſſis, oſcitationes aſſiduæ, ſed & alias
ſuffocatio & ſitis. A ſomno autem anima non læta, pulſus pectoris, in
brachijs, & in manibus tremor, & ſicca tuſſis. Quiſque aduerſum hæc
ſapienter inſtans, hanc conſuetudinem ſeruet, ut a cœna uomat ſine ul-
lo medicamine. Conuenientes ſunt etiam uomitus, quos & ieiuni face-
re ſolent, quibus noxius inſidens pectori humor extrahitur. Conuenit
igitur maiore uomitu, tenues radices manducare, carthamum, ſemen e-
rucæ, confuſam ſemper, & tepentem aquam ſuperbibere. Indicia aut-
em negligentes harum cauſſarum, hæ ægritudines conſequuntur: pul-
monum labor, phthiſis, & nigri fellis iræ, acutæ febres, & ſemper peſti-
Venter. lis ſomnus. Cum autem circa Ventrem ualetudo conſurgit; quæ mul-
tifariam conſtat, iſta prænunciat. Torquetur uenter & turbatur, cui ſe
importune febris infundit. Potus autem in uiſceribus amareſcunt, &
ex ipſis dolor in omni corpore, nulla neceſſitate, torpedo in uiribus, &
quædam ſubtilitas febrium. Quando igitur hæc indicia præceſſerint;
conuenit uentrem ſine ullis medicamentis procurare molliorem. Eſt
autem curatio uera tibi præſcripta, nihil derelinquas, aut lapatho ue-
teri, aut mercuriali herba, quæ Virginalis uocatur. Eſt enim indigna-
D rioni uentris accommoda. Si autem ſuperior cauſſa protraxerit, quod-
cumque ſit illorum indiciorum, oportet decoctum urticæ haurire ſuc-
cum. Eſt enim cæteris ſæuior, & periculoſa res. Illa quoque utilis ratio
curandi eſt, ut caules in mulſa aqua decocti penitus exudent: horum a-
qua melle dulcatur, aſperſo ſale, uſque ad heminas. IIII. Modicum uti-
le eſt bibere. Hæc autem negligentes cauſſæ ualetudinum conſequun-
tur. Fiunt cœliaci, ſine fine profluit dyſenteria, ſequitur iliaca, apople-
xia, & in inferioribus defluens ſanguis, & hęrens morbus articulis.

Vesica. Quando autem per ueſicam uentura eſt cauſſa, æque & ipſa multi-
fariam conſtat, & prænoſci ſolet. Ab eſcis, plurimus uentus emittitur.
Crebra eruptio, fœdus corporis color, grauis ſomnus, collectum deco-
loratum, quod tamen difficulter effunditur: circa uentrem tumor exci-
tatur. Quando ergo horum indiciorum aliquid fuerit deprehenſum,
futuram cauſſam conuenit pręuenire. Maxime autem ante dies decem.
Quibus curam oportet adhibere, feniculi & apij radices, maceratas in
uino candido, & bene olenti da ieiuno. Duobus cyathis conuenit bibi:
debet tñ aqua permixta eſſe menſuræ. Quos modice urina perſequit̃,
ex hoc indicio cauſſę ingraueſcũt, hydrops, iecoris dolor, phreneſis, ſtrã-
Partitio & obseruatio quatuor temporum Anni. guria ſicca. Scripſeram autẽ tibi de temporũ curriculis, quę quũ recur-
runt, per maxime certa indicia ualetudinem in hoĩm corporibus oſten-
dunt, unde illis adhibere obſeruantiã oportet: ut ſcias q̃bus rebus utaris,
et quibus rebus abſtineas. Faciamus igitur exordiũ ab hyberno tẽpore.

Solſticiũ eſt.ſviij. Kalen. Ianua. ex qua die corporibus humor increſ-
cit. Quã cauſſam hybernium æquinoctiũ præſtat. Vtere igitur calidiſſi A
mis,& optimis, et indulge uino:ne peperceris ueneri. Sunt aũt ex ſupra Hyems.
ſcripta die, in æquinoctiũ uernum dies nonaginta duo. A ſexto autẽ
Kalen. April. die, uſq; ad memoratũ, incrementa gignunť. Vtere igitur Ver.
bene olentibus, et acerrimis cibis, ut impleatur humor. Tuncq; a ſupra-
ſcripto æquinoctij die, quo ſol orieť, dies quadraginta octo demonſtrat.
Ortus enim Pliadũ pridie Idus Maias habentur. Inde ſanguis increſcit,
febres humoresq; gignunť, in æſtiui temporis permutationẽ. Vtere dul
cibus,& minime conſueta uenere exercere, & ieiuna. Sunt autẽ uſq; ad
permutationẽ æſtiui temporis, ab exordio pliadum, dies quadraginta
tres. Incipit tempus æſtiuũ. viij. Kalen. Iulij. Ipſa hora incrementũ fel
lis admittitur: quod creſcit in æquinoctium Autumni. Frigidis utere,& Aeſtas.
dulcibus, et cunctis bene olentibus,& minime ieiuna: et conſuetis uene-
ris in totũ abſtine, in dies nonaginta unũ. Aequinoctium autẽ Autu-
mni a ſexto Kalen. Octob. intenditur. Ipſa hora uis nigri fellis augeť, hu Autumnus.
morũ craſſitudo conſequiť, in occaſum uſq; pliadum. Vtere calidis, &
acerrimis omnibus, et abſtine a Venere, minimũq; ieiuna. Sunt autẽ in
occaſu ſupraſcripto dies. xlij. Occaſus pliadũ quarto Idus Noucb. Ea-
dem hora rurſus hominibus ſanguis increſcit. Conuenit igitur & te reli
quis uti,& indulgere uino, conſuetis Veneris inſiſtere. Dies ſunt in tem B
pore hyberni. xl. Iſtis ſi uteris, ut miſſa ſcriptura demonſtrat, integra ſa-
lute reliquũ tempus facile tranſiges, ſine uallatione medicorũ. Ad Ca
pitis dolorem, ut in ſole non doleat, radicẽ pulegij poſt aurem ſiniſtram
baiulabis. Item quando te lauaueris anteq; ſolium deſcendas, de ma- Ad capitis dolorem.
nu ſiniſtra haurito aquã,& ſupra cerebrũ ter mittito. Item aliud. Pa-
pyrum tenes in manibus tuis, & nominas ſeptem uiduas, quas noſti, &
facis ſeptem nodos in eo, & in fronte ligabis. Item uitis albæ corti- Superſtitioſum.
cem comburito, & miſcens cum uitello oui, linias in fronte.

Ad morſum ſerpẽtium. Gentianam, ariſtolochiam rotundam, lauri
baccas purgatas, myrrham, æquis ponderibus tunſas admiſces melli o-
ptimo. Ad hemicranion. Canis mortui capillos de capite tollis, de du Ad morſum Canis.
obus digitis,& pulli mortui, & die ſequenti minimo in lintheolo, de li- Ad Hemicraniam.
cio in collo ſuſpendis. Itẽ radices ſalſas raphani teræ, quæ adhæſerint
tolle,& tere cũ aceto acri, et lini hemicraniã. Ad grauedinẽ aurium. Fel
caprinũ, mel atticũ quantũ & fel fuerit, myrrhã, oleum roſaceũ ſimul in Ad Aurium grauedinem.
carbonibus calefacis,& in aurem mittis. Ad Vermiculos qui in auri-
bus nati fuerint. Amurcã calefacies, & mittis in aurem. Ad auriculę
dolorem. Porri ſuccũ, intybi ſuccũ cum nardo calefacies, et intus mittes.

Ad aurĩũ dolorem,& uulnera. Herbæ ſanguinariæ ſuccorũ cochlea-
ria duo, mellis cochlearia. II. olei cochleariã. II. ſicci porri uirginis coch-
learia. II. hæc omnia ſimul cõmiſces, coquens igni leui, & intus mittis.

C Ad infirmum, ut dormiat. Semen sesami cum aqua teris, & facies
Vt infirmus dormiat. grana minuta, in modum ciceris, & ad caussas supradictas. ut dormiat,
grana bina uel terna glutiat. Ad tussim. Semen canabis, fabam com-
Ad Tussim. bustam, pulegcium, irin Illyricam, piper, hyssopum, semen de urtica, &
anethi radicem, omnia hæc ad scrupulum semis mittis, & teris in aqua
calida. Ad tussim. Herbam marrubium decoques ex aqua ad tertias,
& cum melle despumato, dabis bibere. Ad tussim electuariũ. Petro-
selini unciã. I. gingib. ÷. I. pip. ÷. citoniorum coctorũ pondo duo, mel-
lis. II. pariter omnia cõmisces, & coquis, dabis ieiuno cochleare. Ad
tussim. Nuces grandes sine nucleo coques in olla noua, & aquam quan
tam uolueris, dũmodo sextarium bibat ex uino, sanabitur. Item sy-
napi alexandrini unc. friges, & piperis unc. atq; in unũ conteris, et con-
tritum in pultariũ mittis, adijciens mellis pondo. I. et coques usque cum
spissum sit, & refrigescat: ex hoc ieiunus sub lingua teneat, & dum se
cœperit soluere, transglutiat. Hoc & noctu cum dormire cœperit, faci-
at. Ad idem facit, & maximum remedium est. Equi saluiam, ex aqua
calida bibat per triduum: is qui tussierit, uiuet, equus morietur. Ad
idem. Anethi seminis cyathis tres, piperis scrupulos. XII. mellis sexta-
rium. I. tundis, & cribras, in melle commisces, & sic uteris, mane cochle-
D aria tria, & alia die similiter. Ad idem. Irin Illyricam drachmã. I. mel-
lis quod sufficiat, quousque sit eliquata spissitudo. Ad coli dolorem.
Ad Coli dolorem. Azymũ panem tundis, & per cribellum cernis, et das die primo in uino
cochleare unum, die secundo duo, tertio tria, febrietanti in calida, sano
ut dictum est, in uino ueteri. Ad colum. Siliquas aphras tres, piperis
albi grana. XXI. costi scrup. IIII. post omnia hęc trita, et cribellata, in ui-
no ignito potionem facis, et dabis ei cochleare unum. Hoc per triduum
si dolet, ignitum ferrum sic in uino extingues. Item Canabis radicem
combures, grana. LXXVIIII. in mortario teris, in uino, & dabis potio-
nem diebus. VIIII. Item lignum nodosum sambucinũ mittis in focũ,
& dum cœperit exuri, paulatim fauillam de eodem extinguis: colligis
in uasculo mundo: & rursus apposito ligno ad ignem, iterum & fre-
quentius hoc faciendo colligis, usque ad cochleare plenum: cuique pul
ueri adijciens canabis grana. XIIII. cymini grana. XVIIII. Contrita
simul cum puluere adijciens, in calida potione facta, da ieiuno, ut bibat
plurimis diebus. Item testas ouorum gallinę, cum primum oua fue-
rint supposita, post exclusionem collecta: omnia uris, & teris diligenter
in mortario: adijcies piperis grana. XXI. simul diligenter conteris: &
dabis in aqua calida cochleare plenum. hoc facis per triduum. Item
caput sardi decoques diligenter in aqua nymphali, quam colatam ca-
lidam dabis ei bibere. Item sanguinem anguillæ, cum rubello ui-
Ad Colum. no, æquis mensuris cum aqua tepida mittis. Item ad Colum. Aphro-
nitra matronalia duo, in aqua dabis.

Ad mammillarum dolorem. Terrę tubera uiridia, et axungiam uete-
rem sine sale tunde, & panem: facies cataplasma, & impones. Quibus A
ungues dolent, siue ad Paronychia. Mel coquens despuma, spumam ar-
genti, & æris florem tritum simul cōmiscens, & unguibus in lintheolo Ad Paronychia.
impones. Ad eructuationem, uel stomachi inflationem. Myrrhæ ni-
græ baccam contritam dabis cum uino ueteri. Ad stomachum con- Ad eructationem.
firmandum diatessaron. Ciminū, rutam, baccam lauri æquis ponderi-
bus trita, melle mixto, cochleare plenum ieiunum bibat. Ad formidi- Confortatiuū Stomachi.
nem cordis, & spasmū. Folia persici trita ponantur ad cor, & succus ho
rum. Item rutam ex aceto & melle, cum farina hordeacea pectori im- Cordis.
pones. Ad cordis dolorem, etiam si spina doluerit. Laseris cyrenaici
grana tria, detrita in melle, & aceto, æquo pondere, quod faciat cyathos
III. bibat. Ad formidinem cordis & spasmum. Rutæ fasciculos in ro
saceo oleo, & aceto decoqnito. & unge eum, ut sudor desinat: quia cor-
dis, uel animi angustię sudorē frigidum generant. In uino mero spon
giam macera, & sinistræ mãmillę imponito. Ad fluxum uentris. Gal
lam, & testam de locusta teris, & mittis in ouum sorbile, et dabis ad uen Ad fluxum uentris.
trem. Betam ex aqua mulsa decoques, sparso nitro. Cum manduca-
uerit, aquam ipsam bibat. Ad Lumbricas. Coriandri semen cū melle
dabis manducare. Ad fluxum uentris. Lenticulæ agrestis semē teris, Lumbricos.
& dabis in aqua calida, & mox restringit. Etiam si infans lateris pati- B
tur dolorem, bibat nutrix ex hoc, & lactet infantē, & statim infans sen-
tiet. Ad uentrem faciendum. Rubricam mittis in aquam calidam, iu-
xta modum potionis: dabis potum, etiamsi lumbrici sint subsistent.
Ad eos quibus uenter iuxta consuetudinem non facit. Blitum. uirgi-
nem herbam, siue Mercurialem, apium, damnascena quinque in aqua Constipatos.
nymphali discoque: quam diligentissime colas, & facies ex ipsa aqua po
tum, in quo modicū olei adijcies, datur ei. Ad duriciam uentris. In tri
bus caricis pinguissimis, exprimis lac, et dimittis in ollam, ita ut pene sit
plena, dabis hoc manducare. Qui sunt pinguissimi corpore, ut exte-
nuentur. Ossifragi auis uentriculum siccum ad uentrem alligabis, ita ut Ad corporū extenuationem.
corpus cōtingat, et cum homine maneat: ad extenuationē quantum uo
luerit, ueniet. Ad uentris strictionem. Castaneæ coria tria, et mali, ac
piri, & rosæ flores, in aqua calida dabis bibere. Ad solutionem uen-
tris. Ouum, & butyrum in se coques, et in lintheolo inductum, ad præ-
cordia imponis. Ad suspirium. Lapidem modicum de fluuio qui te-
ri potest, de manu sinistra tollito, et in uino dabis: aut certe tria grana al- Ad Suspirium.
lij ad tertias decoquito, et bibat. Ad suspiriū. Aquam quæ in arbore
inuenit in lacunis, cauisq; corticibus cōsistens, suspirioso potum dabis.
Item betonicā cernis, cernitā repones, cum opus fuerit drachmas tres
cum lacte caprino ieiunus accipiat. Itē centauriæ herbę succum, nucis
auella næ magnitudine, in oxymellis cyathis tribus da: bibat, sanus erit.

C Ad lateris dolorem,& ad perfrictionem,attamen arcentem nimium.

Ad dolorem Lateris.

Hyſſopum,origanū coques in pultario nouo,bulliat ter uel quater:acetum mittis in pultarium, & mel, & mane cochlearia duo uel tria ſumat. Ad lateris dolorem. Petroſelini faſciculos ſex ſemis, piper tritum dabis in uino, & in ipſo latere recumbat. Item ſemen abſynthij tundis, & facis puluerem,& cōmiſces cum axungia ueteri, inducis in pannum, & imponis. Ad lateris dextri dolorem,& ad epar.Piper,coſtum,apij ſemen,æquis ponderibus tundis,& cribellas: in aqua calida potionem dabis,mittis autē cochleare unum. Ad lateris dolorem,& ſi quis pondus leuauerit. Sulphur uiuum,picem,reſinam maculoſam,bitumen tritum,in charta per ſe imponis in balneo in loco ubi dolet,ſi quidem multum dolet,& poſtmodum triduo a balneo ſe abſtineat. Ad lateris dolorem. Herbam chelidoniā tritam cum axungia imponito. Item tritam cum uino,da ieiuno,bibat,ſanus ſit.

Ad Epar.

Ad Epar. Linum, eupatorium, coſtum,gentianā,ariſtolochiam longam,ariſtolochiam rotundam, baccas lauri mundas ſine cortice,piper, hæc omnia æquis ponderibus tundis,cernis, ſeruabis. Cū neceſſe fuerit,dabis in tribus cyathis meri uini, ueteris calefacti cochleare plenum. Si autem febricitet,in aqua calida,trium,cyathorū menſura. Ad Epar. Coſtum,eupatorium,lupinum crudum,æquis ponderibus tunſum, cernitum, cōmixtum, ex hoc dabis in

D tribus cyathis mellicrati calidi cochleare plenum,per triduum.Hæc potio danda eſt ieiuno. Item guttæ ammoniacæ ÷ IIII. coſti ÷ I.petroſelini macedonici ÷ I. feniculi ÷ II. Hæ ſpecies tundūtur,mellis autem attici libra.I. ſemotim bulliat,& ſic deſuper memoratæ ſpecies tunduntur. Ex hoc ieiuno dantur cochlearia duo:intermiſſis iterū duobus diebus,accipiant,uſq; quater. Item piperis grana.xxx.baccas lauri mundi ſine cortice,grana.x.ſimul in mortario teris,et dabis in uino ueteri cyathos tres,& in eo latere recumbat. Hoc per triduum ſi febricitauerit in aqua calida dabis. Item corticem raſum auellanę,in uino terito,et dabis. Item uulpis ſplenem ſiccas,& dabis tritum ieiuno incondito.Aut certe coſtum,fœnogræcum, orizam, piper, æquis ponderibus tundis,

Ad Spleneticos.

& condita dabis. Ad ſpleneticos. Ficus,& pilulas cypreſſinas decoque cum aceto,& facis cataplaſma,& imponis. Item * pulegium,quæ

Alias, * polium.

prius naſcitur,teritur,et in uino dabis. Item radicem ebuli ſiccam,aut certe radicem ſalicis in aqua coques,& dabis ieiuno uinū uetus. Sniptiętem nouiſſime purgatum bene combures,& puluerem facies, & dabis.

Ad exitum Inteſtini.

Si infanti, uel maiori ad aſſellandum inteſtinum deſcenderit, facies hoc. Stercus aſini comburis:inde facto puluere in olla ipſo puluere inteſtinum aſpergis: de aqua non lauas. Poſteaquam puluerem aſperſeris, uidebis ipſe, ne inteſtinum detergas. Hoc aſſidue facis,uſq; dum ceſſet deſcendere. Ad Inteſtinorum dolorem. Braſſicam britannicam conteris, & ſuccum eius in aqua calida cyathos tres dabis bibere.

Si infanti, uel maiori ad assellandũ intestinum descẽderit, siue sangui
ne puro, siue cũ stercore assellatus, sublauet se de aqua suprascripta cum A
acacia. Postq̃ delotum fuerit, mittis sæui hircini calefacti, in aqua calida,
cochlearia duo, uel succi orizæ cochlearia duo, & acaciæ cochleare dimi
dium, in clistere cõmixta mittis. Ad Iocinoris dolorẽ. Lupi cor siccum
teris cum pipere, costo, petroselino, ieiunus ex mero bibat. Itẽ Betoni Ad dolorem
cæ fasciculũ, & mellis sextariũ decoques ad medias, et dabis per triduũ. Iecoris.
Ad nauseas, & uomitũ. Oleum coctum tritum ex melle, et cochleare
manducet: uel anethum ex aqua mulsa dabis. Ad sanguinis uomitũ. Ad Nauseã, & uomitum.
Glutinis libram, ex aqua potionẽ dabis, bibat, & curatur sine periculo. Ad sanguinis uomitionem.
Qui escã non continet. Stercus passeris parietarij teris, dabis in uino
ueteri, ad potionẽ cochlearis unius, mox escam tenet. Ad Renum do Vt esca contineatur.
lorẽ. Picem, bitumen iudaicũ, sulphur uiuũ, nitrũ, trita omnia mixta in Ad Renum dolorem.
se imponis. Item herbã artemisiam a pridie ubi nascitur inquires, &
alia die ante solis ortũ, inclinatus de sinistra manu euelle, sine nodo con
tingis te. Ad hyrcosos. Thus masculũ, et alumẽ tere, et ascellas hyrco
sas line: aut myrta sicca. Ad Renum dolorẽ. Ieiunus puscam tepidam Ad hyrcosos.
bibat, et inambulet: aut certe seuum bubulũ manducet, aut certe suinum
uirginẽ, ad renem ligabis. Ad Dysentericos. Conchilium, anchusam,
amylum alexandrinũ, hæc omnia æquis ponderib. tunsa, cribellata ser Ad Dysentericos.
uabis. In necessitate dabis in ouo sorbili cochleare plenũ, mane ieiuno:
in ouis tribus singula cochlearia, hoc est, per diem unum, ouum unum. B
Item cöagulum leporis ex uino uetere delotũ, tepefactum, dabis ieiu
no bibere, & continuo sanat, etiam si carnes mittat. Item uuę syluaticæ
adhuc recentis folliculos cũ granis suis, prolatis succis siccas, utraq; tun
dis, cernis, in dolio uitreo seruabis: in necessitate dabis ex hoc tria coch
learia in uino ueteri mero, frigido, uel tepido. Febricitanti cum ompha
cino melle modico, ut supra memoratũ. Item mẽbranas exterioris uen
tris gallinacij, quas coci semper proijciunt, maxime de plurimis pullis,
has sole siccabis, ita ut sint. XXV. tundis, cernis, cũ pilulis quas dicimus
anagallidos numero. V. ex quibus puluerem factum, pariter miscebis in
uino, et æque amyli alexandrini cochleare unũ. Permixta omnia in ua
se uitreo seruabis. Cum necesse fuerit, in ouo sorbili dabis cochleare u
num in die semel. Si autẽ ita fuerit solutio uentris, ut cum stercore so
luto, sputa remaneant, & generent conatus & libidinẽ, tunc oleum, siue
uermiculus ad hæc dirimẽda datur. Et huius clisteris cõpositio talis est.
Maligranati corticem, rubi cymas, myrtasq; leues, rorem syriacũ: omnia
hæc mittis in ollam, & excoquis, in uino supramemorato, cochleare mit
tis cum puluere. Cuius pulueris cõpositio talis est. Acacię nigræ pulue
rem factũ conteris ÷ I. struthij. I. seminis asparagi ÷ I. ligamen hederæ
÷ I. rheuponticum ÷ I. rheupontici cum pulegio ÷ I. omnia tundis, et
cribellas subtilissime, dabis cochleare unũ cum melle calido. Ad Ge

C

Ad dolorem Geniculorũ. Ad Interanea & febres. Ad Tibiarũ uulnera.

niculorum dolorẽ. Geneſtam, tunſam, uel ſemen eius cum axungia malaxata impones. Ad omnẽ paſſionem interaneorũ, uel febres. Spinæ minutæ flores, & roſæ, ſucco colligato, & ſiccato, atꝗ conterito, & melli cõmiſceto: grana etiã piperis parce adiungito pariter. Si nõ febricitat, in uino dabis: ſi uero febricitat, in calida aqua. Ad impacta tibiæ uulnera, aut coti, ſiue geniculo, ĳs occurrendum erit. Lomentũ fabarium cerne, & acetum ſimul immixtũ, & diligenter cõagitatum: ut cœperit ſiccare, ex ipſo ſuffundis uſꝗ in diem tertiam. Si autẽ cotis ſeparata fuerit, repònenda eſt, & non temere mouenda: et hoc ſuperimponendum quod ſcriptum eſt: ita, ut cum cœperit ſiccare, acetum ſuffundendum ſit.

Inepta de lyra. Ad tumorem Talorum, & plantæ. Ad Luxatũ. Ad Ventrem. Ad Hemitriteum.

Ad ſtrophum dicis hæc uerba. Quid iraſceris? quid ſicut canis iactas te? Quid ſicut lepus reſilis? Quieſce inteſtinum, & ſta crocodyle. Ad talorum tumorẽ & plantæ. Pampinum uitis uiridem aqua feruẽti perfunde: quẽ conteres, & ſuperimpoſitum colligabis. Ad luxatum. Pumicem combures, facies cinerem, & cum oleo maceratum, calidum impones. Ad uentris dolorẽ. Minoris altilis pullos, qui ſanguinem habent teris, & potui dabis. Ad febres, uel hemitritęum. Oua frangis recentia, uinũ & oleum roſaceum agitas in ſe, & cataplaſmas uentrẽ ei, qui patitur: ſuperimponis lintheolum, & cum ſiccauerit, aliud imponis.

D

Ad hemitritęum, & ad omnẽ ardorem. Oleum roſaceum, & addis aquam, quã ad focum facies ut ferueat: ſupermittis lini ſemen tritũ bene, ut fiat quaſi cærotum: & in pannũ inducis, & ad media imponis, & curabis. Ad febres. Accipis adipem de anſere, aut certe de porcello, crocum, oleũ roſaceum, & chamęmelinon. Adipes bulliant, & oleũ per lintheolũ colas. Ea omnia in mortario teris, & linis omne corpus ei qui patitur, & de ſabano tergis.

Superſtitioſum. Ad Febres. Ad Somnũ. Ad Auriginem. Ad Panniculum. Ad Siticuloſos.

Vt non infirmeris. Violã cum uideris, digito medio & pollice decerpe florem, & unũ deuorato, deinde alterum, et tertiũ. Quotquot annis hoc feceris, non ægrotabis. Ad febrem diſcutiendam. Nitrum & thus teris, et adĳcies oleum, & uinũ tepidum, & ſic perunges. Ad febrem medullarẽ. Lacertum prendis die Iouis, oculos ei tollis, et in lintheolo ligas per ſingula genua. Ad ſomnũ. Vitem ſuccides, & aquã eius ſuſcipies ad potionẽ, & calidam adſumes cum uino temperatã. Item caput canis comburito, & puluerẽ eius ad caput ponito. Ad auriginem. Herbam ariſtolochiam, & muſcum de tecto, quẽ fumus non tetigerit: in ſe teris, & ſpargis in corpus ipſius: uel puluerẽ ipſum dabis cum uino uetere, ut bibat. Item gith quod naſcitẽ in ſegete, friges, & in teſta teris, & bibere dabis. Ad panniculũ. Meu, & cedriã cũ axungia imponis. Itẽ palas cypreſſi, ſi decoques bene, quaſi cærotũ, & ſemen eius deintus proĳcies: cætera teris, & axungiã ſine ſale in ſe diligẽter panno nigro imponis: aut ſpargit, aut rũpit. Ad ſiticuloſos. Radicẽ ſyriacam da in balneo. Manducet autẽ de aue ſyluatica, & infriget. Ad tinioſos. Oleo de perna uetere facto, illi caluariã linas, tine-

as capitis perfaniat. Item facias ei caluariam, & dc ftercorc bubulo li= A
nias caput tiniofum, etiam capillos reftitues, ut ualetudinem deterges.
Et fi adipc urfino fæpius caput ungas, & mufcarum fanguinc perfrices.
Aeris floris præfcgmina, aluminis fciffi, unc. II. acetum acerrimum. In
quod mittis fquillam, & rutam fyluefrem, & corticem pini interiorem:
his omnibus diligenter contritis, & in unum redactis nudum pei frica=
bis: fimiliter & tertio facies. Et illud quod primum impofueris, fpon=
gia deterges, & iterum fricabis, fimiliter & tertio facies, poft hæc oleo
rofaceo perungas. Item ad eandem ualetudinem, ubi et uulnerati fint,
etiam fi caua fint uulnera, & medicamine replentur, & ad fanitatem
perducuntur. Cerufæ lapides, cortices rorifmarini, fpumam argenti, æ=
quis ponderibus tundis in puluerem delicatum, & ex eo puluere uul=
nera curabis. Etiam omne corpus perfricabis, fic fanus fiet. Ad ignem
facrum. Cafeum mollem, coriandrum teras, & linas. Iterum bitumen
iudaicũ, et acetum bonum in mortario teris, et de penna linas. Si quis
hemorrhoidas patitur, uiridia mora manducet, & ceffat dolor. Item
ftercus bubulum, calido cum aceto mixtum illinas: et fi poft laueris, ite=
rum linas, & fanus efficitur. Vulneribus antiquis, quibus humor affi
duus, medicamẽti impofiti beneficijs obftat: facies hoc. Ex albo oui pul
uerem factum, ulceri imponito ufq; ad fanationem. Ad Furunculũ.
Dactylos, & faponem teris, et pro cataplafmate calefacies, & imponis.
Ad uulnera pedum. Heracleam carpis, folia feptem ficca teris, & in
uafe plumbeo condis: et cum cœperit humor ille curari, puluerem eius
in uulneribus fpargis, et ad pennam fricas, & faluus efficitur. Ad uul=
nera pedum, fi in tibia. Bulbum liliaciũ coques ex aqua donec fiat qua=
fi cærotum. In ollam nouã mittis bulbum, & teris, oleum rofaceum ad=
ijcies, quafi cærotum, et inducis, & ponis ad uulnera ftercus caprinum
arfum, ac cum uino impofitum, quamuis a medicis defperata ulcera per
fanat. Ad folationem membrorum. Olei pernæ elixatæ p°.I. adipis
taurini p°.I. hyffopi fucci fcrupulos.IIII. medullę ceruinę fcrupulos.VI.
femis, olei cyprini p°.I. cęræ uncia fex femis, refinæ albæ p°.I.5. pana=
cis.II. cafei caprini recentis ÷ I. facies cærotum, & perunges loca quæ B
uidentur effe foluta. Ad fomnum. Non dormientem faluabis fic. O=
pij ÷ III. myrrhæ & rutæ, thuris fingulos fextarios, & cęra mixta pa=
ftillos fcrupulares efficias, & pro chalaftico umbilico imponas: tam fo=
mnum præftat, quam etiam uentrem mouet. Serpentes fugantur fuf=
fitu cornu ceruini. Idem facit fandaraca, & galbanum, et adipes capri=
ni. Sane non erunt in ædificio ferpentes, fi abfynthium circa ædificium
* feras, uel artemifiam herbam, uel abrotanum. Si autem uafa calefacta,
in quo putaueris loco fuffoderis, ita ut uaforum labra terræ æques, o=
mnes illuc ferpentes conueniunt. Quos cum inclufEris, & obuius fera=
tis, ne intremueris ad fcorpiones, & cætera fimilia: ijfdem enim reme

Nota ad tineam capitis optima remedia.

Ad Ignem facrum.

Diofcorides mora naturæ aftringẽtis effe, præfertim uiridia fcribit, unde & cœliacis dantur.

Ad Hemorrhoidis.

Ad uulnera antiqua.

Ad Furunculos.

Nota Diofcorid. oĩbus Heracleę fpẽbus, quæ alias fyderitis dicit, uim glutinatoriã tribuit, quare Heracleam hoc loco lego.

Cærotum bonum ad membra foluta.

Somniferum unguentum mirabile.

Ad effugandos Serpẽtes.

Alias, * teras.

C diis pelluntur quibus alia. De pilis oculorum. Euulsus oculo pilus niger, canos nasci non finit, si sanguis eius loco pili euulsi imponatur.

Pili oculorũ.

Ad renum dolorem. Muria renum dolorem tollit.

Ad caliginẽ. Ad caliginem. Fel testudinis melli mixtum caliginem tollit.

Dentes. Ad dentium dolorem. Iuncus appositus dentium dolori subuenit.

Stomachum. Ad stomachum. Vrsi natura, stomachi dolorem curat: & digestionem præstat, si concauitate, qua gracilius est, caput lupi ex auro accipiat, & uascione circa stomachum suspensa collo, lino portetur, ita: ut nec aqua contingat, nec terra ipsam naturam ursi.

Ad conceptionem. Ad conceptum. Gramen corio canis curato, ut oportet, illigatum, steriles concipere facit. Idem efficiunt mercurialis, & uerbena, herbæ quæ tam masculinæ sunt, quam fœmininæ.

Ad dysentericos. • Ad Dysentericos, qui nimium fluxum uentris patiuntur. Semen de lapatho agresti teris, & mundas, & in uino uetere nigro dabis. Quoties(que) assellatus fuerit, totiens postea ex ista confectione dabis. Item cochleam cum testa & carne comburis, & teris, & lentem nostratem et ipsam comburis, & teris, piper simul tritum mittis, & dabis potionem in aqua calida. Ad Dysentericos, uel quibus nimium uenter fluit, ita ut fatigati ad periculum perueniunt, facies, admiraberis.

NOTA. Mora syluatica tempore suo colligis cum suis folijs, et reponis.

D Quo tempore aliquis necessitate retinetur, in cacabum rudem mittis, coques illud diligenter usque ad tertias, & das ei potum, et continuo stringit fluxum sanguinis qui in uentre est. Ad Dysentericos, et qui sanguinem uel muscilaginem assellant. Gallam rubeam, et gummi album alexandrinum, æquis ponderibus tundis, & cernis, et dabis cochleare unum in ouo sorbili. Idem ex herba argemonia facies, ut eius succum uino mixto accipiat. Etiam si aliquis ferro fuerit percussus, cum axungia tunsa curabis. Idem plantagò facit, ut aceto coquatur, si modicum exinde bibit.

Ad Calculũ. Ad calculum, Brassicam siccam, & piperis pondus duplum, utrisque cribraris, & simul mixtis, cochleare plenum das in potione, caræni cochleare pariter. Ad calculos expellendos, etiam infantibus. Vnum calculum porcinum, seminis cauliculi, unci. II. piperis; II. hæc separatim tunduntur, cernuntur: & posteaquam in unum rediguntur, seruantur in dolio uitreo. Cum necesse fuerit, tribus cyathis mixtis calidis, caræni plenum cochleare dabis.

Item calculum quem primum miserit, tolle, & tere, et nescienti in aqua calida dabis bibere. Item semen de herba personaria tere, & dato siue oxymelle, siue in aqua. Ad calculum, & colum. Semen pastinacæ siccæ uentilatum diligenter purga, deinde uigesimam partem piperis optimi in mortario teris, & in dolio uitreo conde, et signa. Ex hoc, si dolorem febrium habet, in aqua calida quantum tres digiti capiunt, ieiuno dabis. Sin uero sine febre fuerit, lauet, & ea die in piscinam non descendat, & in sabano incondito sedeat. In diebus triginta ter hoc ac-

cipiat, omnino nunquam dolebit. Item ſemen Cleomæ: naſcitur A
autem in locis humidis, & ſimilis eſt ſynapi. Cuius ſemen quantum
digitis tribus poteris comprehendere, cum triginta granis piperis in=
mittas in calida aqua, & da: babat ieiunus per plurimos dies.

Eſt aũt Cleoma Helenium ſiue Inula Cãpana. Vel aliud herbæ nomen huic uicinũ, & conforme pronũciatiõi reponat.

Item ſemen cauliculi, cyminum, piper, baccas lauri ſicca, munda
ſine cortice, æquis ponderibus ſingula tunduntur, & in uinum miſcen=
tur: deſuper adijcitur lapis qui in ueſica porcina inuenitur, & ipſe te=
ritur cum ſupradictis ſpeciebus. Confectum ſeruatur in dolio uitreo.
Cum neceſſe fuerit, dabis in tribus cyathis caręni, mixta calida per tri=
duum cochlearia ſingula. Item herbam quæ appellatur græce petro=
corpos: naſcitur in petroſis locis: hanc tundis, & ipſam dabis cum a=
qua bibere ei, qui neceſſitatem ſuſtinet, & expellit lapidem. Huius
autem experimenti gratia, ipſam herbam in ueſica porcina cum lapi=
de, quouis modo liga: maneat illic triduo: & poſt triduum aſpice, &
inuenies uirtute ipſius diſſolutum lapidem.

Experimentum contra calculum.

Item ad calculum, uel qui cum tormento urinam facit. Lotium ca=
præmontanæ bibat, & ſanabitur. Ad calculum & colum. Petroſe=
lini ÷ I. ſaxifragæ ÷ I. iuniperi ÷ I. aſari ÷ I. caſſiæ ÷ I. pyretri ÷ I.
ammoniaci ÷ I. ſquinanti ÷ I. praſſij ÷ I. roriſmarini ÷ I. rutæ ÷ I.
betonicę ÷ II. zinziberis ÷ II. ſamſuci ÷ I. coſti ÷ I. piperis ÷ IIII.
inulæ ÷ II. opij ÷ I. ſpicænardi ÷ I. ameos ÷ I. rheupontici ÷ I. bac=
cæ lauri ÷ I. tritis, & in unum redactis, nudum perfricabis. In loco in B
quo erit, tepidum facies, & illic quod primum impoſueris, ſpongia
detergis, & iterũ fricabis, ſimiliter & tertio facies. Poſt hæc oleo roſæ
perunges. Fabæ fœminæ ſi in coitu mulieris præſtantur, ad ſexum
cui appoſitæ fuerint, iam lectę uirides bonæ ſunt. Nam ſponſæ fœmi=
nalis uis magna eſt, ſiquidem ex paucis infraſcriptis noſcitur. Fabæ flo=
rentis ſummitates lectæ, ac tritæ, & uaſi terreo mandatæ, & poſt no=
naginta dies extractæ, caput infantis pene cruenti oſtendunt. Quod
ſi per ſupraſcriptos dies retexeris, corpus muliebre formatum depre=
hendis. De eruca. Erucæ uiti incluſæ, cum feceris uirides farinas,
ſi diu maneant intactæ, licurcium cum uite formatum oſtendunt.

De lotio. Lotium humectum aqua pluuiali, & madefactum, ita
cuſtoditum, ut non ſiccetur, firmatur in muros.

De ozimo. Ozimum luna prima tritum, & miſſum in ollam no=
uam florebit, permanens uſque ad plenilunium. Quod ſi duplato tem=
pore ſupradicto, condatur in nigra terra, generat ſpiphiones.

Ad coli dolorem. Coli dolorem auertis, ſi caudæ lacertæ ſummita=
tem ipſam, auro clauſam ligaueris circa umbilicum: & ſi reſtem in=
tuleris, in qua ſuſpendio quis finierit uitam.

Ad Coli dolorem.

Ad morbum regium. Regio morbo tentus, aſinum diu & frequen=
ter intuens, medicabitur. Muſtelas a pullis auertit, os de armo aſini ca=

Ad morbum regium.

C ſu inuentum, et in domo, uel in uilla collocatum. Ad ſcabiem equorum. Equo ſcabiem tollit, ſi uituli marini adipe, contra pilũ unxeris, aut anethum cum piculę pari menſura æreo coquas uaſe, et eodem inducas modo. Ad rigorem. Antacotis lapis omnem rigorem ligatus auertit.

Ad oculorum equi dolorem. Suffuſionem oculorũ equi tollis, ſi ſucco hederę, et melle attico inungas. Vt equo pauorem tollas. Equo pauorem tolles, ſi in dexteræ auris ſummitate, caudam caponi uiuo ſublatam, ſuſpenderis. Vt uinum bonum fiat. Vinum inſuaue bonum facies, ſi decimã dulcis aquę addideris, et coquas fortius ad focum, donec ad tertias coquitur. Oleum bonũ & clarum fit, ſi in fundo anethum, & ſalem colloces. Oleum nigrum & ſordidum clarum reddis, ſi nitri libram coctam, carbonibus tunſam, et cretam in uas miſeris. Si autem uis idem iam bonum reddere, oleaſtri folia cõmode tunde, & maſſam libralem in uas mitte. Si autem ſuauiſſimũ uis facere, folia uiridia oleaſtri tunde, & in lintheolum mitte, et per idem lintheolum oleum colato.

Vinum.

Oleum clarum.

Eodem modo iterum oleaſtrũ tunſum macera, et patere dies aliquos permanere, & trajce. Vt putorem oleo tollas. Si oleaſtrum ſine ſemine tunſum, diligẽter uaſi ſubmittas, & in ſole colloces, ut caleſiat, et poſt in aliud uas transferas. Pili ne naſcantur. Corpus pueri, uel puellæ, priuſquam pilos emittant, ouis Ortigarum linito, inperpetuũ nitidum præſtas, ſi ſæpius in locis conſuetis perfrices. Confectio liquaminis. Mororum partẽ unam, duabus uini dulciſſimi permiſce, liquamini bonum ſaporem facies. Confectio paſſi. Hyſſopi faſciculum, mala orbiculata decem in melle coque per triduum igni lento, ita ut tribus horis diurnis ferueat. Ad hemicranium. Hemicranius pauſat, ſi uermes pari numero ſiniſtra manu lecti, et in aceto optimo permixti, eadem manu linantur loco dolenti. Ad alopitias. Muſcarum capita caluis locis capitis illita, ueſtiunt capillis. Item muſcarũ capita combuſta cum melle, alopitias tollunt. Murium etiam ſtercus aceto tritum auxiliatur.

D

Ne pili creſcant.

Ortiges, coturnices ſunt.

Liquamen.

Paſſum.

Ad hemicranium.

Ad Alopitias.

Si aũt uolucris auxilium fortius dare, canis uenã ceruicis ſolue, & acceptũ ſanguine inducis. Item de muſcis ſupraſcriptis inductũ caluo, etiam capillos reſtituet. Ad dentitionem infantium. Catuli dens, ſi ca ſu decidat, dentientibus infantibus auxilium pręſtat. Et equinus dens, ſeu canis, uel uituli auxiliatur. Et ſi muri uiuo licium per acum in ore traijcias, & per inteſtini poſtremam partem adijcias, & filum collo ſuſtendas.

Ad dentitionem.

❡ SEMEN quid ſit, & unde naſcitur.

ALEXANDER amator ueri, appellatus diſcipulus Aſclepiadis, libro primo de ſemine, ſpumam ſanguinis eius eſſentiam dixit, Diogenis placitis conſentiens. Itẽ Eraſiſtratus, et Herophilus, eſſentiam ſeminis dicunt ſanguinẽ. Hoc idem Stoici philoſophi de ma-

Semen quid.

teriali semine senserunt, et demonstrationes alij alias deferentes, quasi in
unũ cõprehensas enarrãt. Primo igitur ut Herophilus ait, abruptio A
corporum hoc testatur, quam græci anotomin uocant. Etenim semina= Herophili rationes.
lium uasculorũ interiora atq; secretius remota sanguinulenta uidentur.
Sequentia uero, siue secunda, plurimum a præscriptis demutata sunt.
inferiora ac proxima seminis colorem habentia: quo probatur, in semi=
nales uias sanguinẽ uenire, sed earum uirtutem albescere, atq; mutatam Semen ex sanguine.
in se ministrans ire qualitatem: sicut etiam in fœminis post partum, si
quid sanguinis nondum fuerit uteri nutrimento consumptum, naturali
meatu suo, in mammas, & earum uirtute albescens, lactis accipit qualita
tem. Secundo, cum illi qui frequentius usu uenereo depurgantur, san=
guinis sustineãt per seminales uias emissionẽ. Siquidẽ celeritatis caussa
essentia sanguinis in seminales uenire nõ sinitur uias. Tertio. Summum
quicquam ex summo fieri necesse est. Summum est autem semen ex o=
mnibus in nobis liquoribus: summus est sanguis. Semen igitur ex san=
guine generatur. Quartum. Quicumque phlebotomati, sustinent post
sanguinis detractionem pallorem, tenuitatem, debilitatem. Hæc etiam
peracta uenere corpora comitantur: siquidem semen ex sanguine fieri
uidetur. Quintum. Semen matrici appositum congelatur: ut decla=
rant temporis abruptiones: quod est signum seminis, atque essentiæ de
sanguine uenientis, & ad suam originem redeuntis, quippe præter sua B
uascula constituri. Sed his omnibus Diocles, sectator Hippocratis,
quem Athenienses iuniorem Hippocratem uocauerunt, assertionibus Dioclis responsio.
respondens, contra primam dixit: quomodo una atque eadem materi=
es descendens per quosdam uiarum meatus uspiam phlegma fiet, uspi=
am fel, id est, cholera rubea, uspiam melancholia, uspiam sanguis.
Fit etiam sanguis semen ex nutrimine, id est, ex cibo & potu, ex quibus
& ipsi quatuor humores nutriunt, & non specialiter sanguinis eius mu=
tatur initium. Alioquin debuit etiam in pueris seminis substantia seruas=
ri, cum materia sanguinis non desit.

Item contra secundam, hoc est, quod frequenti uenere uexati, san=
guinem quidam excludant, dicendum: quod iugi adfricatione aliquæ
interioris coli uię sanguineę uideant. Deniq; illis maxime urinã faci=
entibus, partiũ mordicatio sequitur. Contra tertiam, quod in no=
bis magis summus uideatur spiritus, non ut illi putant sanguis, qui ne=
que per se moueri potest. Contra quartam dicendum, quia phlebo=
tomatis non solum sanguis egeritur, uerumetiam spiritus: & eosdem
non pallor, siue fatigatio, uel cætera sequi uideantur. Hanc igitur
essentiam seminis dixerit fel, aut stercora.

Contra quintam dicendum, quod sępius conceptione declinãte pur=
gationes fiant, et propterea si quid sanguinis in matrice remanserit semi=
ne congeletur. Ipsum denique foras effusum, & non in matricem ueni=

C ens nunc in sanguinis reducitur qualitatẽ, aut congelari potuit in simili tudinẽ sanguinis. Diogenes autẽ Apollonij, essentiam seminis similiter spumam sanguinis dixit libro physico. Etenim spiratione adductus spiritus, sanguinem suspendit: cuius alia pars carne uiuit, alia superans in seminales cadit uias, & semen facit, quod nõ est aliud quã spuma sanguinis spiritu collisi. Aristoteles autem, semen inquit aliud principaliter uocari, aliud participio. Cuius primum semine feruens quidam in liquido spiritus, atq; in complexum uenereum prosiliens, sit cum liquore, qui sit similis igni terreno. est enim corruptiuus. Ille autem qui diurnus atque æthereus est, si quidem fit nutribilis, germinum atq; animalium, clauso feruore seminis in liquido, comparabitur. Participio autem dicunt appellari semen spumam ultimæ digestionis nutrimẽti. Primum etenim consensum cibos in ore accipit: secundum in albo: tertium cum in sanguinem mutatum est. Igitur superantia supradicta non inutilia, ut urina, uel stercora, sed ut illud quod in panificio separant panifices, fermento relicto, alterius panis confectioni profuturo.

Quærunt etiam, qua caussa conferuens atque crassum, post digestionem, aquatum atq; frigidum fiat, cum necesse sit. Attendunt esse ex duobus, hoc est, aut terrenum, aut aquosum.

D Diocles his assertionibus respondens, ait in libro trigesimo octauo. Hippocrates, quem primarium medicorum appellamus, suo testimonio affirmauit de seminis natura: eo quod ex nutrimento, quod græce trophin appellamus, sicuti & omnes humores, ut musculi, nerui, nenæ, & arteriæ, uel reliquorum membrorum, seu cordis, & cerebri, ubi principaliter anima consistit, suum alimentum, uel nutrimentum percipiunt ex cibo & potu: sic itaque & seminales uiæ, quas græce spermaticos sporos appellamus, ex nutrimento replentur, & sic calefacti, incitati a uenere, deriuatio seminis fit. Quę & ipsę uiæ seminales, a cerebro initium alimẽti percipiunt, ad conficiendum animal. Ad hęc consentiens

Diocles in Aristotelem. Diocles ait. Cur Aristotiles definiuit terrenũ, aut aquosum esse semen? Inanem atq; uacuam definitionẽ opposuit. Sed si aquosum, cur feruore nostro crassescit? cum liquida magis frigore post digestionem soluãtur. Etenim terrena feruore solidantur, nec tamen frigore soluuntur. Sed hanc quęstionem differens, ait semen contineri terrenum æque liquoris & spiritus essentia. Efflato autem feruore suo, aquosa remansit qualitas, sed gelatur: siquidem terrenam quoq; habebat substantiam. Album si quidem fit spuma. Deniq; culpandum inquit historiographum Herodotum, et Thesium medicum. Historiographum Herodotum siquidem, quod dixerat semen ethicorum nigrum uideri. Thesium uero medicum, quod elephantorũ semen ita post egestionem solidari dixerit, ut electri similem substantiã sumat: sanguis etiã non paruus, et ita ueniẽs in uentrẽ motus, ut a plerisq; epilepsia minor diceretur. Quo fiet, ut melius

quiſq; dixerit, quod ſit quidẽ alba ſpuma, ſed non ſolida. Lac enĩ quoq; A
eius coloris oſtendit̃, nec tamẽ ilico ſeminis eſſentia, ſeminis deriuatio.
Ad hæc Diocles. Quippe cum ſit omnis ſpuma leuis, atque fiſtu=
loſa, & inanibus capillis uacuata, & facilitate ſciſsibili ſolubilis: ſemen
aũt ut a cunctis proſpicitur, uel intelligitur, eſt graue, tractuoſum, glu=
tinoſum, & non facile ſolubile, neque fiſtuloſum: oſtendo & alia mul=
ta, non eſſe ſemen eſſentiam ſanguinis. Omitto plurima, & a plurimis
animalia ſine ſanguine memorati: utputa, pulpas, ſepias, lollia, oſtrea,
ſpondulos, perneeas, proſacincs, qui ſua uirtute nauim bellificantes,
oppoſito ore, uel mordente immobilem retinent. Nec tamen hæc o=
mnia ſine ſuo ſemine procreari poſſunt: quomodo etiam in uſu uene=
reo ſpuma generari. Perſuadent autem eadenubus membris, cum in
apertionibus corporum, quas anatomas uocamus, paſtus in ſuis uaſ=
culis reperitur. Aſclepiades autem conſentiens, ait eſſentiam, atque
ſeminis uniuerſalis hominum, uel animalium, item principalis cor= Aſclepiades.
puſculi intellectu ſenſam: ſubiectam autem ſibi paſtilitatis eruditatem,
hoc eſt, nouum cibum acceptum, ſiue noua ſubinde nutrimenta. Vult
enim ex crudis fieri reddibitiones: ut accepti cibi diſiecta materies in
corpuſculis minutata, ſeu cocta, & in lacteum humorem mutata, o=
mnes per corporis partes, ac particulas diſcurrat: atque ita in nares ue= B
niens, mucilentum faciat liquorem, in ueſicula iecoris. Fel non aliter eti=
am in ſeminales uias cadens, ea cum naturali uirtute, ſiue fabricatio=
ne ſemen fieri, ut beatiſſimus Hippocrates affirmat.
Lapidem dicit Hippocrates in ueſica generari ſuperatione feruoris,
cum attracta, ſeu deſcendentia urinæ terrore in ueſica reſident, ex fer= Cauſa Lapidis.
uoris denſitate nimio perfuſa liquore, ſeu calore: ſicut inquit uidemus
fieri etiam in fictilibus uaſculis, quæ humecta admixto liquore mol=
liore fornacibus ingeruntur: tunc deſiccata feruore, in lapideam ſoli=
ditatem ueniunt. Quæ & ipſa ueſica uelut uentoſa ab artifice poſita,
ad ſe humorem attrahit, & ex omni regione corporis ad orificium e=
ius decurrit, & ſicut humor tenetur a lacte ſecernitur: ſic itaque urina
a cibo iam cocta, atque in ſanguineum colorem mutata, uel lactane=
um ſecernitur, effluens ad inferiorem locum, in corpore ad id prædiſ
poſitam ueſicã, per uritidos poros ſuſcipiens in ſe urinã uiridis coloris.
Quæ & ipſa ueſica habet ſuper ſe duos renulos neruoſos, non ad ſuſ=
cipiendam urinam, ſed ad reſpirationem, uel uaporatinem.
Lacte autem fieri, uel nutriri dictum eſt ex nutrimento: quod ſi
quid fuerit craſſius, ac pinguius, exprimit, uel excludit uteri per an=
guſtias, aut meatum: quo expreſſo, & in humecta ueniente, pin=
guicies egeratur, in mammarum, aut fiſtuloſas uias ueniens, lactis ac=
cipiat qualitatem.
Pubertatem & barbam naſci eodem tempore laxamento cutis, quod

C laxamentum fiet emissione seminis: ante enim fieri non potest. Nunc igitur naturę nutrimentum per laxatas uias corporis exiens, aëris frigido tactu nimia densitate cōactum, in capillos uenit. Denique eunuchi barbire non possunt: quia semen non emittunt. Denique & infantes nati minime ambulare possunt, ut reliqua animalia: quæ mox ut nata fuerint, ambulant, infantes uero minime: ob hoc. Quia omnis calor in capite est constitutus. Omnes uiri artus phlegmatico humore sunt corroborati: eaque ratione neque nerui, seu musculi suum officium rite adimplere possunt, nisi ex cibo & potu incitatus fuerit calor, qui in superioribus locis est constitutus, id est, in cerebro, qui durinando omnē corporis regionem calefacit, atque soluit. Neque mulieres barbire possunt. quanquam etenim semen emittere uideantur, non tamen ita emissionis tempore ut uiri mouentur, quo possit cutis fieri laxamentum. Hinc igitur delicatiora & frigidiora sunt mulierum, siue eunuchorum corpora: & non osculatæ, neque minime incitatæ si fuerint, aut concussæ a puerili semine, ante hoc tempus semen emittere non possunt, ut uiri in fine uiæ: neque in his necessario prohibetur usque ad superficiem corporis exire nutrimentum, & propterea supradicta loca

D capillis deseruntur. Hic de septem annorum caussa nascendi conijcit compendiosam fœtus perfectionem fieri, quotiens summo temperamento primordiorum, cōfectum semen in matricem uenerit. Ipsa quoque similiter temperat etiam nutrimenta minime insidiosa. Etenim in nono mense, magis partum fieri, perfectionis est caussa. Quæ cum forte septimo fuerit mense commota, raro quidem, sed rationabiliter fiet. Octauo tamen mense non facile nutribiles sunt, non est amilicatus fœtus, pro ratione ponderis. Septimo mense, ad inferiora loca descendit ex superioribus spacijs. Dehinc si fuerit perfectus, rumpens membranas, nutribiliter excluditur. Hinc quassat membranas, & totam matricem, qua ex quassatione generatur tumor. Rumpere autē cum non potuerit supradictas membranas ac matricem, siquidem nondum conueniens habet pondus, ac perfectam fortitudinem, necessario permanens uenit in octauo mense, & laborem facit prægnanti, donec tumor quassatione gemens resoluatur. Qua desinente, nonus mensis rursum uenit.

Leuior caussa est aūt partus secundum Hippocratem uteri perfectio, ex qua fiet nutrimenti inopia, & eruptio membranarum. Quamdiu enim paruus fuerit fœtus, sufficiens carpit ex matre nutrimētum. Cum autem ad perfectam uenerit magnitudinem, plurimo necessario indigebit, quam ualet grauida subrogare. Tunc incommodis affectus est nutrimenti. Ad quod acrius commotus, rumpit membranas: & celeritate eruptionis prominet. Fit etiam umbilici marcor, cum iam non poterit ualere nutrimenta ministrare.

Tempore autem instante concipi, atque collocari manifestum est,

septidomum uero septem spacijs contineri, septimo mense dentes nasci, aliquibus nono: septimo anno infanti dentes cadere: bis septenis pubescere & nucleantib. mãmillis semẽ generare: ter septenis & uno anno barbam maturare, septidomis ægros periclitare. Quid minus? Septem stellis omnia ministrari sic infantem in utero ferri atque componi, cursum Solis & Lunę duodecadion terminare. Est autem numerus septies multiplicatus. Ita partum consummari. Sed figuram hominis infans accipit primo quadragesimo aliquando: aliquando & trigesimo die, sicut ait Hippocrates in libro quadragesimo nono de infantis natura. Et uidi quandã mulierem in partibus Gazæ, triginta dierum abortum fecisse masculum, cuius omnia membra ex integro confirmata conspexi, Nam & cor ipsius quasi granum papaueris magnitudine existimaui. A

Quãdo in utero formetur homo.

Hos autẽ numeros, ut partus edatur, septies multiplicare oportet: ita ut quicunq; die trigesimo in utero materno figuram hominis accipit, septimo mense nascatur: hos dies septies multiplicabis, & efficiuntur dies CCX. qui fiunt menses septem. Qui autẽ quadragesimo die figuram hominis accæperit, nono mense intrante, decimo die nascitur. Septies multiplicabis dies, efficiuntur. CCLXXX. qui fiunt menses nouem. Itaq; die decimo, ut diximus, septimo, aut decimo mense, qui nascuntur, uitales erunt. Manifestum est, infantem in utero temporibus firmari. Quomodo? Intendite. Primo mense iactus seminis nostri in utero materno congregatur in umbilicum, in hoc est congregatio. Secundo mense expressio est corporis. Tertio mense, quia priore formatum est corpus, ei tribuitur anima. Quarto mense ungues accipit, & capillos ducit, et motum facit infans in utero materno. Adeo quarto mense prægnantes nascuntur. Quinto mense facit caracterem patris eius, aut matris, aut adulterium demonstrat. Sexto mẽse adijcit neruorum confirmationẽ. Septimo mense medulla consolidatur. Octauo mense ossa durantur. Nono mense maturatũ mouet infantem effectus naturæ rerum beneficijs. Decimo mense de tenebris ad lucem exit, tardę ætatis ingressu maturatus, & proficiens. B

Infantis crementum.

Igitur Cor aliquando cũ ex pulmone impletur, si quid per superficiem cutis uenerit, recusat, atq; recludit: aliquando cum pulmo deficiens cordi nõ dederit, si quidem eo tempore cum accipiendum officium uisitatur superioribus haustibus, tunc rursus corpus ex toto corde sumit aërem sibi cõsuetum, atq; ita respirationis perficit officium, differenti tempore inducens frigus, semper corpori necessariũ. Sic enim supradicto exemplo ignei splendoris, seu radij, ex partibus loci in corde constituti, in quo anima consistit, usque ad omnes fines corporis istis superuenerit, & consensus in illis partibus fiet, in quibus etiam irruentia perficiuntur. Sed speciales quoque, uel quæ in ipsis geruntur, expones, aut unam esse ex corde ad quam eandem uirtutem sensificant, quæ ad animã transmittet, sed pro uiarum diuersitate fieri differentem.

Animę sedes.

C Cum enim inquit, uiuus suis uisalibus fuerit constitutus, uisus perficitur: cum in audibilibus, auditus: cum in odorantibus, odor: cũ in linguæ partibus, sapor: cum in toto corpore, tactus. Sicut enim una atq; eadem cibi materia prouidentia uiarum nutrimenta ministrans, nunc neruos, uel arterias, nunc uenas, aut ossa, uel musculos transit, non aliter sensificat uirtus animæ secundum accipientium uiarum differētiam. Si per omne inquã corpus mundæ essent uiæ, ut in oculis sunt constitutæ, per totum corpus forsitan uideremus. Nunc autē, quia secundum uiarũ differentiam hoc fieri non potest, recte uisum inquit, hoc genere celebrarit cum ex corde sensifica uirtus limpida, atq; splendens, ad oculos prouenit, infusa per humorē uitreum, quē Græci hialoiden uocant. Exinde rursum redit ad sphæram, hoc est, oculi ultimã interius tunicam, quam Græci cristalloidem uocant, seu phacoidem, aut disaidem: tunc tenuans atq; splendificans sphęram, ad eius centrum ac mediam partē, quam appellamus phacoidem, confugit. Exinde ad pupillã omnis concidens, celerrimo lapsu per eius raritates accipit casum, tanq; ex suffecto secundum sphæram a uertice, ad tenuem pupillæ uiam conductum: atq; ita irruens uisibilibus rebus, hoc est, quas uidemus, earum facit apprehensionem.

D Sicut inquit ignis uicina corpora exurit, distantia calefacit, remota illuminat: longius autem constituta neq; urit, neq; calefacit, neq; illuminat, dissoluta omnino seu perdita uirtute: sic etiã anima in cordis altitudine habens rationabilē uirtutem, quam tendit usq; ad corporis fines, omnes sensus perficit: sed ab his decidens, in aërem eundē euanescēs, in alios sensus scinditur: neq; iam seruans sensificam uirtutē, dehinc quod in uisu sensifica uirtus per multa uenit corporis mēbra, ex angustijs ad mundas uias, & propterea pura atq; illibata peruenit, & splendens, pro prio uigore seruato. Accedit etiam, quod secum plurimũ luminis ex anima trahat ex corde perfecto, in similitudinem radij per uisificas uias irruat, et ab hoc corpore in aërem cadens, longo itinere non intereat. Ad alios uero sensus uirtutes uenientes, per apertiores feruntur uias, ad plurimum spiritali ac ualida materia circumseptas, quorum admixtione obscurantur: ob hoc mox corpore in aërem ueniente intereunt, plurimo sibi aëre permixto.

Comparatio aptissima.

¶ De LINGVAE natura.

ETENIM Linguam fine suo naturali esse constituit: dehinc mollem, atq; laxiorem: siquidem gustãdi capacem. Sed sinu suo fabricatã: ne traducta ab aliquo qui in se esset succo & rarefaceret, & iudicium eorum qui extrinsecus irruerint, subuerteret. Mollem autem factam, quo facilius, seu celerius per eam sensifica uirtus currens gustata apprehenderet. Laxioris uero naturæ atque raram, quo celerius præuenta transuoratione eorum quæ sumuntur iudicium fieret.

De CEREBRI natura.

ITEM CEREBRVM sine odore esse constituit, atquè sine A
sono: siquidèm in ipso sit apprehensio odorandi, atquè tangendi,
seu audiendi. Sed sine odore inquit quid posit? nunc uerò à supradi-
cto officio ad suum odorem atquè nuncians abiret. Irruentium iudici-
um autem sine sono, ut silentio capitis uoces acciperet ac probaret. De
quo etiam testam natura iugem, omni ex parte circumdatam confecit:
ut sumpta sensuali uirtute, facilè iudicium fiat ad irruentem uocem.

De VOCIS natura.

VOX NASCITVR ex totius corporis spiritu, uel pulmo-
num, qui sunt in modum follis ferrarij, in dando, & accipien-
do spiritum uenientem & pereuntem in capite, & resonantem: & sic uo-
cis densitas ab uniuersis auditur. Sic deniquè nocte uoces, densitate aë-
ris perseuerantes, longius & à longè constitutis audiuntur, perdurante
aëris laxioris caussa. Dissipatæ, etiam proximorum
difficilius audibiles fiunt.

De TACTV.

TACTVM autem esse inquit sensum capientē. Sed si lenia fu-
erint, atquè ęqualia, & tenuissima, exterius, siue interius irruen-
tia, corporum suauitatem facere: si autem aspera & concissa, dolorem. B

De PVRGATIONE Fœminarum.

FIERI autem purgationem fœminis ait. Siquidèm concaua, at-
què inanis, & feruens, & uenosa sit matrix: ut ad inanitatem hu-
mecta ueniens, materiæ ingerat feruorem. Venas quoquè naturaliter
materiosas corrigit: ut post implementum uasculorum, osculatione in-
terius facta, sanguis excludatur. Vt autem per singulos menses hoc fiat,
caussa inquit extat: quòd tales sint uiæ, siue pori, ut mense replean-
tur, & post implementum rursum osculatio fiat, ac deinde purgatio se-
quatur. Quæ adhuc nouellis ætatibus fieri non potest, nequè declinan-
tibus. Siquidèm in nouellis nondum sint uiæ dilatatę atquè capaces ma-
teriæ plurimæ. Item in declinantibus, siquidèm conciderint: uia etiam
frigida atquè torpens. Naturaliter autem suspicatur, ma-
trici compati mammas.

De SEMINE.

ITEM MASCVLOrum semen suam habere naturam, ut ossa,
uel neruos, aut carnem, & his similia, & non ex alienigenis fieri.
Ostendit enim ad generandum mense nono, uel iam fœminam conue-
nire. Seminis autem iactum ait, nō nisi solùm iaculando fieri. Non enim
sufficit hoc intantum penetrare, ut fundum matricis teneat, sed ipsum

C quoquè iactum feminis,siue excussum rapere ad se adducendo,atque suę inanitati concedere: ut iaculum piscaturus: & ut medicinalis cucurbita apposita,carnes ad se adducit,adiuuāte feruore: uelut lucerna & flamma oleum ducit ad se. Dehinc forsitan etiam,ut delectatione cōceptio fiat siccitas,rapit eam. Quod etiam ad pœnitentiam quandam seminis afficiantur fœminæ,probatur ex eo: quod ante coitum agantur stimulis.

Partuum diuersitas. Sic deniquè si prior fœminini seminis cursus in uasculis concidat, masculi ex eo nascuntur,superueniēte simili semine. Si uerò antecesserit uirile semen, & in uasculis ceciderit, prius superueniente fœmineo semine, fœminæ nascuntur. Hinc est rationi humanæ consentaneū,quod uirili semine puellæ nascantur: ex fœmineo semine, pueri nascantur. Si ita què utrorumquè semen permixtum, obuiando sibi in uasculorum cauitatem ceciderit, hos uiragines appellamus. Exinde prudentes atquè pulchri nascuntur,ex uno consensu,nihil in se retinētes iracundiæ. Deniquè si ex uno consensu permixtio seminis non fuerit, sed uacanti animo incitatum fuerit,seu in uasculis ceciderit, debiles atque sine intellectu nascuntur: eo quod ipsum semen minutū moueatur, non ut pingue rationabiliter,sed aut cholericum,aut aquosum,aut cœnosum, aut corruptum,sæpius muti,aut surdi,aut rari: eo quod non sit integrum semen,

D nec tempore competenti. Geminorum genus nos dicimus: eo quod in orificium uuluæ duo aditus abire noscuntur: ubi si uicissim, uel si diuisum in duas uel tres partes semen in uasculorum capita ceciderit, gemini,uel trigemini nascuntur. Ictericum inquit fieri, quod turgescente iecore,seu tumente uesicula,quam fel appellamus, debilitationem superatione nutrimenti caussetur,& non potest ad digestorias uias, seu rationales peruenire: unde fit totius corporis obduratio, stomachi, epatis, splenis, atquè pulmonum,siue intestini cæci. Et propterea prohibetur fel ad uasculum permeare,quod græcè holedon uocamus: & ita agitata siue perfusa corpora,aut uiridescere, atquè deformes & pallentes cutes facere. Somnos inquit fieri,animæ atquè corporis indulgentia,id est, sedato feruore, qui insomnietatem facit, qui calefacit & deficcat metuscas cerebri. Temperatis & humectis itaquè metucis, dulcis somnus corpora reformat. Bolinū inquit fieri ex ariditate & siccitate totius corporis,& obstrusis ujs ex melancholia,quæ est tardior ad curandum,ex quibus ujs fames,siue appetentia ciborum fiet.

Dysenteriam inquit fieri, uel lienteriam, nimietate frigoris, ac liquidorum humorum,quam græcè dacchodes uocamus: quæ descendendo & exurēdo intestina dysenterias,uel lienterias facit, ex defluenti carne uenientium atquè uentre ruentium,quę nutrimentis admixta, seu cibis sumptis, corruptione sua nequè sursum carnis uias accipere sinat nutrimentum, aut corpori propiare. Cordapson autem & ileon fieri humore generato dixit in ore coli argillosorum, liquidorum humorum obstru-

ſtruſione: ſed cordapſon inferiore oſculo fieri dixit, quod eſt oppoſi-
tum, uel ſpectans inteſtinum, cui nomen eſt arcon. ſiquidèm neq; ſter- A
cora in ipſum, neq; uentus irruat, nequè clıſteris iniectio accipiatur,
omnibus concidentibus & obſtantibus iniectionali. Auliſculeon uerò
in ſuperiori oſculo fieri, quo liquor tenue dequè expectat inteſtinum,
& inflationem, ſeu uentos, & ſtercora aliquando irruentia accipiat, &
diſterem quoquè: ſiquidèm inferius oſculum non ſit obſtruſum, ſed
non liberũ tranſitum ad ileon fieri, concepto ſeu retento ſpiritus iaculo,
& prohibente nutrimenti naturalem meatũ. Hoc ſæpius contingct inci
pientibus, & qui cauſſas non intelligunt, aut per uerecundiam, ſeu po-
tentem perſonam. ſicut in clepshydris, cùm acceptus ſpiritus prohibet
tranſitum liquidorum humorum, ſeu ſurſum exuſto atquè congluti-
nato nutrimento, tranſitus inteſtini atquè eius fieri receſſus non ſina-
tur: uel duratis inteſtinis, nimia ui ſpiritus, ita ut prohibea-
tur irruere nutrimentum.

❡ Quomodo ESCA, uel POTVS per omne Corpus diſtribuuntur.

TRIA INQVIT officia, atquè diſcretiones in corpore nu- Digeſtiones tres.
trimentum ſuſtinere. Quorum primum in uentre mixtum conſtituit,
calefacto atquè decocto, ſecundùm in uenis, tertium in particulis: quia
pro membrorum diſpoſitione ſupradicta accipiunt. Sed ex primo offi- B
cio atquè diſcretione ſi quid inutile fuerit, in ſtercora per inteſtina de- Stereus.
uenire. Ex ſecundo autem, quod uenis perficitur, ſuperfluum in uri- Vrina.
nam tranſire, atquè in ueſicam decurrere: quæ ſub uentoſali artifice po-
ſita, ad ſe humorem attrahit, uel ex omni parte ad orificium eius decur-
rit, ſicut humor tenuatus à lacte diſcernitur. Item ex tertio officio, quod Sudor.
in partibus poſuimus, quæ in ſe ſupradicta ſuſcipiunt nutrimenta, ſi
qua ſuperflua fuerint, tanquàm aliena per ſudorem egerint. Tribus er-
gò, ut ſupra diximus officijs ac diſcretionibus, non rectè conſtitutis,
non digeri cibos, & in alborem inquit uerti, putredinem, ſeu fermento-
ſam ſumere qualitatem: quam zimoſin appellauit: quod & ante ipſum
cæteri probauerunt: & in exaltationem tranſire, ſeu mutari, ut nequè
adduci ſpiritus, nequè humoris eſſe uidcatur, ſed inter utramquè natu-
ram, neutrum probetur. Horum igitur utrumq; cuſtodiens anima, ex-
ternum frigus inducit, hoc eſt, aëre partitum eſt. Huncquè adduci non Spiritus
ſolùm per nares, uerùm etiam per totum corpus, officio commutato. aëris.
Quando enim per nares inferius adducitur, per fauces ad pulmonem
fertur: exinde pars cordi, pars thoraci tranſmittitur: tunc impletis lo-
cis, inductus aër per uias totius corporis, denuò totus regeritur. Quan-
do autem ex pulmone, atquè corde, & uentre redditur, rurſum per fau-
ces reciprocus fertur ad narium atquè oris uias: tunc uia ſeruata, rur-

C ſum per totam corporis ſuperficiem inducitur per eiuſmodi, qua per ſu pradictas uias exierit. Sic etiam per podicem, atque inteſtina, ac uentrem, quòd etiam per totam corporis ſuperficiem, ſeu cutem reſpiratio fiat, manifeſtum eſt ex eo: quòd cùm medicaminũ atque unguentorum uirtutes uſque ad altiora uiſcera perueniant, neceſſario materię tenduntur, & oppreſsione uentris perurgentur. Etenim per ſuperficiem, ſeu cutem corporis, & rationabiles uias, id eſt, digeſtorias, inuiſibili diſpendio in ſumptione facta, ſequitur ut inanitas non ualeat ſubſtantiam retinere, id eſt, cibum, uel potum: cùm ſemper irruenti materiæ cædit: atque ita opprimente uentre, nutrimenta partis uniuerſo corpori traduntur. Sic itaque compreſſo ſtomacho, idem domino corporis eſcas quas ſuſcepit, crudas atque acidas ſeu limoſas ad ſuperiora reiactat, atque euomit, imò pel'ente feruore. Anedum inquit fieri, quem nos redibitionem uocamus, cum per inane in obſtruſione uenæ, quæ ex corde ſumit initium, ſeu pulmonem, cùm cogitur tranſgredi per eam à corde, reciprocus ad materiam quæ ſpiritum ſpargit, per omnem corporis regionem: & ob hoc non ſinens ſpiritum recto ac ſolito curſu moueri, uſque ad corporis finem, ſequitur ut turbatus mentem commoueat, & caſum corporis

Cauſſa epilepſiæ. faciat, atque adductiones & raptus diuerſos. Aut ſi fortè omnia quæ in nobis liquida, ſeu argilloſa, & craſsiora, & feruentia ſunt, hæc fuerint obſtruſa, ſecundùm eos meatus, quibus et reſpiratio credita ſequeretur.

D Certante autem inquit interiore ſpiritu, ſeu feruore cum feſtinatiõe exeundi, & obuiante frigore feſtinationi intrandi, turbari mentem, & ſpirationc retentatos artus fieri, ſeu caſum, ſeu malefactionem, uel clypſim animæ, uſque dùm calor ex altioribus locis mutatus, ſeu abductus, obduratas, uel clauſas uias ſubnlitate caloris interrũpẽdo puias faciat, qua ſanguis uel ſpiritus conſuetudinariũ ſibi iter conſequatur. Hinc fit epilepſia, compatiente ſibi bulimi paſſionem, quæ fit ex ariditate & ſiccitate totius corporis ab anno trigeſimo uſque ad quinquageſimum. His frequenter ego carpiſion epithimo permixto, ſeu ſamſuco, uel abrotano, ſeu carui ſemen cum aſaro, in hyſſopi aqua decocto, ieiuno bibendum dedi, & ad meliora prouocaui. Opium cyrenaicum ad odorãdum naribus oppoſuimus. In locis refrigeratis, benè olentibus repauſandi locum accipiant, ſeu ubi flores herbarum diſperſi fuerint. Ab inquietudi-

Sternutatio ne uociferantium cuſtodiendi erunt. Sternutatione reflationem inquit fieri limoris in cerebro conſtituti, cadentis per nares. Simili modo etiam aurium tinnitum, ſuperantibus liquidis in capite ac reflatis, decidente ſpiritu. Hinc ſæpè etiam aurium dolorem naſci, uel ex conceptu ſpiritu & aſſumptione, atque erumpente & extendente partes. Item fluentis humoris acrioris cauſſa per auditorias cauernas, exulceratis finibus, tranſeunte humore in loca uulnerato.

Oſcitatio. Oſcitationes item fieri, cõaceruati ſpiritus atque erumpentis cauſſa, &

illati, per solitas uias decurrentis, mouente spiritu à parte, siue extra cor-
dis pulsum. Ob hoc cum lachrymarũ fluore ad superiora fertur. Te-
tanici uerò fiunt in statione sanguinis arteriæ, qui ex corde fertur fieri. A.

Spasmum opostotonum fieri inquit, spiritus concæptione, siue sum- Spasmus.
ptione interius secundùm spinam constitutĩ, & qui uenarum inferio-
res regat partes. Quando enim inquit, concæptus spiritus in exitum cœ-
pent perurgeri, nec tamen ualuerit exire, angustiarum caussa irruens, ue-
narum summotationibus, totius corporis, atq; totis ceu sumptus alis, uię
otdusionem, atq; attractionem neruorum, musculorum quoquè facit.

Peripleumoniam uerò inquit fieri, astante sanguinis plenitudine, aut Peripleu-
nimio tumore facto, quæ polmonem penetrant, unde & respiratio im- monia.
peditur oppresione pulmonis, & densatio in uasculis, hoc est, uenis:
item aliam obstrusionem spiritus generari, aliam liquoris acrioris incer-
ti, & transitum uiarum non habentis.

Similiter & Pleureticæ pasionis duplicem dedit substantiam. Icteri-
cum inquit fieri, qui apud nos auriginosus, seu arcuatus uocatur: nam
uulgus morbũ regium uocant. Fit obstruso meatu, qui ad uentrem du- Morbus
cit ex eo, qui ad fellis folliculum tendit. Suspicatur enim, si quid in san- regius.
guine fuerit acrius factum, hoc per spirationem tenuem, ad iecoris ferri
uesicam, quam fel appellamus: atq; ex ipsa exuberatione facta, aliud ad
uesicam, aliud ad oculos, aliud ad superficiem totius corporis effundi, B
fortificandi corporis caussa, seu per uim naturalem pergere: quo extra
corpora atquè debilia, ex hac materia admonitionem atq; deformatio-
nem, & fellis egestionem atq; exuberationem in se suscipiant:

Singultum uerò inquit fieri, spiritus accæpto in quasdam uocales ui- Singultus.
as, & decidente paulatim in uasculis, ubi frigidus liquor repositus est.
sicut ex aqua uidemus uesiculas surgentes, descendente pluuia, atquè
stillicidio. Hydropem inquit fieri sanguinis corruptione per frigi- Hydrops.
dum torporem. Feruore enim, naturale nutrimentum in sanguinem co-
gi æstimat: quo extincto, per morborum tarditatem supradicta materia
inaquetur, destinata in sanguinis uentris substantiam: ac deinde in loca
uenarum, quæ periton membranæ, & intestinis intericcta sunt, & diffu-
so liquore obstrudẽtem hydropem nasci siue perfici ad tumorem totius
corporis. ℂ Diuisam esse dicimus medicinam in partes quatuor. Re- Partitio toti-
gularem, quam Dietam uocamus. Manuum officium, quod Chirurgi- us Medici-
am uocamus. Medicamen, quod Pharmaciam uocamus. Prænoscenti- næ.
am, quã Prognosin dicimus. Corpus aũt nostrũ ex tredecim commi-
xtionibus cõstat: neruis, uenis, renibus alternis, pinguetudine, ossibus,
unguibus, cartilagine, capillis, succo, sanguine, medullis, membranis.

Animę regimen in corde consistit, quæ per subtilitatem spiritus semi-
nata est per omnem corporis retentionem.

Digestionem inquit feruore fieri, & separatas esse corporis materias, Digestio.

C ſanguinem in uenis contineri, ſpiritum in arterijs.

Sed pulmonem eſſe ueluti cellarium, ſpiritus ad arterias mittendi, ſeu replendi omnem corporis regionem, ex quo ſpiritu omnes noſtri arcus commoueantur. Phreneticam paſsionem inquit fieri, tumore in corde ſuffecto, & ſuffocato ſanguine, ſeu calore conſuetudinario, ex quo cerebrum ſenſum & intellectum præbet. Aliud eſt enim, quod intelligitur, aliud quod ſentitur.

Cerebra duo. Sic itaquè duo cerebra ſunt in capite conſtituta. Vnum, quod intellectum dat. Aliud, quod ſenſum præbet: idq́ quod in dextra parte iacet, ab eo ſentitur: à ſiniſtro uerò intelligitur: ob hoc ſub ea parte ſubiacente corde, & ſemper uigilante, audiente, & intelligente: quia & aures habet ad audiendum. Quod

Præcordia. & Præcordia habet uentris, id eſt, recæptacula ſanguinis, & ſpiritus ſingulis in partibus ſecundùm aures, nunc ex ue-

D nis promere ſanguinem, nunc ex arterijs ſpiritum.

Nam arteria multum habet ſpiritum, & modicum ſanguinem. Vena autem multum ſanguinem, & modicum ſpiritum.

¶ OCT. HORATIANI ad Filium EVSEBIVM Quarti LIB. Finis.

In Octauium Horatianum
INDEX.

PRAEFA
TIO.



N CREATIONE Hominis de terra, alia
terra sumpta est, quæ homo est: et omnia elementa
ei seruiebant. quia uiuere eum sentiebant, & obui=
am omnibus conuersationibus eius cum illo operabantur, et ipse cum il=
lis. Et terra dabat uiriditatem suam secundum genus, & naturam, & mo=
res, & omnem circuitionem hominis. Terra enim cum utilibus herbis,
ostendit circumitionem spiritalium morũ hominis, eos discernendo: sed
in inutilibus herbis, demonstrat inutiles & diabolicos mores eius. Quæ=
dam enim herbæ sunt, quæ cum quibusdam cibis coquuntur: & hæ ho= Applicatio hominis ad creaturas.
minem uelocem ad pastum faciunt: & leues sunt. quia hominem non
multũ grauem faciunt: & istæ carni hominis assimulantur. Et succus po=
miferum arborum incoctus, & noctuus est: sed coctus, leuis: & compa=
ratur sanguini hominis. Infructifera autem ligna, quæ non generant, li=
gna sunt, & non arbores, sed tantum folia habent, quæ homini ad come=
dendum inutilia sunt: ita, ut si quis illa comederet, ei nõ multum prodes=
sent, etiamsi eum non multum læderent: & tabi hominis comparantur. Il= B
lud uero quod in arboribus & in lignis est, unde funes fiunt, uenis ho=
minum assimilatur. Lapides etiam terræ, ossibus hominis comparantur:
& humiditas lapidum, medullæ ossium. quia lapis cum humiditate hac,
calorem etiam habet. Sed lapides cum quibus tecta teguntur, unguibus
hominis in manibus, & in pedibus assimilant. Et quædam herbæ aëriæ
sunt, ita quod de aëre crescunt: et hæ etiam ad digestionem hominis leues
sunt, & lętæ naturæ: ita, ut hominem qui eas cõmederit lętum faciant, cri
nibus hominis assimilantur. quia ipsi leues sunt & aëriꝗ. Et aliæ quędam
herbæ uentosæ sunt, ita quod de uento crescunt: & etiam siccæ sunt, &
graues ad digestionem hominis, et tristis naturæ, ita, ut hominem qui eas
comedit, tristem faciant: hæ sudori hominis assimilantur. Succus autem
inutilium herbarum quæ comedi non possunt, uenenosus est. quoniam
ipsę ad cibum hominis mortiferæ sunt: hæ digestioni hominis compa=
rantur. Et terra sudorem, humorem, atque succum habet. Sudor enim inu
tiles herbas profert. Humor eius utiles, quæ comedi possunt, & quæ ad Terræ Sudor, Humor Succus.
alios usus hominum ualent. Succus autẽ uindemiam, & germinantes ar
bores producit. Sed herbę quæ per laborem hominis seminantur, uelut
domestica animalia, quæ homo in domo sua cum sollicitudine enutrit,
per laborem illum quo ab homine exarantur et seminantur, acerbitatem
et amaritudinem amittunt, ita ut humiditas eorundem succorum, quali=
tatem succi hominis tangat, & quod modo cibis & potibus bonæ & uti=
les sunt, Herbæ autem quæ cadente semine suo, absque labore hominis

C crescunt, & repente ac festinanter ut indomitę bestiae surgunt, contrariae sunt homini ad comedendum. quia homo lactendo, comedendo, & temperato tempore nutritur: quod in herbis istis non fit: sed tamen noxios et infirmos humores in hominibus quaedam earum in medicina compescunt. Omnis autem herba aut calida, aut frigida est: & sic crescit. quia calor herbarum animam, & frigus corpus significat: & in his secundum genus suum uigent, cum aut in calore, aut in frigore habundant. Si enim herbae omnes calidę essent, & nullę frigidae, contrarietatem utentibus facerent: si autem omnes frigidae, & nullae calidae essent, item inaequalitatē hominibus pararent. quia calidae frigori, & frigidae calori hominis resistunt. Et quaedam herbę uirtutem fortissimarum aromatum, et austeritatem amarissimarum in se habent: unde et plurima mala cōpescunt. quoniam maligni spiritus has fugiunt, & in indignatione habent. Sed & quaedam herbae sunt, quae uelut speciem elementorum in se habent. & in quibus homines decepti, fortunam suam quaerere conantur: et has diabolus amat, et se his admiscet.

¶ Partitur autem PHYSICA haec S. Hildegardis in Quatuor Libros.

PRIMVS, continet Elementorum, Fluminumque aliquot Germaniae, Metallorum item naturas & operationes.

SECVNDVS, naturas & effectus Leguminum, Fructuum, & Herbarum.

TERTIVS, Arborum, & Arbustorum.

QVARTVS, Piscium, Volatilium, & Animantium terrae.

PHYSICAE S. HILDEGARDIS LIB. I. CONTINENS ELEMENTOrum, Fluminnm aliquot Germaniæ, Metallorumq; naturas & effectus.

DE AERE. CAP. I.



ER SPIRAMEN EST, QVOD IN RORE humorẽ germinantibus infundit, ita quod oĩa uirescunt, & quod per flatũ flores educit, & quod per calorem omnia ad maturitatem confirmat. Aer autem qui proximus dispositioni lunæ & stellarum est, sidera humectat, uelut terrenus aer terram, & animalia irrationabilia, & sensibilia secundum naturam ipsorum uiuificat et mouet: nec ideo in se minoratur: sed cum eadem animalia moriuntur, idem aer ad pristinum statum suum reuertitur, nec inde in se augmentatur, sed manet ut prius fuit. Aer autem terrenus qui terram humectat, arbores ac herbas uirescere, crescere, ac moueri facit: nec cum in multis est, in se deficit: nec ipsis abscisis, aut euulsis, cum eis inciditur, aut in se deficit, sed in statu suo ut ante permanet. Cum in uere ad æstatem surgit, & cum etiam ad hyemem inclinatur, aer tunc est quasi torpescat, uelut uinum quod iam in uiribus suis deficit: & tũc idem aer quandam albuginem emittit, quæ quasi uolutando super terram cadit. Homo autem de ea albugine accipiat quantum potuerit: & si alicui homini aut albugo, seu hebetudo in oculo iam crescit: prædictam albuginem äeris super eundem oculum sæpe liget, & curabitur. Quod si uermis carnem hominis comedit, uel iam comedere incipit: ibi de eadem albugine äeris desuper ponatur, & uermis ulterius non procedet, sed morietur. quia prædicta despumatio äeris uermem ex despumatione humorum hominis procedentem, et de malis humoribus natum, mortificat.

B

Ad albuginem oculorũ.

Ad Vermẽ.

DE AQVA CAP. II.

AQVA DE uiuente fonte est, & de ipso etiam salientes aquæ sunt. Omnes sordes abluit. Si autem sanguis, & aqua in oculis hominis, aut præ senectute, aut præ aliqua infirmitate supra modum attenuantur: ad flumen uadat, aut nouam aquam in aliquod uas fundat, & se desuper inclinans, humorem eiusdem aquę oculis excipiat: & sic humor ille aquam oculorum suorum, quæ iam in ipsis arescit, eos lucidos reddet. Lineum quoq; pannum accipiat, & illum in pura et frigida aqua intingat: ac eum sic timporibus suis & oculis circumponẽs, liget: cauens, ne oculos interius tangat: ne ab aqua exulcerent̃. Ideo autem lineo panno: quia suauis est, et oculos madefaciet frigida aqua, quatenus aqua ocu

Ad occulos sanguineos, uel aqueos.

C lorum per aquam istam ad uisum resuscitetur. quia enim oculi ignei sunt, de igne pellicula oculorum exspissatur, & cum aqua (ut prędictum est) tangitur, eadem pellicula per frigiditatem & humiditatē aquę attenuatur.

Firmatura Dentium.

Qui autem sanos & firmos dentes habere uult: in mane dies cum de lecto suo surgit, puram & frigidam aquam in os suum sumat, & ita per mediam horam in ore teneat: scilicet ut liuor qui circa dentes est suos, emollescat, et sic aqua ipsa quam in ore tenet, dentes lauet: & hoc sæpe faciat, & liuor circa dentes amplius non crescet, sed sani permanebunt. Quia enim liuor dentibus per somnum adhæret, cum homo de somno surgit, frigida aqua purget. quia ipsa dentes magis quam calida aqua purgat: quia calida aqua eos fragiliores facit.

Ad menstrua inordinata.

Sed & mulier quæ iniusto tempore multa menstrua inordinate patitur, lineum pannum in aqua frigida intingat, & femoribus suis sæpe circumponat: ut interius infrigescat: quatenus per frigiditatem linei panni, & frigidæ aquę, iniustus fluxus sanguinis retineatur. Deinde omnes uenas suas, scilicet quę in cruribus, et in uentre, a pectore ac brachijs sunt, sursum manibus suis leniter comprimendo sæpe moueat: quatenus coerceantur, ne iniustum iter sanguini faciant. Sed et caueat, ne nimis laboret: et ne multum in eundo fatigetur: ne inde sanguis moueatur. Et etiam caueat, ne duros et amaros cibos comedat: ne ei iniustam digestionē parent: sed mollia, et suauia cibaria interim sumat: quatenus eam interius sanent: et uinum, acceruisiam bibat: quatenus ex his confortetur, ut sanguinem retinere possit.

D

DE SALE. CAP. III.

SAL DE IGNE siccum est, de humiditate uero aquæ gustum habet. Sal itaq; ualde calidus est, et aliquantum humidus, et ad multos usus homini utilis est. Si quis homo cibum absq; sale comedit, ipsum interius tepidum facit: sed si eum moderate temperatum cum sale comedit, ipsum confortat, et sanat. Qui autem salsum cibum comedit, eum interius aridum facit, et lædit: et tunc sal super pulmonem ut arena cadit, et pulmonem siccat (quia pulmo humiditatem quærit) et sic pulmonem lædit et opprimit. Et si etiam tunc super iecur cadit, illud etiam aliquantum lædit, quamuis iecur forte sit, et quamuis sal exuperet. Vnde omnis cibus ita saliri debet, ut cibus saporem suum plus habeat q̄ sal in eo sentiatur. Sal autem super ignem assus, sanabilior est quam crudus sal. quia humiditas quæ in eo fuit, exsiccata est. Et si homo eum cum pane, aut cum quolibet cibo moderate comedit, bonum et sanum ei est.

Sal est quasi sanguis, & quasi flos aquarum est: & ideo moderate utenti A
uires tribuit, inmoderate uero utenti uelut inundatio, & uelut procella est. Lucidus uero sal maiorem calorem habet quam alius sal, & etiam quandam humiditatem habet:& utilis est ad usum hominis, et ad omnia medicamenta: ita ut si eis modicum quid ex ipso additur, tanto meliora sunt:& ita preciosior est etiam alio sale, sicut pigmenta alias hærbas præcellunt. Et si homo de sale isto modicum cum cibo, aut cum pane comedat, etiam absq; alio condimento, tunc eũ confortat, & sanat, pulmonemq; eius iuuat. Si autem inmoderate, & sine temperamento eum comedit, pulmonem ipsius in ipso debilitat, & lædit. Nam de fortissima ui humiditatis aquarum, & terræ sudat: ideoq; moderate utenti, bono calore, & bonis uiribus suis uires tribuit: inmoderate autem utentem sicut repentinus fluctus euertit. Quod autem homo multã sitim patitur, cum plurimum sal comedit, hoc ideo est: quia sal pulmonem eius siccat, & bonos humores in eo arefacit, & tunc pulmo & humores humiditatem in illo requirunt, et sic homo sitit. Quod si homo ille tunc multum de uino bibit, ut sitim in se extinguat, in insaniam seducit. quemadmodum Loch fecit, cum uinum supra modum bibit. Unde salubrius & sanabilius est homini, ut aquam post sitim bibat, quam uinum: ut sitim in se extinguat. Salis origo. B

De MARI Cap. IIII.

MARE FLUMINA emittit, quibus terra irrigatur uelut sanguine uenarum corpus hominis. Quædam autem flumina in impetu, quędã in lenitate, quædã in procellis a mari exeunt. Et terra in decursu uniuscuiusq; fluminis aliquod genus æramentorum habet: nisi quę aut nimis pinguis, aut nimis arida, aut rigosa est, ita quod ex illa æramenta fieri nequeunt. Sed ab illa, quæ in his temperata est, ęramenta fiunt.

De SEH. Cap. V.

SEH IMPETU maris oritur: & fundus, & arena eius uelut paludus sordidantur. quoniam cum procellis interdum surgit, ac interdum cum eis cadit. Aqua eius nec cruda in potu, nec cocta in cibo sumpta ad digestionem, aut ad alias sanitates sana est: quia de spuma maris oritur. Sed qui ex illa balneum facit, & faciem lauat, cutem albam & sanam exterius parat. quoniã salsa est: sed eum interius lędit. In id uero Seh diuersa animalia pisciũ de mari exeunt. quæ de salsugine arenosi fundi eius sana & pinguia efficiunt.

De RHENO. Cap. VI.

C RHENVS impetu emittitur, atq; lucidus est, et arenosam terram decurrit: cuius arena leuis, et temperata est: unde etiam in ea ærramentũ reperitur. Et quoniam a mari in impetu egreditur, aliquantũ asper est ut lixiua: et cruda sumpta, noxios et liuidos humores in homine consumit: sed si noxios et liuidos humores in homine non reperit, cruda eius aqua sumpta, hoĩem sanũ magis exulcerat. quia in eo nõ inuenit quod purget. Deniq; cum cibus cum eo coquitur, liuores eiusdem cibi consumit, & sic ipsum cibum aliquantum sanum reddit. Sed tamen si eadem aqua in cibis, aut in potibus sumitur, aut si caro hominis balneo, aut lauatione faciei perfunditur, eam inflat, & tumidam & distortam reddit, & nigram parat: ac etiam carnes cum ea coctas nigras facit, & inflat. quia aspera est, & carnem hominis cito pertransit. Pisces uero eiusdem fluminis nouiter capti, ad comedendum sani sunt: sed inueterati, cito putrescunt: quia eadem asperitate contriti sunt.

De MOGO. Cap. VII.

MOGVS ab origine maris, aliquantũ tepide impellitur: & quia tardus est, facile impeditur & cessat: & ideo etiam aqua eiusdem fluuij pĩguis est, et arena eius limosa. Aqua ei9 in cibo et in potu sumpta, et caro hoĩs balneo perfusa, seu facies lota, cutẽ et carnẽ lucidã et leuẽ facit: nec hominem transformat, nec infirmum reddit. Carnes quoq; cum ea coctas, albas reddit, et inflat. quoniam in cursu suo aspera nõ est, sed lẽ-
D nis. Et pisces eius si nouiter capti sunt, sani sunt, et diu durare possunt. quia propter lenitatem eiusdem aquæ non fatigantur, nec in ea laborant, ideoq; et caro eius durat.

De DVNOVVA Cap. VIII.

DVNOVVA de impetu maris oritur, et ideo aqua eius lucida et aspera est, et arena eius sana et pulchra est: sed eadem aqua ad cibum et ad potum non est sana. quoniam uiscera hominis asperitate sua lædit: cutem hominis propter asperitatem suam nigram facit, sed cutem infirmam non parat. quoniam lucida et aspera est. Pisces eius sani sunt, et durare possunt: quia eadem aqua aspera est.

De MOSELLA. Cap. IX.

MOSELLA de aquis oritur quæ de mari fluunt: et ideo lenis et lucida: & turbulẽtia eius ad fundũ cadit: unde et arena eius liuosa est: et ideo etiam pisces eius non sunt sani, nec diu durare possunt. quia de fœditate pascuntur.

De NA. Cap. X.

NA ORITVR de sordidis aquis quæ de mari effluunt: de quibus quidam lucidi riuuli interdum fluunt: et ideo Na in cursu suo instabilis est, ita quod aliqñ in impetu, aliquando in torpore fluit.

& quia interdum uelociter currit, cito impeditur, & cito cessat: & arenā A
& litus nō multū in profunditate edit. Cutem hominis albam, et spissam,
sed rugosam parat, & uiscera dolere non facit. Quoniam impetus & tor=
por cursus eius nociui non sunt, quamuis instabiles sint. Pisces eius pin=
gues, & sani sunt, nec cito putrescunt. quia eadem aqua instabilis est, ita
quod modo uelociter, modo tepide currit, nec arenā fodit: & ideo etiam
pisces in ea stabiliores sunt: quia plurima pascua in ea inueniunt.

De GLAN. Cap. XI.

GLAN de alijs fluminibus ortum habet, idcirco & aqua eius a=
liquantum aspera & sana est, atque ad cibos & ad potus, ad bal=
nea, & ad faciem lauandā ualet. Pisces quoque eius sani sunt, sed diu dura=
re non possunt: propter asperitatem eiusdem aquę: arenaque eius pulchra
& sana est.

De TERRA. Cap. XII.

TERRA naturaliter frigida est, & plurimas uires in se habet. I=
psa namque in ęstate inferius frigida est, & superius ardore solis ca
lida: quoniam sol per uires radiorum suorum calorem tunc gignit. In hye
me autem interius calida est: alioquin de frigida ariditate scinderetur: &
superius frigida est. quoniam sol tunc uires suas super terram subtrahit:
& sic terra in calore uiriditatem, in frigiditate ariditatem ostendit. Nam
in hyeme sol super terram sterilis est, & sub terram calorem suum fi=
git: quatenus terra diuersa gramina seruare possit: & sic illa per calorem
& frigiditatem cuncta gramina profert. Et terra alba, id est pallida, & B
nigra, rufa, & subuiridis est. Terra quæ alba, scilicet quę pallida est, & a= Terræ color
renosa, aliquantū arida est, ac grossam humiditatē, & guttas grossas plu= uarius.
uiæ habet: et ex humiditate hac grossa, uinum, et pomifera ligna gignit, et
modicum frumenti. quoniam terra quæ subtilem humiditatem (uelut mi
nutę guttę sunt) in se retinet, ex ipsa subtili humiditate frumentum gignit,
& modicum uini, & pauca ligna pomifera. Terra autem quæ nigra est,
in recto temperamento, frigidulam humiditatem habet, quæ nec
nimis multa, nec nimis parua existit, sed moderata: & ex hu=
miditate ista non omnes fructus gignit, sed fructū quem
gignit pleniter affert, & de humiditate sua tempe=
statibus interdum quassata, in fructu
defectum habet. Sed terra
rubea, rectum
tempera=
mentum in humiditate & in ariditate habet: & ideo plurimos fru=
ctus profert, qui prę multitudine ita ad perfectum
peruenire non possunt: & quia rectum
temperamentū habet, tempesta=
tibus nō facile læditur.

C Deterra quæ Calaminum dicitur. Cap. XIII.

TERRA quæ dicitur Calaminum, nec temperate calida, nec temperate frigida est, sed tepida: & fructus ad perfectum non gignit, sed tamē quosdam fructus profert, qui ad perfectum nō ueniunt: quia tepida est: & si alijs pigmentis addit, liuores quorundā post triduū minuit.

DE TERRA quæ Creta dicitur. Cap. XIIII.

TERRA quæ Creta dicitur, frigida est, nec multum fructum gignit: quoniam frigida est, et arida: sed a uelliribus putredinem uetat, ne putrescant, cum eis superponitur: & medicinæ non conuenit.

De AVRO. Cap. XV.

AVRVM calidum est, & quandam naturam uelut sol habet: & quasi de aëre est, & ruborem ex igne habet: & etiam de humido aëre est. Sed qui febrem in stomacho habet, cum ignito auro purū & bonum uinum calefaciat, & sic bibat, & febris eum relinquet. quoniā bona uirtus eiusdem auri, cum alterato calore, ui ignis, ut predictum est, prauos humores stomachi aufert. Vino autem, & non aquę imponatur. quia uinum liuorem in stomacho hominis plus consumit quam aqua.

Ad Febres

Quod si alicubi in corpore hominis tumor exurgit, aurum in sole calefaciat, & illud ita circum inflationem eiusdem tumoris, quasi liniendo, ducat: & idem tumor euanescet. quoniam bona uirtus auri, cum ad ignē solis excitatur, mox idem aurum, quod ab igne fit, quasi per calorem solis reuiuiscit, atque insurgentes humores fortitudine sua fugat.

Ad Tumores corporis.

D

De ARGENTO. Cap. XVI.

ARGENTVM frigidum est, & de frigido aëre est, qui frigidū uentum illum habet, qui etiam terram frigidam facit. Homo autem qui superfluitatem humorum in se habet, & illos per exscreationē sæpe eijcit: argentum ualde purum frigidum in igne, igniri faciat: & sic ignitum in bonum uinum ponat: & hoc quater, uel ter faciat. quatenus idem uinum ab eo satis incalescat: & sic illud ieiunus, & ad noctem sæpe bibat: & superfluos humores in eo minuit & consumit. fortis enim natura frigiditatis argenti, calidos & frigidos, ac humidos humores, acumine suo, cum ardore ignis, & cum calore alterati uini minuit: ut præfatum est. Si autem in argenteo uase cibū, seu potum accipit: nec ipsi multum prodest, nec ipsi ad sanitatem corporis obest. Quod si aliquis argentū in puluerem redactum comederet, nimis graue & nimis frigidum in stomacho eius esset, et etiam inde postea læderetur, etiam si eum tunc contra aliqꝫ infirmitatem iuuaret.

Ad humores corporis superfluos.

De PLVMBO. Cap. XVII.

PLVMBVM frigidum est, & hominem lęderet, si illud aliquo modo in corpus suū duceret: & hoc quidē faceret propter frigus quod in se habet: & quia etiam aliquantum crudosum est, et quasi despu-

matio & purgamentum aliorum æramentorum. Si mortuus homo A
intumescit, & ei plumbum superponitur, tumorem eius aufert, & frigi-
ditate sua aliquantum restringit, q̃m ille uitalem halicum non habet. Si
autem super uiuum hominem poneretur qui intumesceret, totus scinde-
retur, nec uiuere posset. quoniam frigiditas eius pertransiret illum, &
scinderet. quia uelut despumatio aliorũ æramentorũ est. Sed nec cibus,
nec potus in plumbeo uase ualet: propter frigiditatẽ quam in se habet.

DE CVPRO CAP. XVIII.

CVPRVM CALIDVM existit, et ciro frigescit, et est ue-
lut fauillæ auri, scilicet ut fauillæ quæ de ardentibus prunis ca-
dunt. Homo autem qui quaslibet febres habet, & etiam febres illas
quæ in stomacho nascuntur, ita tamen quod nec quotidianæ, nec tertia- Ad Febres.
næ, nec quartanæ sunt: sed quod idem homo oscitat, & quod brachia
ac totum corpus suum sæpius extendit, & quod tardus est, ac quod fasti-
dium ciborum habet: purum cuprum ad pondus quinq; nummorum
accipiat, & in uinum franconicum & purum ac bonum ponat quantum
picarium capit: & ita uinum illud fortiter coquat, scilicet usq; dum mino-
rari incipiat: & sic de igne auferat, & postea per nouem dies idem uinum
ieiunus modicè bibat, & febres in eo cessabunt. Cuprum enim calorem
de repentino & furente igne habet, qui quadam flagrantia de recto igne
est: & istud in uinum ponatur, ac fortiter coquat: quatenus uirtus cupri
uirtuti uini pleniter commisceatur, & ita prauos humores, et coagulatio-
nem eorum examinet. Sed & si quis per guttam paralisis debilitatus B
est, ita quod se totum contrahit: purum cuprum accipiat, & illud in ignẽ Ad Paralisim
proijciat, usq; dum ignescat: et sic ab eo auferat, ut infrigescat: & denuo in
ignem proijciat, ut iterum incalescat: et iterum ab igne auferat, ut infrigesc-
cat denuo: & tertia uice in ignem ponat: et cum tunc ignescit, ita ignitum
in bonum uinum ponat, & uasculum in quo idem uinum est superius
tegat: ne calor, aut uapor eius egrediatur: & sic modice calidum idem ui-
num bibat, et paralisis in eo cessabit. Tertio autem cuprum hoc in ignem
ponitur: ut si quid fœditatis & corruptionis in eo sit, per ignem examine-
tur, et ita uinum per illud calefactum bibitum, bono calore et uirtute sua,
& bono calore uini, noxios humores de quibus paralisis nascitur, fuget.
Et si quis uenenũ comedit, aut bibit: bonum uinum accipiat, & quan-
ta tertia pars eius est, acceti addat: & tunc uelut medietas istorum duo- Ad uenenum bibitum, uel comestum.
rum est, de succo rutæ commisceat, & sic uelut quadrantem puri cupri
in ignem ponat: sicq; ignitũ, uino illi imponat, ut ita incalescat: et deinde
et calidum per tres dies ieiunus bibat, et tum aut per nauseam, aut per
secessum ab eo uenenum recedit. Sed & si equi, asini, aut boues, aut
oues, aut capræ, aut porci, aut alia quælibet animalia constrictionem gut- Ad dolorem gutturis, aut capitis animalium.
turis, seu dolorem capitis habent: homo magnum frustum cupri in cal-
darium, seu in ollam, seu in patinam ponat, & aquam desuper fundat: &

C deinde aquam cum eodem cupro ad ignem feruere faciat, ac sic cum eadem aqua calida pabulum eorundem iumentorum, siue auena, siue fenū sit, semel, aut bis aspergat, ut ita aspersum comedāt, & prædicta pestis ab eis cessabit. Cum enim præfatus calor, & uirtus cupri in aqua ad ignem excitatur, & cum sic in pabulo, aut in potu dolentibus pecoribus datur, prauos humores qui in ea lædunt, et qui in capitibus eorum de corrupto aëre contracti sunt, minuit.

DE AVRICALCO. CAP. XIX.

AVRICALCVM calidum est, et de alio metallo factum est: uelut miles qui de genere suo miles non est, sed factus est miles: ideo ad medicamenta non ualet, sed hominem magis lædit quam ei prosit: ita, ut si homo illud in digito suo uelut anulum gestauerit, aut si alia caro eius corporis inde incaluerit, magis infirmitatē quam sanitatem ex hoc sibi attrahat. quia idem metallum per se nullam uirtutem habet.

DE STAGNO. CAP. XX.

Ad carnem circa oculos natam.

STAGNVM frigidum esse noscitur. Homo autem cuius caro circa oculos suos emergit, stagnū in cineres redigat, illosq; in purum uinum ponat, et ad noctem cum se in lectum collocat, palpebras et

D cilia oculorum suorum illiniat: ita tamen ne oculos interius tangat: & palpebrę & cilia oculorū sana & pulchra erunt. Nam frigiditas stagni cum labore uini temperata, carnem quam calidi humores excutiunt, & emittunt, sanat & componit: sed tamen oculorum caliginem non fugat.

Quod si aliquis stagnum ad cutem suam ponit, ita quod cutis & caro eius inde incalescit, infirmitatem corpori suo affert: propter frigiditatem suam. Vel si quis homo in stagneo uase comedit, aut bibit, infirmitatem inde contrahit: ita quod uelut uenenum ei est.

DE FERRO. CAP. XXI.

FERRVM VALDE calidum in sua uirtute est: & ideo forte est, & fortitudo eius ad plurima utilis est. Homo cuius

Ad frigiditatem stomachi

stomachus infrigidatus est, ita quod inde dolet: laminam tenuem de ferro accipiat, illamq; ad ignem calefaciat, & ita calidam stomacho suo superponat: eamq; iterum auferat, ac denuo eam calefaciat, et stomacho suo eam iterum calidam superponat: et sic sæpe faciat, et melius habebit. Quia ferrum calidum, & recti temperamenti est, cùm calor eius ad ignem excitatur, & stomacho hominis superponitur, frigidos humores, de quibus stomachus dolet, fugat, ut prædictum est. Quod si aliquis homo ferrum iuxta se habet, ita quod caro eius ab illo incalescit, minus ab eo læditur quam de stagno. quoniam idem ferrum calorem in se habet: et qm̄ rectum æramentum est.

DE CHALYBE. Cap. XXII. A

CHALYBS VALDE calidus est: & quod fortissimũ est, in æramento ferri est: & diuinitatem dei, fortitudine sua significat: unde & diabolus eum fugit & deuitat. Si autem homo uenenum, aut in cibo, aut in potu esse suspicatur, tunc si cibus humidus est, uelut sorbiciũcula, aut cibus ex pleribus factus, ignitũ chalybem ei imponat: et si uenenum in eo est, illud debilitando attenuat. Vel si cibus siccus est: ut carnes, aut pisces, aut oua: ignitum chalybem uino imponat, & uinum illud super eundem cibum fundat: & si uenenum in illo est, ipsum debilitat. Vel si panis est, ipsum panem, uel similem siccum cibum, uino ignito chalybe calefacto imponat: & si uenenum in eo fuerit, in ipso deprimit, ita quod hominem illud comedentem minus lædit. Nam fortitudo chalybis fortissima fortitudo est, quæ ad maiorem fortitudinem æramentorum procedere non potest: & fundamentum omnium inscidentium ferramentorum est: & tantam fortitudinẽ in se habet, ut cum calor eius ad ignem excitatur, ꝙ & absq; calore uini, & cum calore uini uenena debilitat, & ea bono calore & bona fortitudine sua ad nihilum ducit. Nam si chalybs ad ignem ignitus ita in cibum, aut in potum positus fuerit: uel si uinum cum ignito chalybe calefactum super cibum, siue panis, siue caro, siue piscis, siue alij huiusmodi cibi sint, superfunditur, si uenenum in illis est, tunc fortitudo eiusdem constringitur, & debilitatur. quia maxima uis chalybis est, ꝙ uenenum hoc modo arescere facit, quod comedentem, uel bibentem minus lędere poterit: etiam si ille intumescat, uel etiam si aliquandiu infirmetur, tamen certo mortem euadere poterit: ut si etiam aliquis homo idem uenenum gustauerit, cum minime ad mortem perducere poterit, si uenenum illud cum ignito chalybe debilitatum fuerit, ut prædictum est. B

Contra uenenum in cibo.

PHYSICAE S. HILDEGARDIS LIB. II.

De naturis, & effectibus Leguminum, Fructuum, & Herbarũ.



DE TRITICO CAP. I.

TRITICVM CALIDVM EST: ET PLEnus fructus est, ita ut in eo totus fructus sit: & cum recta farina de tritico fit panis ex eadem farina factus, sanis, & infirmis bonus est: & rectam carnem in homine parat. Sed qui medullam ex eadem farina excutit, & inde panes facit, panis ille infirmior & debilior est, quam si ex ipsa recta farina factus fuisset. quia eadem medulla uires suas aliquantũ perdit, et habet plus liuoris quam ipsa recta farina tritici. Qui autem triticum absq; farina, integris granis coquit, &

C non in molendino terit, et sic uelut alium cibum comedit: iste nec rectum sanguinem, nec rectam carnem in se parat, sed plurimũ liuoris, ita φ uix digeritur, et sic nifirmo omnino non ualet: etiam si sanus, hoc modo comestum superare non poterit. Sed tamẽ si quis uacuum cerebrum habet, et ob hoc ita in amentia fatigatur, uelut freneticus fit, integra grana tritici accipiat (quia fructus iste plenus in pinguedine est) et ea in aqua coquat. quoniam dementiã deprimit. Et deinde eisdem granis de aqua ablatis, totum caput illius ita calidis cum eis circumponat, cauens, ne nimis calida, aut frigida sint: et panno desuper liget, crinibus de capite abrasis, si fieri potest: ut idem succus caput tanto citius pertranseat: et sic cerebrum illius de succo illo implebitur, et uires suas ad sanitatem recipiet. Et hoc faciat usq; dum ad mentem suam redeat. Et qui in dorso, aut in renibus dolet, grana tritici in aqua coquat (quia aqua quasdam maiores infirmitates magis compescit quam alius liquor) et ita calida super locũ illum ponat ubi dolet: et calor tritici uires pestis illius fugabit. Si autem canis dentibus hominem mordet: ille pastam farinæ simile, cum albugine oui paratam accipiat, et super morsum canis per tres dies, et totidem noctes ponat, ut eundem uenenosum morsum extrahat: qui morsus de halitu illius uenenosior est, quam alterius animalis: postea pastam auferat, et millefolium cum albugine oui contundat, et super eundem morsum per tres, aut per duos dies ponat, et postea auferat: et deinde ungentis sanet ut aliud nulnus sanari solet.

Ad phrenesim.

Ad dolorem dorsi, & renum.

Ad morsum canis.

D

DE SILIGINE. CAP. II.

SILIGO calida est: sed tamen frigidior est tritico, et multas uires habet. Panis autem ex ea factus, sanis hominibus, et etiam illis qui pingues carnes habent, bonus est. quoniam carnes eorum minuit, sed tamen fortes eos facit. Sed illis qui frigidum stomachum habent, et plurimum ex hoc infirmantur, contrarius est, quoniam ipsorum debilitas illã ad digestionem superare nõ ualet, et ideo plurimam tempestatem in eis parant. Qui autem Glandes in corpore suo habet, cuiuscunq; generis sint, silígineum panem ad ignem calefactũ, uel de fornace calidum, ad latũ et ruptũ super glãdes ponat: et calor uiriũ eius illas consumit et euanescere facit: et hoc faciat, usq; dũ euanescãt. Et si quis Scabiẽ in capite habet: crustã siliginei panis in puluerẽ redigat, et puluerẽ ibi imittat. quia hoc malũ aufert. Et post tres dies eundẽ locũ oleo oliuæ inungat. quoniã illud calidũ est, et sanat. Sic autem faciat, usq; dum sanetur. Et si Cancri, scilicet gracilluni uermiculi, carnem hominis comedunt: calida mica panis superponatur: et hoc sæpe faciat, et de calore illius peribunt.

Ad glandes corporis.

Ad Scabiem.

Ad Vermiculos.

DE AVENA CAP. III.

AVENA CALIDA existit: & lætus, ac sanus cibus est sanis hominibus, & lætam mentẽ, purum & clarum intellectum eis parat; bonum calorem, & sanam carnem eis facit. Illis etiã qui aliquan

tum, & modice infirmantur, bona tam ad panem, quam in farina ad co= A
medendum: et eiusmodi non lædit. Istis autem qui multum infirmi, & fri
gidi sunt, ad comedendū nō ualet. quia auena calorē semper quęrit: unde
si isti aut panem, aut farinam auenæ comederent, in stomacho, & in uisce
ribus eorum coagularetur, & liuorē in eis pararet, & uires eis non daret.
quoniam frigidi sunt. Sed qui a paralisi fatigatur, & inde diuisam men
tem, & uarias cogitationes habet. ita, quod sic aliquantū amens efficitur: Ad Paralisim.
in asso balneo, cum auena in aqua cocta, totum corpus suum circumpo=
nat, atq; cum eadem aqua ignitos lapides illos perfundat: & hoc sæpe fa=
ciat, & ad se reuertetur, & sanitatem recipiet.

De ORDEO. Cap. IIII.

ORDEVM frigidum est, & frigidius & debilius cęteris frugib.
Et si aut in pane, aut in farina comeditur, tam infirmos, quam sa=
nos lædit. quia tantas uires non habet ut cætera genera frugum. Sed in Instauratio uirium.
firmus qui toto corpore iam defecit, ordeū in aqua fortit coquat, & aquā
illam in dolium fundat, & in ipsa balneum accipiat: & hoc tam diu faciat,
donec sanetur: & carnes recipiet, & ad sanitatem perueniet. Et qui etiam
tantæ infirmitatis est, quod panem comedere non potest, ordeum, et aue
nam æquali pondere accipiat, & modicum fœniculi, & sagiminis addat,
& in aqua similiter coquat: & postquam coquitur, succum illum colat,
& eum uelut ius ꝓ comestione panis bibat: & hoc faciat usq; dum conua
lescat. Sed & qui in facie duram & asperam cutē habet, et quæ de uen= B
to facile in asperitatem ducitur: ordeum in aqua coquat, & aqua per pan= Ad asperitatē cutis faciei.
num colata, & temperate calefacta, in facie leniter, & sæpe se lauet: & cu=
tis eius lenis & sana erit, et pulchrum colorem habebit. Et si caput ho=
minis infirmum est, aqua ista sæpe lauetur, & sanum erit.

De SPELTA. Cap. V.

SPELTA optimum granum est, & calida, pinguis, & uirtuosa, &
suauior alijs granis est, et eis qui eam comedunt, rectum sanguinem,
et rectam carnem parat, gaudium in mente hominis faciens, et quomodo
cunq; comedatur, siue in pane, siue in alijs cibis, bona et suauis est. Et si
quis ita infirmus est, quod præ infirmitate comedere non potest, integra
grana eius accipiat, et ea in aqua coquat, sagimine, aut uitello oui addito,
ita ut propter meliorem saporem libenter comedi possint, et hoc modo
comedat, et eum uelut bonum et sanum unguentum interius sanat.

De PISA. Cap. VI.

PISA frigida existit, et pulmonem comedentis aliquantum depri
mit, sed tñ homini qui calidæ est naturæ, ad comedendum bona
est, et fortē illū facit, illi aūt q frigidus et infirmus est, in comestiōe non ua
let. qa plurimū liuorē in eo parat. Pisa em̄ oībus infirmitatibus nociua est,
nec ullas uires in se habet, ut infirmitates expellat. Attñ qui de superfluo
uo flegmate in frōte cap. dolet, pisam albā dētibus masticando terat, et Ad dolorem frontis.
nāc purissimo melle cōtemperet, et sic temporibus apponat, & ligamine

C comprimat: & sic faciat usque dum melius habeat. Sed & qui uiscera interius infirma habet, ius pisæ calidum sæpe sorbeat, & melius habebit.

De FABA. Cap. VII.

FABA frigida est, & sanis & fortibus hominibus bona est, & melior pisa. Nam si infirmi fabam comedũt, eos non multum lædit: quoniam tantum liuorem in eis non parat ut pisa facit. Farina enim fabę tam infirmo, quam sano homini bona & utilis, quia leuis est, & facile digeri potest. Sed & qui in uisceribus dolet: fabam in aqua coquat, modico sagimine, aut oleo addito: & separata faba, ius eius calidum sorbeat: & hoc sæpe faciat, & eum interius sanat. Et qui ebullientem dolorem, & scabiem, ac ulcera, cuiuscunque naturæ sint, in carne sua habet: farinam fabæ accipiat, & modicum de puluere seminis fœniculi addat: et hęc cum minima farinula tritici in aqua contemperet, ut cohęrere possit: & sic tortellos, aut ad ignem, aut ad solem paret, & eos desuper sæpe ponat, & dolorem illius extrahet, & sanabitur.

Ad dolorem uiscerum.

Ad pruritum scabiem, & ulcera.

De LENTE. Cap. VIII.

LENS FRIGIDA est, & comesta nec medullam hominis, nec sanguinem, nec carnem eius auget, nec uires ei tribuit, sed tantum inanitatem uentris implet, & infirmos humores ad procellam in hominibus excitat. Si cui maculæ scabiei, & inmundi crines, qui radicem ulcerum in se habent, in capite hominis crescunt: lentem super ignito lapide in puluerem leniter redigat, & concham testudinis cum liuore, quæ in ea est, in puluerem redigat, & æquo pondere pulueri lentis addat, & super maculas ponat: & liuorem eiusdem doloris absterget, et sic sanabit.

Erbgrind.

D

De VICHBONA. Cap. IX.

VICHBONA frigida est. Qui in uisceribus dolet, ita ut quasi interius intumescat, uichbonã in farinam redigat, & huic modicum panis in puluerem redacti addat, & modicum seminis fœniculi, seu de succo leuistici: & ita cum aqua uelut cibũ coquat, & aliquantum calidum comedat: & hæc sæpe faciat, et infirma uiscera sanat.

Ad dolorem uiscerum.

De CICERE. Cap. X.

CICER calidus existit, et lenis, et suauis ad comedendum est: nec malos humores comedenti auget. Qui autem febres habet, cicer super uiuos carbones asset, et comedat: et sanabitur.

Cõtra febres.

De VISELA. Cap. XI.

VISELA frigida, et etiam sicca est: et in comedente febres excitat, et stomachum eius infrigidat, et medicinæ non conuenit.

De VVICHIM. Cap. XII.

VVICHIM frigida est, nec homini ad comedendum ualet, sed pecoribus non nocet. Si autem caro hominis inter cutem et

carnem ebullit, uelut ibi uerruca nascatur, Vuichim accipiantur, & in a- qua coquantur, & ita calida super eundem locum ponantur: & exurgens uerruca euanescit, quæ de prauis humoribus ibi coagulari cœpit

A Contra Verrucas.

De MILIO. Cap. XIII.

MILIVM frigidum est, nec utile ad comedendum. quia nec san guinem, nec carnem in homine auget, nec uires ei tribuit, sed tm̃ modo uentrẽ implet, et famẽ minuit: quia gustũ refocillationis nõ habet. Sed & cerebrũ hoĩs aquosum facit, et stomachũ tepidũ & tardũ parat, et humorib. qui in hoĩe sunt procellã incutit: et est fere ut inutilis campestris herba, nec ad comedẽdũ homini sana. Sed q in pulmone dolet, miliũ sup ignito lapide calefactũ puluerizet, et huic bis tm̃ de puluere scolopen driç addat: et eum buccella panis tam ieiunus q̃ pransus sępe comedat, & sanabitur.

Ad Pulmonē

De VENICH. Cap. XIIII.

VENICH frigidũ est: et homini ad comedẽdũ parũ ualet. q̱a refo- cillationẽ et modicas uires tribuit: sed eũ non tm̃ lædit quantũ miliũ, nec etiã malos humores & pestes in hoĩe tam ualide cōmouet. Qui aut em ardentes febres habet, uenich in uino coquat, & uinum illud calidũ sæpe bibat: & curabitur.

Ad febres ardentes.

De SEMINE LINI. Cap. XV.

SEMEN LINI calidum est, & ad comedendum homini non ualet. Sed qui in latere dolet, semen lini in aqua coquat, et lineum pannum in aqua illa calida intingat, et absq; semine illo eundẽ pannũ ita cal. super latus suũ sępe ponat: et dolor ille aliquantũ, quamuis modice at tenuat, et remittit. Itẽ qui in latere dolet, semen lini accipiat, et modicũ mi nus gumi de parsico. ita ut semen lini in .2. pte gumi excedat: et in sartagi ne ut glutẽ coquat. Deinde uiscũ piri ĩ mortario ad succũ t'at, ita ut de suc co isto plus sit q̃ prędicti gumi: et suc. istũ, et medullã cerui maioris pon deris q̃ pręfatum gumi, aut q̃ succus piri sit, in sartaginẽ ad semen lini, et ad gumi ponat, et iterũ simul feruere faciat. Q; si medullam cerui nõ ha buerit, sepũ iuuẽis tauri addat, eodẽ modo ut medulla cerui esse deberet. Quo facto, hęc per pannũ subula ubiq; pforatũ colat, et ĩ nouũ fictile uas ceratũ fundat: si latere vo dolet, ad ignẽ cũ illo se perũgat. Et qui alicu bi in corpore suo aliq̃ modo ab igne ustus est: itẽ semen lini ĩ aqua fortiter coquat, et lineum pannum aqua illi intingat, et ita calidum super locum illum ubi ustus est ponat: et ustionem extrahit.

B Ad dolorem laterum.

Ad comburusturam.

De CANABO. Cap. XVI.

CANABVS calidus existit: et cùm aër nec multũ calidus, nec multũ frigidus est, crescit: et ita etiã natura ipsius. et semen eius sa nabile est sanis hoĩbus ad comedẽdũ, et ĩ stomacho eorũ lene et utile est, ita ut etiã liuorẽ de stomacho auferat, & facile digeri potest: nisi homo ille ualde infirmetur: et malos humores minuit, et bonos cõfortat. Et si quis in firmũ stomachũ habet: canabũ in aq̃ ut cibũ coquat, et comedat, et eũ eru ctare facit, et facilẽ digest. ei infert. Sʒ cũ q ualde infirmatur, illũ ĩ stomacho aliquantũ dolere facit: eũ aũt qui moderate ĩfirmus est, comestũ nõ ledit.

Ad Stomachũ infirmũ.

E Qui autem frigidum stomachum habet, canabum in aqua coquat, & expressa aqua panniolo inuoluat: & ita calidũ stomacho sæpe superponat: & illum confortat, & loco suo restituit. Et qui etiam uacuum cerebrum habet, si canabum comederit, aliquantum in capite dolere facit: sed sanum caput, & plenum cerebrum non lædit. Pannus quoque ex canabo factus, ad ulcera & uulnera liganda ualet: quia calor in eo temperatus est.

Ad Stomachi frigiditatẽ

De GALANGA. Cap. XVII.

GALANGA in toto calida, & fortis roboris est. Homo qui ardentes febres in se habet, galangam puluerizet, & puluerem istum cum frigida aqua bibat: et ardentem febrem in eo extinguit. Et qui in dorso, aut in latere de malis humoribus dolet: galangã in uino feruere faciat: & calidum sæpe bibat: & dolor cessabit. Sed qui in corde defectum sentit: mox galangã ad sufficientiam comedat, & melius habebit. Homo quoque qui fœtentẽ halitum patitur, qui ad pulmonem transit, ita ut etiam aliquando raucam uocem habeat: galangam, & fœniculum æquali pondere accipiat, & bis tantum de nuce muscata, & depiretro, ut istorum duorum est: & hæc puluerizet, & simul commisceat, & de puluere isto ad pondus duorum nummorum cum tenui buccella panis cotidie ieiunus comedat: & mox modicũ calidi uini bibat, & alias nobiles herbas, quæ bonum odorem habent, tam pransus, quam ieiunus frequenter comedat: ut bonus odor earum fœtentem halitum compescat.

Ad febres ardentes.
Ad dorsi, & laterum dolorem.
Ad Cordis defectum.
Ad Halitum fœtentem.

D Qui uero quolibet modo in pulmone dolet: pingues carnes deuitet, & a cibo qui multo sanguine perfusus est, & ĩcocto cibo se abstineat. quia tabem circa pulmonem faciunt. Sed & pisam, & lentem, cruda poma, cruda olera, nuces, & oleum deuitet. quoniam liuorem pulmoni inferunt. Quod si carnes comedere uult, macras comedat: & si caseum, nõ coctum, nec crudum, sed aridum comedat. quia mali liuores in eo sedati sunt. Et si oleum comedere uult, modice comedat: ne inde pulmoni liuores contrahant. Aquam uero non bibat. quoniam circa pulmonem liuorem parat. Sed et nouum mustum, quod nondum in feruore ebulliendo sordes eiecit, non bibat. quia nondum purgatum est. Ceruisia autem eum non multum lædit. quoniam cocta est. Vinum uero bibat. quoniam bono calore suo pulmonem iuuat, ut ab humida et a nebulosa aura se obseruet: quia hæc humiditate sua pulmonem lædit. Si mali humores in uisceribus, et in splene hominis superabundauerint, et cordi multas passiones per melancholiam intulerint: ille galangam, et piretrum æquali pondere accipiat, et album piper ad quartam partem unius istorum: uel si albũ piper non habuerit, accipiat pfeffertruch quater tantum ut albi piperis est, et hæc in puluerem redigat. Deinde farinam fabæ tollat, et ei prædictum puluerem addat: atque hæc omnia cum succo fœnugræci, absque aqua et uino, alioque liquore commisceat. Quo facto, ex omnibus his cortellos paret, et eos ad calorem solis exsiccet, unde in æstate dum solem habere po-

Ad Pulmonẽ.
Ad malos humores uiscerum, aut splenis.

rest, eos faciat, quatenus in hyeme eos habeat. Deinde eosdem tortellos A
tam pransus quam ieiunus comedat. Postea liquiricium tollat, & quin-
quies plus de fœniculo, & zucc. ad pondus liquiricij, & modicum mel-
lis: & ex his potum faciat, & tam pransus quam ieiunus contra dolorem
cordis bibat. Sed & homo cui flegma fumum in capite facit, & auditū Ad auditum.
eius cōfundit: galangam accipiat, & ad eius tertiam partem aloe, & ori-
gani bis tantū ut galangæ, et folia persici eiusdem ponderis ut origani est:
& ex his puluerem faciat, & eo tam pransus quam ieiunus quotidie uta-
tur. Qui autē in pectore, in corde, et in splene dolet, & qui stomachū
de flegmate infrigidatum habet: galangam accipiat, et bis tantū origani, Ad dolorem pectoris, cordis, splenis, & stomachi.
& semen apij ponderis ut origanum est, & parum albi piperis: & hæc in
puluerem redigat, & huic modicum cocti mellis addat, et inde electuariū
faciat: ita ut illud absq; repentino feruore leniter coquatur: et idem electu-
arium sæpe comedat: et puro, leni & bono uino frequenter utatur. Sed
et qui a paralisi fatigatur, galangam accipiat, & ad eius medietatē nucem
muscatam, & spicam ad medietatem nucis muscatæ, & githerut, & leui- Ad paralisim
sticum æqualis ponderis: sed utriusq; singillatim plus quam spicæ: & his
saxifricam, et polypodium æqualis ponderis addat: sed eorundem duo-
rum simul tantū erit quantum quinq; superiorum: & hæc in puluerem
simul redigat. Et si sanus, puluerem istum in pane comedat; si autem in-
firmus, inde electuarium faciat, & comedat.

DE ZYTVAR CAP. XVIII.

ZYTVAR temperate calidus est, & magnam uirtutem in se B
habet. Nam homo qui in membris suis tremet, et in quo uir-
tus deficit, zytuar in uinum inscidat, et parum minus galangæ addat, et Ad tremorē membrorum
hoc cum modico melle in uino coquat, et sic calidū sæpe bibat: et tremor
membrorum ab eo abscedet: et uirtutem recipiet. Et qui multam sa-
liuam, et multas spumas in se habet, zytuar pulverizet, et puluerem istū Ad saliuam superfluā.
in panniolum liget, et ita in uasculum aqua infusa imponat: quatenus ea-
dem aqua saporem inde habeat: et sic per noctem in aqua dimittat, et ieiu-
nus in mane sæpe bibat: et saliua et spuma in eo cessabit. Sed et qui in
capite ualde dolet, cum prædicto puluere in panno ligato, et in aqua ma- Ad capitis dolorem.
defacto, frontē et timpora madefaciat: et melius habebit. Et cui stoma-
chus prauis cibis repletus, et multum grauatus est: zytuar pulverizet, et
cum puluere isto, et modica farina similæ, et aqua tortellum faciat: et eum
in sole, aut in fornace iam fere infrigidata coquat: et eundē tortellum ad
puluerem redigat, et puluerem istum ieiunus in manu sua sæpe lingat,
etiam cum ad noctem dormitū uadit, et grauedinem stomachi aufert.

DE ZINZIBERO. CAP. XIX.

ZINZIBER ualde calidum est, et diffusiuū, et sano et pingui
homini comestum obest. quia eum inscium, et ignarum, tepidū
lasciuum facit. quia repentinum calorem habet, qui ardore suo sensus

C hominis hebetat, genitalia membra mouet. Sed qui in corpore aridus est, & qui iam fere defecit, zinziberum pulnerizet, & deinde ius faciat, et puluerem in eo ieiunus modice sumat, & etiam cum pane interdum modice comedat: & meliorabitur. Et qui ulcerosos oculos, & turbidos habet, zinzibernm pulnerizet, & puluerem istum in pannum liget, & in uinum ponat: ut idem uinum ex hoc acre fiat: & ad noctem cum dormitum uadit, circa palpebras & oculos de uino isto liniat: & si etiam modicum ex eo oculos tetigerit, non nocebit: & ita ulcerosum uenenum & turbulentiam ab oculis auferet. quia dum homo uisum oculorum habet, oculis sic subuenire potest: postquam autem uisum perdiderit, oculis hoc modo prodesse non poterit. Et cui oculi caligant, succum rutæ, & hysopi æquali mensura accipiat, & huic ter tantum de prędicto uino addat, & hoc in æreum uas fundat, ut in illo uirtutem suam retineat: & ad noctem cum dormitum uadit, oculos & palpebras exterius cum illo circumliniat: & si oculos interius aliquantulum tetigerit, non eos nocebit: & hoc sæpe faciat, et caliginem oculorũ fugabit. Sed et qui constipationem in stomacho et in uentre patitur, zinziberum pulnerizet, et cum modico succo ancusę puluerem istum commisceat, et ex eodem puluere, et farina fabę tortellos faciat, et eos in fornace qui iam a calore ignis aliquantum cessauit, coquat. Et sic tortellos istos tam pransus quam ieiunus sæpe comedat, et fœditatem stomachi minuit, et hominem confortat.

Ad oculos ulcerosos.

Caliginosos.

Ad constipationem.

D Item homo qui in stomacho quemlibet dolorem patitur, zinziber, & bis tantum galangæ, et zituaris ad mediam partem pulnerizet, et post cibum puluerem istum in uinum ponat: et sic bibat, et etiam ad noctem cum dormitum uadit, et sic sæpe faciat, et in stomacho melius habebit. Si quis quoqꝫ ziterdrusen in corpore suo habet, de puluere zinziberi in panniolum liget, et in acetum ponat, et modicum uini addat, ne nimis acre fiat, et panniolo isto locum illum liniat, et sanabitur. Homo autem quem vich fatigat: modicum zinziberi, et plurimum cinnamomi accipiat et hæc puluerizet. Deinde tollat saluiæ minus quam zinziberi, et feniculi plus quam saluiæ, et tanaceti plus quam saluiæ, et hæc in mortario ad succum terat, et per pannam colet. Deinde mel modice in uino coquat, et ei parum albi piperis addat: uel si illud non habuerit, parum de niumolo: & prædictum puluerem, & prædictum succum inmittat. Postea merlinsen sumat, & tormentillæ bis tantum, & synape, quod in campo crescit, tantum ut tormentillæ, sed minus quam merlinsen sit: & hæc in mortario ad succum terat, & in saccellum ponat, & præfatum melli tum & puluerizatum uinum superfundat, & ex his clarum potum faciat. Qui autem prædictum dolorem patitur, potum istum quantum uno halitu bibere potest ieiunus bibat, & simili modo ad noctem cum se in lectum reponit: & hoc faciat usqꝫ dum sanetur. Sed & homo qui potiones facere, & sumere uult, zinziberum, & dimidiam partẽ tantũ de liquiricio, et tertiam partem de zituare quantũ de zinzibero pulnerizet,

Ad Stomachi dolorem.

Ad potiones præparatoria.

et colet: et deinde eundem puluerem simul penset: postea sumat tantum
de zucharo quantũ puluis iste pensat. Omnia hæc simul penset ad pon- A
dus triginta nummorum. Deinde accipiat de purissima farinula similæ
quantum dimidia testa nucis capit, et tantum lactis citocatiæ quantum
inscisa penna scriptoris in incisione tenere potest, et sic de prædicto pul-
uere, et de farina, et lacte citocatiæ tenuissimam massam, uel tortellum fa-
ciat: et hanc massam in quatuor partes diuidat, et ad solem in martio, uel
in aprili siccet. quoniam in mensibus istis radius solis ita temperatus est,
quod nec nimis calidus, nec nimis frigidus: et ideo sanitatem præcipue
affert. Quod si in istis mensibus lac de prædicta citocatia habere nõ po-
terit, ita quod eum oportet differre ad maium: tunc etiam præfato tortello in
maio facto, ad solem etiam maij exsiccet, et sic ad opportunum tempus
obseruet. Et qui tunc potionem sumere uoluerit, quartã partem de præ-
dicta massa ieiunus sumat. Quod si stomachus illius tam fortis et spissus
est, ut tactum potionis huius non sentiat, iterum dimidiam partem tertiæ
partis præfati tortelli accipiat, et denuo totam cum lacte citocatiæ illiniat:
& sic iterum in sole siccatam ieiunus sumat. Sed antequam aliquis potio-
nem istam accipiat, si frigus est, se calefaciat, & sic sumat: & postquã eam
sumpserit, in lecto uigilando modicũ requiescat, & deinde surgens hac
& illac modice deambulet, ita tamen ne frigus patiatur. post solutionẽ
autem, triticeum panem, non siccum, sed in sorbiciuncula intinctum co-
medat, & pullos gallinarum, & porcinas carnes, atque alias suaues carnes B
edat. Grossum autẽ panem, & bouinas carnes, & pisces, et alios grossos
cibos, et assos, exceptis assis pyris, deuitet: et a caseo et a crudis oleribus
et pomis se abstineat. Vinum aũt, sed tamẽ modice bibat: et aquã dimit-
tat. Claritatem quoque solis fugiat, et sic per tres dies hæc obseruet.

DE CIMINO. CAP. XX.

CIMINVM temperati caloris est, et siccum: et homini qui
dumpset bonũ, sanum et utile ad comedendũ quomodocumque
comedat. Sed illum qui in corde dolet, lædit. quia cor perfecte non cale-
facit, quod semper calidum esse debet. Sano autem homini bonum est
comestum: quia bonum ingenium parat ei. quoniam magnum calorẽ
in illo extinguit, unde ignorantiam incurreret: et illum temperat qui ni-
mis calidus est. Vnumquemque autem infirmum lædit, si illud comede-
rit. quoniam pestem in eo excitat, præter illum qui in pulmone dolet.
Homo qui coctũ, uel assum caseum comedere uult: ne inde doleat, ci-
minum superponat, et sic comedat. Qui uero nauseam patitur: cimi- Ad Nauseam
num accipiat, et ad eius tertiam partem piper, et bibinellam, uelut quar-
tam partem cimini: et hæc pulverizet, et puram farinam similæ accipiat,
et puluerem istum farinæ huic immittat: et sic cum uitello oui et modica
aqua tortellos, aut in calido fornace, aut sub calidis cineribus faciat, et tor-
tellos istos comedat. Sed et prædictum puluerem super panem positum

C manducet, & in uisceribus calidos & frigidos humores, qui nauseam homini inferunt, compescunt.

DE PIRETRO. Cap. XXI.

PIRETRVM temperati caloris existit, & aliquantum sicce & eadem temperies pura est, & uiriditatem tenet. Nam sano homini bonum est comestum. quia tabem in eo minuit, & sanguinem auget, & purum intellectū in eo facit. quia calor piretri nec nimis magnus, nec nimis paruus est, sed temperatus. Sed et infirmum qui in corpore pene defecit, ad uires suas reducit: & in homine nihil indigestum relinquit, qui id frequenter comedit. Et homo qui multum flegmatis in capite habet, si eum frequenter comedit, flegma in eo minuit. Sed sæpe comestus, pleurisin ab homine depellit, & puros humores in eo parat, et oculos clarificat. Homo quoq; qui paralisi fatigatur, piretrum, & secundum eius tertiam partem zinziber pulverizet, et ieiunus comedat, et uinum postea bibat: & melius habebit. Et quomodocunq; piretrum comedatur, scilicet aut siccum, aut in cibo, bonum & utile est, tam infirmo, quam sano homini. Si enim homo eum frequenter comedat, ab eo infirmitatem fugat, & eum infirmari prohibet. Quod autem comestus in ore humiditatem & saliuam educit, hoc ideo est, quia malos humores extrahit, & sanitatem reddit.

Instauratio uirium.

Ad paralisim

D DE LIQVIRICIO. CAP. XXII.

LIQVIRICIVM temperati caloris est, & homini claram uocem parat, quomodocunq; comedatur: mentem suauem facit, & oculos eius clarificat, & stomachū illius mollificat. quia calor eius bonus est, & utilis, & non nociuus. Sed & frenetico multum prodest, si illud sæpe comedit.

DE CVBEBE. CAP. XXIII.

CVBEBE calidum est, & calor ille temperamentū in se habet: & etiam siccum est. Si quis aūt Cubebe comedit, indignum ardorem qui in ipso est temperat, et mentem hominis lætam parat: ingenium ipsius, & scientiam purā facit. quoniā utilis et temperatus calor eius, indignos ardores libidinis, in quibus fœtidi et limosi liuores latent, extinguit, & mentem hominis & ingenium eius accendendo clarificat.

DE GARIOFYLO. CAP. XXIIII.

GARIOFYLVM ualde calidum est: et quandam humiditatem in se habet, quæ se suauiter extendit: ut suauis humiditas mellis. Et si quis in capite dolet, ita q caput ipsius strideat, uel surdus sit, gariofylum sæpe comedat: et stridorem capitis eius minuit. Et cum infirma uiscera in homine aliquando intumescūt, multotiens fit, q tumor ille uiscerum hydropicum morbum in eo crescere faciat. Vnde cum iam hydropis in homine crescere incipit, gariofylum sæpe comedat: et illud initium morbi huius compescit. Sed et calor medullæ hominis mul-

Ad stridorem capitis.

Ad hydropisim incipientem.

totiens exsudat, & podagram in eo parat. Quæ cũ iam crescere incipit, il-
le Garyophyllum sæpe comedat: & uirtus eius medullam eiusdem homi- A
nis transit, & phibet ne podagra crescat. Et qui singultum patitur, Ga- Contra Podagram.
ryophyllum frequenter manducet. Sed & zituar pransus frequenter co-
medat: & hæc etiam per mensem unum faciat.

De CRISTIANA. Cap. XXV.

CRISTIANA igneum calorẽ, & mordax frigus in se habet.
Homo autem in quo pessimi & mortiferi humores eriguntur,
& in aliquo membro eius ebulliunt, sic quod dicuntur freislichaz: cristia-
nam frequenter comedat, et meliorabitur. Sed et qui quartanas habet:
in ipso accessu earum cristianam comedat, & melius habebit. Et qui Ad Quartanam.
de paralisi fatigatur: in ipsa fatigatione cristianam comedat, & meliorabi- Paralisim.
tur. Et qui ardentes febres in stomacho habet, cristianam in uinum in-
scidat, & idem uinum calefaciat, & calidum bibat, & curabitur.

De PEFFERTRVCH. Cap. XXVI.

PEFFERTRVCH calida & humida est: & eadem humidi-
tas temperamentum in se habet, & infirmis, & sanis bona & uti-
lis est ad comedendum: et acerbitas quę in ea est, hominem interius non
mordet, sed sanat. Et homo qui cor debile, & infirmum stomachum
habet, eam crudam comedat: & illum confortat. Sed & qui tristẽ men- Ad stomachũ debilem.
tem habet: si ipsam comedit, eum lętum facit. Et etiam comesta oculos B
hominis sanat, & clarificat.

De ACITVLA. Cap. XXVII.

ACITVLA nec calida, nec frigida, in recta mensura est, sed te-
pida: unde homini ad comedendum non ualet. quia contra natu-
ram eius: et si homo illã comederit, eum tristem facit, et naturam eius in
iniustam mensuram in uisceribus ipsius diffundit. Sed ad pabulum pe-
corum ualet, et bubus et ouibus utile est. quoniam quod in ea debile est
ad uires hominis, hoc uiribus pecorum utile est.

De SALVIA. Cap. XXVIII.

SALVIA calidæ et siccæ naturæ est: et magis de calore solis quam
de humiditate terræ crescit: et contra infirmos humores utilis est,
quia sicca est. Nam cruda et cocta bona est illi ad comedendum, quem
noxij humores fatigant. quoniam eos compescit. Sed et saluiam pulueri- Contra malos humores.
zet, et puluerẽ istum cum pane comedat, et superfluitatem malorum hu-
morum minuit. Et qui ab aliqua sordida re fœtorem patitur, saluiam
naribus infigat, & ei prodest. Si quis etiam in superfluitate noxiorum
humorum et flegmatis abundat: aut si quis fœtentem halitum habet: sal-
uiam in uino coquat, et deinde per pannum colet, et sæpe bibat: et ma-
li humores et flegma in ipso attenuantur. Q. si ille qui has infirmitates
habet aliquantum per paralisin fatigatur: saluiam in aqua coquat, ut pr-
dictũ est, et eam bibat: et calor eius cũ aqua delinitus, paralisin in hominẽ

C compescit. Nam si homini isti cum uino daretũ uinũ paralisiacos humores in ipso modum suum transilire faceret.

Ad appetitũ comedendi.

Qui autem fastidium comedendi habet, saluiam accipiat, & minus de cerefolio, & modicum de allio: & hæc in aceto simul contundat: & sic condimentum faciat, & cibos quos comedere uult, in eo intingat: et appetitũ comedendi habet.

Ad capitis dolorem.

Cum cibus qui madidum succum habet, hominem in capite dolere facit, saluiam, & origanum, & fœniculum æquali pondere accipiat: & marrubij plus quam horum omniũ sit: et ad succum contritum butyrum sufficienter addat: uel si illud non habuerit, aruina addita, ex his unguentum faciat, & caput inungat: & melius habebit.

Ad Ilium dolorem.

Si etiam malus fumus de stomacho ad ilia hominis extenditur, & eum ibi dolere facit, saluiam accipiat, et quinquies tantum seuwurtz ut saluiæ est, et decies tantum rutæ ut saluiæ: & herbas istas in noua olla cum aqua usq; ad primam feruentem ebullitionem coquat: & deinde expressa aqua, easdem herbas ita coctas & calidas super locum ubi dolet ponat, & paño desuper liget.

Ad urinæ destilationem.

Si quis urinam præ frigiditate stomachi retinere non potest, saluiam in aqua coquat, & per pannum colet: & eam calidam sæpe bibat, & curabitur. Si etiã mali et concreti, et uenenosi humores in homine superabũdauerint, te eum sanguinem exscreare & mouere per aliqua tempora fecerint: interim nullam medicinam idem homo sibi adhibeat, ne sanguis per medi-
D cinam exterritus ipsum interius exulceret, & plus solito effluat: sed postquam sanguis aliquantum cessauerit, saluiam inleni & suaui uino, modica aqua mixta, coquat: modico quoq; oleo oliuę, aut butyro addito, & cocto, per pannum colet: & modice non ieiunus, sed pransus bibat: & eum confortat, & interius sanat.

De RVTA. Cap. XXIX.

RVTA DE forti & plena uiriditate terræ magis quam de calore crescit: & calorem temperatum in se habet, & magnam uirtutem. quia uis caloris tam fortis est, quod frigiditatem incongruam excellit. Est etiam fortis uiribus in humiditate, & bona contra aridas amaritudines quæ in homine crescunt, in quo recti humores deficiũt. Sed & melior & utilior est cruda quam puluerizata in comestione. quia tota uis eius in uiriditate est. Et comesta, iniustum feruorem sanguinis in homine compescit.

Contra Melancholiam.

Calor etiam ipsius melancholiam attenuat: unde expertum est, quod qui melancholicus est, melius habebit, si eam post alios cibos comederit. Sed et si quis cibum aliquem comederit unde dolet, rutam postea comedat, et minus dolebit, et infirmitatem ciborum attenuat.

Ad oculos humentes.

Homo quoq; qui humentes oculos habet, rutam accipiat, et bis tantũ saluię, et cerefolij bis tm̃ ut saluię, et herbas istas in mortario modice contũdat, ut aliquantũ succi reddant: et deinde easdẽ herbas ita cõtritas claro oui intingat, et ad noctẽ cum dormitũ uadit, illas super frontem usq; ad utraq; timpora ponat, et malos humores extrahũt: uel si aliquis de,

pomo succum fugat. Qui nigros, seu turbulentos oculos habet, ut ali- A
quando nubes est, & in eis aliquo modo caligat: succum rutæ accipiat,
& bis tantum puri liquoris mellis, & modicum boni & clari uini his cō- Ad oculos ca-
misceat, & micam triticei panis his imponat: et super oculos suos in noctē liginosos.
cum paño liget. Quod si homo in renibus, & in lumbis interdum do-
let: hoc multotiens de infirmitate stomachi fit: tunc idem homo rutam, Ad Renum et
& absinthiū æqualis ponderis accipiat: & plus his de aruina ursi addat: lumborum
& hæc simul contundat, & cū his circa renes & lumbos suos ubi dolet dolorem.
se iuxta ignē fortiter inungat. Si homo aliqñ ita in delectatione cōmo-
uetur, quod sperma ad articulum emissionis peruenit, sed tamen intra
in corpe aliquo modo retēta fuerit, et inde infirmari cœperit: rutā, et mo-
dicū minus de absinthio accipiat, & succū earū exprimat, & huic succo
zuccharum, et plus de melle, et tantū uini quantū succorū istorum est, ad-
dat, et ignito chalybe in noua olla, aut in patella quuies calefaciat: et post-
quam modicū comederit, istud cal. bibat. Quod si in hyeme est, q̃d præ-
dictas herbas habere non potest, baccas lauri, et bis tantum
de dictamno pulverizet, et post modicū cibi, in calido
uino ignito chalybe calefacto bibat: et sic no-
xius liuor qui in eo remāsit, cum uri-
na et digestiōe egeritur. Si quis
autem homo comederit, unde mox dolet: rutam, B
et bis tantum de saluia cum sale temperatas
statim comedat: et melius habebit.

De HYSOPO. Cap. XXX.

HYSOPVS siccæ naturæ est, et calidus: et tam magnę uirtutis,
ut etiam ei petræ resistere non possint quin ibi crescat ubi semina-
tur. Et sæpe comestus, infirmas et fœtidas spumas humorum purgat,
sicut feruor in olla spumas eijcit. Et ad omnes cibos utilis est coctus. utili-
or enim est coctus, et pulverizatus, quam crudus. quia cruda siccitas eius
hominem lędit. Hysopus etiam comestus, cor confortat, et pulmonem
aliquantum uiribus suis purgat. Nam qui tussitat in iecore, et qui dump-
set, in pulmone dolet, uterq; istorum hysopum aut cum carnibus, aut cū Ad Tussim.
[...]gimine comedat, et meliorabit. quia si quis aut solo uino, aut sola aqua
[...]ddita comederit, et non cum alio condimento, plus inde læditur quam
[...]uetur. Cum enim in iecore, aut in pulmone dolet, liquiriciū, et plus
[...]nnamomi, et hysopi plus quam istorum duorum, et fœniculi plus isto- A[...]
[...]um triūsumat, er hēc in noua olla sufficient melle addito, ita ne amaritu- pulmonis
[...]o in eis sit fortissime coquat, et deinde ollā istam tectam reseruet cum eis-
[...]m hærbis per nouem dies, et totidem noctes, et deinde per pañum
colet, et bibat. Et si multum dolet, in nouem diebus per
singulos dies bibat: sed antequam in mane diei bibat,
[...]dicum prādeat, sed & ad noctem ad sufficientiā sibi comedat, et satius

C ex eo bibat. Si aūt modice dolet: eodē modo tribus diebus transactis bibat: & hoc faciat, et curabitur: nisi Deus nolit. Sed si iecur de tristicia hominis infirmatur: antequam infirmitas in eo superabundet, pullos gallinarum coquat cum hysopo: & tam hysopum, quam pullos istos sæpe comedat. Sed & crudum hysopum uino impositum frequenter manducet: & idem uinum bibat. quia hysopus ei utilior est ad infirmitatem istā quam illi qui in pulmone dolet.

Ad Iecur.

De FOENICVLO. Cap. XXXI.

FOENICVLVM suauem calorem habet: & nec siccæ, nec frigidæ naturæ est. Et crudū comestum, hominem non lædit: & quomodocunque comedatur, hominem lætum facit, & suauem calorem ac bonum sudorem ei infert, & bonam digestionem ei facit: semen quoq; eius calidæ naturæ est, & utile ad sanitatem hominis, si alijs hærbis additur in medicamentis. Nam qui fœniculum, aut semen eius ieiunus quotidie comedit, malum phlegma & putredines in eo minuit: & fœtorem ab halitu eius compescit: & oculos eius clare uidere facit, bono calore, & bonis uiribus suis. Qui autē aliqua contrarietate occupatus dormire non potest: si in æstate est, fœniculum, & bis tantum millefolij modice coquat: & aqua expressa, herbas istas calidas timporibus & fronti et capiti circumponat, & desuper panno liget. Sed & uiridem saluiam accipiat, & eam uino modice aspergat, & sic supra cor suum, & circa collum
D suum ponat: & dormino ne alleuiabitur. Quod si in hyeme est, semen fœniculi, & radicem millefolij in aqua coquat, & capiti, ut prædictum est, circumponat, & saluiam puluerizatam, & uino modice madefactam super cor & collum ponat, & melius habebit. Cum uero aliquis griseos oculos habens, in eis aliquo modo caligat, et dolet, cum dolor ille adhuc recens est, fœniculum, uel semen eius terat, et sic sumat succum eius, et rorem quem super recto gramine inuenerit, et modicū farinæ similæ, et hoc cortello commisceat, et in nocte oculis suis circumponat, et panno liget, et melius habebit. Sed et si aliquis oculos similes turbidę nubi, quę nec ad plenum ignea, nec ad plenum turbida, sed aliquantum glauca, et in eis caliginem et dolorē sustinet: fœniculum si in æstate est terat: uel si in hyeme est, semen eius tritū claro oui bene despumato imponat, et cum dormitum se collocat, oculis superponat, et caliginē oculorum minuit. Si etiam nimius dolor præ multo fluore in naribus hominis excreuerit, fœniculum, et quater plus de aneto accipiat, et super lapideā tegulam tecti, uel super tenuem laterem igne calefactum ponat, et hac, et illac fœniculū illud, et anetum uerset, ut fumiget: et fumum istum, et odorem eius naribus et ore introrsum in se trahat, et deinde herbas illas ita calefactas cum pane comedat. Hoc autem per quatuor, aut per quinq; dies faciat, ut illi effluentes humores tanto suauius separentur. Homo autem qui malū liuorē in infirmo stomacho suo habet, fœniculum accipiat, et modicum

Flegmatū, mali halitus, & oculorum medicina.

Somni prouocatio.

Ad caliginis oculorum.

Ad fluorem narium.

Ad liuorem stomachi.

plus de urtica: et leuistici bis tantum ut istorum duorũ est: et ex his cum
modica farina, aut modico pane cibum faciat, et sæpe comedat; et infir= A
mo stomacho liuorem aufert. Homo etiam quem melancholia lædit:
fœniculum ad succum contundat, et frontem, et timpora, et pectus et sto
machum sæpe perungat: et melancholia in eo cessabit. Sed et si quis
assas carnes, uel assos pisces, uel aliud quicquam assum comederit, et in=
de dolet: mox fœniculum, uel semen eius comedat, & minus dolebit.

Ad Melancholiam.

Si etiam interdum a malis humoribus in uirilibus uiri inflatio pessimi
tumoris insurgit, quæ illum ibi dolere facit: fœniculũ accipiat, & ter tan
tum fenugręci, & modicum butyri uacarum, & hæc simul contundat, &
desuper ponat, & malos humores extrahunt. Deinde idem uir tortellos
ex quibus ceruisia fit accipiat, & cum calida aqua eos modice faciat, & sic
calefaciat, & super præfatum tumorem ponat. Sed et si pregnans mu=
lier in partu multum laborat, tunc cum timore & magno moderamine
suaues herbulas, ut fœniculum, & asarum in aqua coquat, & expressa a=
qua, ita calide circa femora & dorsum eius ponantur, & desuper panno
ligato suauiter teneantur, ut dolor, & claustra illius tanto suauius & faci=
lius soluantur. Homo quoq; semen fœniculi accipiat, & ad medietatẽ
eius galangam, & ad eandem medietatem dictamnum, et ad medietatem
dictamni pilosellam: & hæc simul puluerizet, & per pannũ colet, & post
modicam horam prandij puluerẽ hunc calido uino, & non feruente im
ponat, & bibat. Et puluis iste hominem qui sanus est, sanum retinet: in
firmum autem confortat, et digestionem homini parat, et uires tribuit, et B
bonum & pulchrum colorẽ faciei subministrat, & unicuiq; homini siue
sanus, siue infirmus sit. post cibũ eius comestus prodest. Quod si oues
infirmari incipiunt: fœniculũ, et plus de aneto accipiat, et in aquã ponat,
ut aqua saporem ab eis accipiat: et infirmis ouibus ad potandũ imponat.

Ad inflationes uirilium.

Ad facilitatem partus.

Ad oues infirmas.

DE ANETO. CAP. XXXII.

ANETVM siccæ et calidæ, et temperatæ naturæ est: et crudũ,
et coctum, seu quomodocunq; comedatur, tristem facit homi=
nem. Et crudum non ualet homini ad comedendum, quia maiorem hu=
miditatem terræ in se habet, quam fœniculum, et quandam pinguedinẽ
de terra sibi attrahit: unde malum est homini crudum ad comedendum.
Sed tamẽ coctum paralisim compescit. Cui ergo multus sanguis de
naribus fluit: accipiat anetum, et bis tantum millefolij, et has herbas uiri
des fronti, timporibus, et pectori suo circumponat. Et hæ herbæ uirides
esse debent, quoniã uirtus earum in uiriditate pręcipue uiget. Quod si in
hyeme est, herbas istas puluerizet, et ipsum puluerẽ modico uino asper
sum in saccellum ponat, et fronti, timporibus, et pectori superponat, ut
prædictum est. Igitur ut homo delectationem et libidinem carnis in se
extinguat: accipiat in æstate anetum, et bis tantum bachminzę, et broch
wrtz modicũ plus, et radicem irsilliricę, et hęc omnia in acetum inscidat,
D

Ad paralisim

Ad fluxum sanguinis e naribus.

C & ex eis condimentum faciat, & sic frequenter cum omnibus cibis suis comedat. In hyeme autem hæc pulverizet, & pulverem item cum escis suis manducet. quia uiriditatem earundem herbarum tunc habere non potest. In humida enim & leni aura, quia tunc boues facile infirmari incipiunt, anetum, et minus de radice irsillirica pabulo eorũ intermisce, & prauos humores in eis consumit.

Ad boues infirmas.

DE PETROSELINO. CAP. XXXIII.

PETROSELINUM robustę naturę est, et calorem in se habet, et de uento et humiditate terræ crescit, et melius et utilius est homini crudum quam coctum in comestione. quoniam si coquitur, uis uiriditatis eius aliquantũ læditur, et comestum febres quæ hominẽ non cõcutiunt, sed leniter tangũt, attenuat: sed iñ in mente hominis grauitatẽ generat, cum calore suo febres fugat. Sed & quia de uento & humiditate terræ crescit, mentem hominis repente grauat, sed tamẽ corpus nõ lædit.

Contra dolorem cordis, splenis, & laterum.

Qui autem in corde, aut in splene, aut in latere dolet: petroselinum in uino coquat, modico accto addito, et satis de melle, et per pannum colet, sæpe bibat, et eum sanat. Sed & qui infirmum stomachum habet: petroselinum accipiat, & bis tantũ fœniculi, et lanariæ tantũ ut petroselinĩ, & ex his pulmentũ faciat, cui butyrum, aut bouinam aruinam, & assum sal addat, & sic coctum sæpe comedat. Sed & qui allium comedit, &

Ad stomachũ

D inde dolet, mox petroselinũ comedat, & minus dolebit. Et qui de calculo dolet: petroselinum accipiat, & ad eius tertiam partem saxifricam in uino coquat, et per pannum colet, et in asso balneo bibat: sed & iterum petroselinum, et ad eius tertiam partẽ saxifricam in aqua coquat, et ignitos lapides eiusdem assi balnei cum eadem aqua perfundat, ut uapor eorũ illũ pertranseat: et hoc sæpe faciat, et melius habebit. Item qui a paralisi torquetur: petroselinũ, et fœniculum æquo pondere accipiat, et modicum minus de saluia: et herbas has simul in mortario modice terat, et eis rosatum oleum oliuę addat, et in locum ubi patitur ponat, et desuper cum panno liget. Et qui mollem carnẽ habet, et de superfluis potationibus de gutta in aliquo membro suo fatigatur. petroselinum accipiat, et quater tantum de ruta, et in patella cum oleo oliuę frixet: uel si oleum hoc non habuerit, cum hyrcino sepo infrixari faciat, et herbas istas calidas loco ubi dolet ponat, et pannum desuper liget, et melius habebit.

Ad Calculũ.

Ad paralisim

DE APIO. CAP. XXXIIII.

APIUM calidæ naturę est, et plus uiride quam siccum, et multum succum in se habet: et crudum non ualet homini ad comedendum. quoniam malos humores in eo parat. Coctum autem eum nõ lædit: sed sanos humores ei facit. Quomodocumq; autem comedatur, uagam mentem homini inducit. quia uiriditas eius eum interdum lædit, interdum tristem in instabilitate facit. Et homo qui humectantes oculos habet, ita q̃d de superabundantibus humoribus lachrymas stillando

superfundunt: apium accipiat, et parum plus fœniculi, et hæc ad succū A
contundat, et in claro oui absq; uitello eius intingat: et cum ad noctem
dormitum uadit, eas super humectantem oculū cum panno liget, et hæc
sępe faciat, et curabitur. Qui uero de gith ita fatigatur, quod oculi eius
quasi sagittando hac et illac mouentur, et quod uisus eius contrahendo Contra paralisim.
contorquetur, et quod membra eius trement, et quod etiā alias in mem-
bris suis contrahit: semen apij puluerizet, et ad eius tertiam partem semē
rutæ, et nucis muscatæ minus quam pulueris rutæ, et gariofyli minus
quam nucis muscatæ, et saxifricæ minus quam gariofyli: et omnia hæc
in puluerem redigat, et tam pransus quam ieiunus puluerem istum co-
medat, et gutta ab eo cessabit. quia optimum remedium contra parali-
sim est. Sed et qui a paralisi non fatigatur, etiam si puluerem istum sæ-
pe comederit, paralisim ab eo fugat.

DE CERIFOLIO CAP. XXXV.

CERIFOLIVM siccæ naturę est, et nec de forti aëre, nec de
forti humiditate terrę crescit, sed in debili aura antequam fertilis
aër æstatis oriatur: sed tamen magis calidum quam frigidum est, et idem
calor sanus est. Inutilibus autem herbis aliquantum assimilatur. quia si
crudum comeditur, plurimum fumum in capite hominis facit. Nam nec
coctum, nec crudū corpori hominis ad comedendū prodest, nisi quod
tantum ad medicamenta ualet, & fracta uulnera uiscerū sanat. Homo B
enim qui fracta uulnera uiscerum habet, cerifolium in mortario contun-
dat, & succum eius exprimat, & uino infundat, & sæpe bibat, & curabit.
Cum autem homo aliquando crudum cibum comedit, mali humores
eorundem ciborum, quia per nullum condimentum temperati sunt, ad
splen ascendunt, & illud dolere faciunt: unde idem homo cerifolium ac- Ad Splen.
cipiat, & minus de aneto, & cum triticeo pane in aceto, uelut offas, & cō-
dimentū faciat, & frequenter comedat. Postea etiam semen lini accipiat,
& illud in sartagine coquat, & expressa aqua in saccellū fusum loco sple-
nis quanto calidius pati potest, cū saccello superponat. Homo quoq; Ad ulcera & scabiem.
qui diuersa ulcera & scabiem patitur, cerifoliū accipiat, et ter plus de po-
lypodio, & enulæ quinquies plus quam cerifolij sit: & hæc in aqua co-
quat: postea aqua expressa, et per pannum colata, eam in sartaginem fun-
dat, & modicū noui thuris & sulphuris addat, & nouam aruinam porci
plus quam aliorum prædictorū sit addat: ut simul in sartagine super ignē
aliquantulum uelut unguentū inspissetur. Et cū unguento dolens circa
ulcera se inungat: hæc autem per quinq; dies faciat, ut cutis & caro eius
per istud transfundantur: & postea idem dolens balneo se abluat, qua-
tenus liuores isti, & fœtor de ipso auferantur.

DE LEVISTICO CAP. XXXVI.

LEVISTICVM temperati caloris est. Quod si crudū come-
ditur, hominē in natura sua dissoluit, & eū in natura sua destituit.

C Sed et coctum si quis absque alijs cōdimentis solū comederit, eum grauem & tædiosum mente & corpore facit: si aūt cum alijs condimentis coquit, & sic comeditur, comedentem non multum lædit. Qui aūt glandes in collo habet, et inde dolet, ita quod uenæ colli ipsius inflantur: leuisticum accipiat, & modicum plus asari, et in aqua simul coquat, et herbulas istas collo calidas circumponat, et curabit. Et si quis in pectore tussitat, ita quod ibi primū dolere incipit: leuisticū accipiat, et saluiam ęquali modo: et fœniculi bis tantū ut istorū duorū est, et in bonū uinum tam diu simul ponat, usque dum idem uinū saporem ex eis capiat: et tunc abiectis herbulis, idem uinū calefaciat, et calidum post cibū bibat, usque dum sanetur. Si aūt tussis modica est, homo prædictum poculum non calefactum bibat, quoniā dolor lenis est. Si uero dolor fortis est, idem uinū calefactum bibat, quatenus tanto suauius soluatur. Quod si reuma de naribus equi fluit, ita quod inde tussitat: homo qui eum liberare uult, leuisticū accipiat et modicū minus urentis urticæ, et eas in aqua coquat, et deinde de aqua ablatis, fumū earum ita calidū in nares et in os eius fręno imposito transire permittat, et sanabitur. Si aūt equus in uentre uelut de morsibus dolet: homo leuisticum accipiat, et modicū minus de urente urtica, et pabulo illius sæpe intermisceat, quatenus ita simul comedat, et curabitur.

Ad Glandes.

Tussim.

Reuma equi.

DE PVNGO. CAP. XXXVII.

D PVNGO calidæ naturæ est. Quod si homo ex eo solū cibū facit, sagimine, aut oleo addito, et sic comederit, uentrē suū uelut quadā pōtio aliqua aūtū soluit. Sed et pungo comesta, vich cōpescit calore suo.

DE NASTVRTIO. Cap. XXXVIII.

NASTVRTIVM magis calidū quam frigidū est, et etiā humidū existit, et magis de uiriditate terrę, quā de sole crescit: et comestum, malos humores in hoīe auget, et splen lędit. qm̄ illud molle est, et facile læditur.

DE BRVNNECRASSO CAP. XXXIX.

BRVNNECRASSVM calidæ naturę est, & comestū nō multum prodest homini, nec eum multū lædit. Homo qui regium morbum, aut febres habet, brunnecrassum in patella calefaciat, et calidū sæpe comedat: et curabit eum. Et qui comestos cibos uix digerere potest, eandem herbam in patella calefaciat. quia uires eius de aqua sumit, & sic comedat, & iuuabit eum. quoniam uires ab igne accepit.

Regium morbum febres.

DE PORTVLACA CAP. XL.

PORTVLACA frigida est, et comesta liuorem in homine facit, nec ei ad comedendum prodest.

DE BACHMINZA. CAP. XLI.

BACHMINZA calida, & moderate comedi potest, & comesta nec multum prodest, nec multū obest homini. Sed homo qui dumpfet, et pinguia uiscera habet, aut cuius stomachus de multis cibis et potibus grauatur: bachminzam crudam, aut cum carnibus, aut in sorbiciuncula, aut

in alio cibo ex oleribus facto coctam sæpe comedat, et dumpfo cessabit. Sed homo qui de infirmo pulmone dumpfet, flegma exscreat, et uoce se mouendo tussitat: qui aūt immoderaca pinguedie, et de multis cibis et po tibus dumpfet, halitū difficulť trahit, et flegma nō extrahit: et sic discernitť. A

De ALIA MENTA. Cap. XLII.

ALIA MENTA, quæ magna est, calida existit. Ista contun datur, & ubi sotim, aut snebelza comedendo læduut, circa desu perponatur, & panno ligetur, & morientur.

De minori MENTA. Cap. XLIII.

MINOR Menta calida est. Ista etiam tundatur, & oculis qui liuorē dolendo patiunť superponať, et panno ligeť, & prauos hu mores extrahit. Sed et qui frigidum stomachum babet, & cibos di gerere nō potest: istā Mentam crudā, aut cum carnibus aut cum piscibus coctā comedat, & stomachū eius calefacit, quocumqȝ modo comedatur. Ad oculos humentes.

De Rœmische MENTA. Cap. XLIIII.

ROEMISCHE Menta moderati caloris est, sed tamē aliquan tum temperati. Homo quem uich lædit, herbā istā tundat, & succum eius per pannum colet, & modicum uini addat: & mane & sero ad noctem eundem succum bibat, et uich cessabit. Et ut sal omnem ci bum moderate additus temperat, sic herba ista aut carnibus, aut piscibus aut alijs leguminibus, seu cibo ex oleribus facto moderate addita, bonū saporē, & bonum condimentum cibo illi præstat: et sic etiam comesta, stomachum calefacit, & bonam digestionem parat. B

De BALSAMITA. Cap. XLV.

BALSAMITA calida existit. Si autem multis & diuersis cogitationibus scientia & sensus cuiuspiam hominis euacuantur, ita quod qs in amentiā uertitur: balsamitam accipiat, & ter tantum fœni culi, & in aqua simul coquat: & abiectis herbulis, eandem aquam in frigidatam frequenter bibat. Homo idem aridos cibos deuitet, bonos aut ēm & delicatos comedat, quia ei bonum sanguinem subministrant. Sed & pultes similæ, aut butyro, aut sagimine, non autem oleo factos come dat, quia inanitum cerebrum repleret, oleum flegma attraheret. Et ui num non bibat, quia dissipatos humores in eo magis dissiparet. Sed nec aquam simplicem bibat, quia sensus ipsius in maiorem inanitatem deduceret. Prædictum autem potum, & ceruisiam bibat. Caput quoqȝ suum pileo, aut filtro de pura lana facto operiat: ut cerebrum leniter & paulatim incalescat. Et homo qui uenenum comederit, aut biberit, mox balsamitam, rutam, & pandoniam, æquali pondere accipiat, & in mortario tunsis succum earū exprimat: & deinde etiā de succo purgat. o io bis tantū sumat, nec minus istorū, et prędicto succo addat, et simul cō misceat, et per pannū colet: et ieiunus bibat: et cū illud bibit, in calido loco Contra uenenum.

C sedeat, ne infrigescat. quia si tunc frigus habuerit, periculosum ei erit. Et postquam illud biberit, mox etiam potum ex melle confectum bibat, & aut uenenum quod sumpsit per nauseam euomet, aut per eum per posteriora transibit, & sic liberabitur. Qui autem multos pediculos habet, balsamitã cum aruina tundat, & hæc simul cõmisceat: et deinde cũ illo circa collum suum, & sub ascellis suis se perungat, & pediculi morient. Et sicut balsamita ueneno resistit, sic etiã pediculis contraria est. Sed & homo in quo lepra crescere uidetur, balsamitã in aqua coquat, & satis sagiminis addat, & sic cibum paret, et eum sæpe comedat, & lepram ab eo fugat. Qui autem tertianam febrem patitur: balsamitam accipiat, & minorem huflathethã æquali pondere, & ter tantum de rhaphano ut istorũ duorũ est, et in uino coquat, et per pannũ colet: et gariofyl. sumat bis tm̃, et zinziberi tertiam partẽ ut istorũ duorũ est: et hæc in puluerem redigat, & ex his cũ prædicto uino quod per pannũ colauit, purum potũ faciat, et illo in ipsa accessione atq; sequẽtibus nouẽ dieb. utat, ut plenius adiuuet.

Ad Pediculos.

Ad Tertianã.

De ALLIO. Cap. XLVI.

ALLIVM rectum calorẽ habet, et de fortitudine roris crescit, et uegetat, scilicet a primo somno noctis, usq; dum diescere fere incipit. Et cum maturũ est, sanis & infirmis salubrius est quã porrum. Et crudum comedi debet. quia si quis illud coqueret, quasi perditũ uinum absq; uiribus fieret. quoniam succus eius temperatus est, et rectum calorẽ habet. Nec oculis obest: nisi cum propter calorẽ eius sanguis circa oculos hominis ualde erigitur, sed postea ex hoc puri fiunt. Moderate aũt comedatur: ne sanguis in homine supra modũ incalescat. Cum uero alliũ uetus, sanus & rectus succus eius euanescit: sed si tunc cum alijs cibis temperatur, ad uires suas redit.

D

De ASCHALONIA. Cap. XLVII.

ASCHALONIA frigida & uenenosa est, & nec sano, nec infirmo ad comedendum ualet. Sed tamẽ qui eam comedere uult, prius in uinum per breuem horã ponat, & sic tam infirmus quam sanus comedat: attamen infirmo melior est modice cruda comesta, quam cocta. quia si coctam comederet, ei in uentre quosdã morsus faceret: et ideo cum eam crudã comedere uoluerit, eam prius in uino temperet, ut præfatũ est.

De PORRO. Cap. XLVIII.

PORRVM flagrantem, & uelocem, & inutilẽ calorẽ in se habet: ut uile lignũ, scilicet uirgultorũ, sepium, quod uelociter accenditur, & accensum uelociter cadit. Et sic idẽ porrũ homini inquietudinẽ in libidine facit. Et comestum crudũ, tam malũ et contrariũ est homini, sicut uenenosa & inutilis herba. quia sanguinẽ, et tabẽ, et humores hoĩs in contrariũ feruorẽ puertit, ita qd sanguis per eũ recte nõ crescit, et tabes in homine nõ minuit, & mali humores in eo nõ mundant. Sed qui porrũ crudum comedere uult, uino, sale addito, aut aceto primum imponat, ita ut in eis tam diu iaceat, usq; dum in eis sic temperetur, quod malas uires su-

as perdat. Et sic temperatum bonum est sano ad comedendum, & crudũ melius est hoc modo quam coctum. Sed infirmus nec crudum, nec coctũ ualet. Quod si tamen aliqui infirmi magnum appetitum habuerint, illud crudum temperatum modice comedant. Et medicamentis non multum congruit. quia instabili aura crescit, scilicet cũ calor auræ humiditatẽ, humiditas calorem in se habet. A

De CEPE. Cap. XLIX.

CEPE rectum calorẽ non habet, sed acutam humiditatem, & de rore illo uegetatur qui est circa ortum diei, id est, cum uires roris iam elabuntur: & crudum tam nociuũ & uenenosum est ad comedendũ, ut succus inutiliũ & macul arũ herbarum: sed coctũ ad comedendum non insanum est. quia per ignem nociua quæ in eo sunt minuuntur. Et illis qui quotidianas, aut tertianas, aut quartanas habent, seu alias febres, seu paralisim, bonum est coctum. quoniam acuta humiditas eius, ardorem & frigus illorum temperat. Illos autem qui infirmũ & debilem stomachum habent, tam coctum quam crudum dolere facit.

Ad febres, & paralisim.

De PORRO concauo. Cap. L.

DVME porrum quod cauum est, ut surrigo, priseloch, planza, & similia, nimis calidũ non est, sed temperatũ & aliquantum uinosum succum habet, & de uento & de humiditate terræ crescit. & præcipue inter alia porra minus nociuũ est, & cito digeri potest. Sanis autem crudum comestum non nocet, infirmis autem coquatur.

De CAVLE. Cap. LI.

CAVLIS, & wendelkœl, & rubeę caules humidæ naturę sunt, et in frigiditate debiles uires habent, & ideo medicamẽtis non multum conueniunt: sed succus eorum quibusdã alijs succis additus, humores soluit. Compositum autem, id est, kompest, plus frigidum quam calidum, & aliquantũ siccæ naturæ est. Et omnia hæc prædicta olera de liuore roris & aëris crescunt. & exinde quasi uiscera & uires habent: & succus eorum aliquantum inutilis est: et infirmitates in hominibus generant, & debilia uiscera uulnerant. Sed sani homines qui fortes uenas habent, nec multum pingues sunt, si hæc comederint, ea uiribus suis superare poterunt: pinguibus autem nociua sunt fere quemadmodũ infirmis. B

De VVEGGRAS. Cap. LII.

VVeggraſʒ, et suregraſʒ, et rœmesgraſʒ temperatę naturę, et tẽperati succi sunt, et sanis et infirmis sunt quasi ad medelã ad comedendũ. et nociuos humore non generant, et facile digeruntur cum sanitate.

De STVTGRAS. Cap. LIII.

STVTGRAS, quæ minora sunt, frigida in natura sua & debilia sunt, & infirmos humores in debilibus hominib. parant, & melancholiã augent: et grauia sunt ad digerendũ et contraria bonum ad comedendum. quoniam uiriditas eorum mala est.

C De STVR. Cap. LIIII.

STVR FRIGIDA est, et eam comedenti nec multũ prodest, nec multum obest, per se autem nullas fere uires habet: & quoniam sic inutilis est, alijs quibusdam herbis addita, quosdam inutiles humores expellere interdum iuuat.

De CVCVRBITA. Cap. LV.

CVCVRBITA sicca & frigida est, & de aëre crescit: & tam infirmis quam sanis ad comedendum bona est quia malos humores in hominibus non auget.

De PEPONIBVS. Cap. LVI.

PEPONES humidæ & frigidæ sunt, & de humiditate terræ crescunt, & amaritudines humorum in hominibus mouent, & infirmis ad comedendum non ualent.

De RAPA. Cap. LVII.

RAPA CALIDA est: & grauis in stomacho hominis est, sed tamen facile digeri potest. Et qui crudam comedere uult, exteriorem corticem totum auferat quam spissa sit, quia uiriditas illius hominem lædit. Sed cocta melior est quam cruda, & malos humores non D parat. Quod si aliquando malus humor in ulceribus in hominẽ exurgescit, rapam comedat, & ulcus compescitur. Sed & si quis in pectore, et in pulmone uelut ptisicus dolet, si rapam crudam, aut coctam comedit, eum in pectore & in pulmone aliquantũ grauedine sua fatigat. quia tantas uires non habet, ut magnis infirmitatibus resistat.

De RADICE. Cap. LVIII.

RADIX calida existit: sed postquam effoditur, sub terram in humido loco, aut per tres, aut per duos dies fossa ponatur: ut uiriditas eius temperetur, quatenus tanto melior ad comedendũ sit. Et co-

Ad Cerebrũ purgandum. mestum, cerebrum purgat, & noxios humores uiscerum bono calore suo & medicabili succo minuit. Nam si fortis & pinguis homo radicem comedit, eum iuuat, & interius purgat: infirmum autem & corpore aridum lædit. Sed si infirmus eam comedere uoluerit, illum supra ignitum lapidem prius exsiccet, & in puluerem redigat, & pulueri huic lucidum, uel assum sal addat, et semen fœniculi: & cum pane comedat, et fœditatem ei-

Ad flegmata. us interius purgat, & ipsum confortat. Sed qui plurimum flegma in se habet, radicem hanc puluerizet, & mel cum uino coquat, & puluerem istum inmittat, & modice infrigidatum tam pransus quam ieiunus bibat, & flegma ab eo purgat.

De RHAPHANO. Cap. LIX.

RHAPHANVM frigidum est: et cum in martio omnes herbę uirescunt, tunc etiam rhaphanum mollescit, sed tamen per breue

tempus: et tunc comestum, sanis et fortibus hominibus bonum est: quoniam uiriditatem bonorũ humorum in eis confortat. Sed postquam indurescit, & forte in cortice fuerit, periculosum est ad comedendũ, quemadmodum si quis lignum comederet, sed tantum sugat si siccum habuerit, & quod residuum est ex ore abijcit. A

Et cum raphanum uiride est, in sole siccetur, & galangam æqui ponderis addat: & qui in corde dolet, puluerem istum pransus & ieiunus cum pane comedat, & melius habebit. Sed qui dolet in pulmone, eundem puluerem aut in calido uino, uel in calida aqua ieiunus & pransus sæpe bibat, & curabitur.

Ad dolorem cordis.

Pulmonis.

DE LACTVCA. CAP. LX.

LACTVCA domestica, quæ comedi potest, ualde frigida est, & sine condimento comesta, inutili succo suo cerebrum hominis inane facit, & stomachum hominis infirmitare. unde qui eam comedere uult, primum aneto, aut aceto, aut allio condiat & temperet, ita ut breui tempore his perfusa sit antequam comedatur: & si hoc modo temperata comeditur, cerebrum confortat, & bonam digestionem parat. Si quis dolorem, seu tumorem in gingiuis patitur, lactucas accipiat: uel si eas nõ habuerit, primum nascentia folia de quercu sumat, et parum plus de ceri folio addat: & hæc modice terat, & uinũ eis addat, & ori suo imponat, & aliquamdiu in ore teneat, & iniustos humores gingiuarum expellunt.

Ad tumorem gingiuarum.

DE LACTVCA AGRESTI. CAP. LXI

AGRESTIS Lactuca eandem fere naturam habet, quã lactuca domestica. Homo autem qui agrestem lactucam crudam, aut coctam comederet, amens fieret, & in medulla sua uacuus efficeretur. qm̃ nec calida, nec frigida est, sed est ut inutilis uentus, qui fructus terræ arefacit, & nullum fructum affert. Et agrestis lactuca ista de spuma sudoris terræ crescit, & ideo inutilis est. Sed si asinus in uentre dolet, agrestem lactucam ad furfures in aqua modice calefactos inscidendo misce, et hoc sæpe fac, et curabitur. Si quis etiã scrofulas habet, antequam rumpantur, accipiat lactucam, maiorem scilicet, quę exterius alba, et interius uiridis est, et iuxta eaudam abrumpat secundum latitudinem scrofularum, et cætera abijciat, et super illud quod retinuit mel liniat, et sic per tres dies et noctes super scrofulas ponat: et cum illud exsiccatur, iterũ eodem modo superponat, et minorari incipient. B

Ad scrophulas.

DE GERLA. CAP. LXII.

GERLA calida & sicca est, & moderate comesta, nec multum iuuat, nec lædit. Sed si quis ex ea multum comederet, calor & ccitas eius febres in illo excitaret, & uiscera ipsius lęderet. Et qui in rmam cutem in facie habet, ita quod facile dehiscit; gerlam accipiat, & mortario tundat, & tritæ oleum oliuæ addat: & sic ad noctem cum in ctum se collocat, faciem suam inungat, & hoc faciat dum sanetur.

C

DE LACTVCA SILVESTRI. CAP. LXIII.

Ad libidinem frenandam.

SILVESTRIS Lactuca frigida est, et libidinem in homine extinguit. Nam uir qui in lumbis suis superfluus est, siluestres lactucas in aqua coquat, & asso balneo sedens aqua illa se perfundat, & lactucas ita coctas calidas circa lumbos suos in balneo ponat: & hoc sæpe faciat, & libidinem in eo extinguit: nec ad sanitatem corporis ei nocebit. Et si etiam mulier intumescentē matricem in libidine habet, ita quod incontinens est: & ipsa cum siluestribus lactuci assum balneum faciat, et in balneo sedens aquā in qua coctæ sunt, lapidibus ignitis superfundat, & eas calidas super umbilicum suum ponat: et hoc sæpe faciat, et libidinem ab ipsa fugabit, ita tamen, ut sanitatem eius non minuet. Sed etiam siue uir, siue mulier quę in libidine incontinens est, siluestres lactucas in sole exsiccet, et in manu sua in puluerem redigat, et in calido uino sæpe bibat: et libidinem in se extinguit absq; læsione corporis sui.

DE HERBA SINAPIS. CAP. LXIIII.

SENEF HERBA quæ in campis, et in uineis crescit, et comeditur, calida est, sed tamen instabilem calorem habet: et humida est, et in eadem humiditate indignum torporem habet. quia de uarijs turbi-

D nibus, et de diuersa aura crescit: et quamuis pauperes eandem herbam comedant, inutilis tamen ad comedendum est, quia uenenosa est, et infirmos humores in homine parat, et stomachum grauat: sed cito digeri potest. Sanos autem et macros non multum lædit, infirmis. et pinguibus nociua. Infirmos in stomacho grauat, pingues autem halitum difficulter trahere facit.

DE GRANO SINAPIS. CAP. LXV.

SINAPIS GRANVM quod molitur, ualde calidę, et aliquantum siccæ naturæ est: et in temperato calore et frigore crescit, et uires herbarum et arborum habet. quia de uento illo crescit qui poma educit, et etiam de uiriditate terræ, et inde aliquantum succi habet. Et herba eius nociua est ad comedendum, sed granum seminis eius alios cibos ad bonum gustum ducit. Infirmo autem & debili, & frigido stomacho nō ualet. quia eum grauat, & nō purgat, sed fortiť eum superat. Oculos aūt comestum siccitate sua clarificat: sed fumum in cerebro parat, & quandā acerbitatem in capite, ita quod aliquam humiditatem a capite educit, sed tamen maius malum & plus nociuum immittit, & cum dolore digestionem educit, & quasi fumum in homine facit. Vnde quilibet homo illud moderate comedat. quia infirmos lædit, sanos autem nō multum lædere potest. Qui autem sinape libenter comedit, uinum calefaciat, & ad illud fundat, & sic temperando circumferat, cum iam comedere uult, & sic comedat. quoniam hoc modo comestum, infirmos non lædit. Quod si nō habet uinum, frigidum acetum infundat.

Ad oculorū claritatem.

DE PASTINACA. CAP. LXVI.

PASTINACA frigida existit: et est refectio hominis, nec ei ad A
sanitatem multum prodest, nec ei obest, sed comesta uentrem ho-
minis tantum implet.

DE ENVLA. CAP. LXVII.

ENVLA calidæ & siccæ naturæ est, & uiriles uires habet. Et per
totum annum, tam arida, quã uiridis in uinum ponatur. Sed post-
quam in uino se contraxerit, & rugosam fecerit, uires in ea defecerunt,
tunc illa eijciatur, & noua imponatur. Et qui in pulmone dolet, hãc in
uino quotidie ante cibum, sed post cibum modice bibat, & uenenum Ad pulmonem, hemigraneam, & oculos.
de pulmone bibentis aufert: & hemigraneam præmit, & oculos purifi-
cat. Sed si quis eã frequenter sic biberet, illũ præ fortitudine sua læderet.
Quod si homo uinum nõ habet, ut eam illi imponat, cum melle et aqua
purum potum faciat, & enulam imponat, & bibat, ut prædictum est.
Homo etiam fructum ficus accipiat, & bis tantum enulæ, et modicũ
galangæ, et ex his purum potum faciat, et bibat, si in pulmone dolet, et
non de alijs infirmitatibus, et bonum est ei. Quod si cum infirmitate pul-
monis alias etiam infirmitates habet, caueat ne sic bibat. quia nimis for-
tis ipsi esset, et inde læderetur.

DE POLEIO. CAP. LXVIII.

POLEIVM suauem calorem habet, et tamen humidum est: et B
harum quindecim herbarum aliquã uirtutem in se habet, scilicet,
ztuaris, gariofyli, galangæ, zinziberi, basilicæ, cõsolidæ maioris. lungẽ
turtz, aristologię, millefolij, abrotani, polypodij, agrimonię. stur, storck
tuschnabel, bachminzæ. Et hæ herbæ omnes febribus contrariæ sunt.
Homo autem qui in cerebro dolet, ita quod inde amens efficitur: po- Cerebrum.
leium in uinum coquat, et ita calidum circa totum caput suum ponat, et
desuper panno liget, et cerebrum ad sanum calorem redibit, & iusania in
eo deprimetur. Et cui oculi caligant: succum poleij exprimat, & circa Oculos caligantes.
oculos & palpebras suas inungat, ita tamen ne oculos interius tangat, &
caliginem eorum bono calore suo fugabit. Si autem oculos interius teti-
gerit, carnem eorum uirtute sua exulcerabit. Sed & homo de felle
galli sumat, & bis tantum de succo poleij, & modicum puri uini addat,
& sic colyrium faciat, & in uasculum reponat: & si adolescens est qui in
oculis caligat, uel si senex est, moderatæ scilicet ætatis, circa oculos suos et
palpebras idem collyrium inungat, ita ꝙ modice ad oculos intret: et hoc
faciat per duodecim noctes cum dormitum uadit, & caliginem ab oculis
aufert. Poleium quoq; homo pulverizet, & puluerem istum in ace-
tum, & in mel æqualis mensuræ ponat, & ieiunus sæpe absorbeat: & sto-
machum suum purgat, & oculos suos clarificat. Sed & qui folia po-
leij cruda cum sale sæpe comedit, aut ipso solo carnibus addico: si frigidũ

G stomachum habet, eum calefacit: et si etiam ueneno perfusus est, eum bonis uiribus suis purgat & sanat.

DE PAPAVERE. CAP. LXIX.

PAPAVER frigidum est, & modicæ humidū: et grana papaueris comesta somnum afferunt, et pruriginem prohibent, et efferuentes pediculos, et lendes ex ipsis nascentes compescit: ut sic homo quietem in somno habere potest. Et eadem grana in aquam posita, et in tumorem uersa, comedi possunt: sed cruda meliora et utiliora sunt quam cocta. Oleum uero quod ex eis exprimitur, hominem non nutrit, nec reficit, nec sanitatem, nec infirmitatem ei ad plenum affert. Nam liquor eorundem granorum magis lacteus est, quam uinosus, et ideo frigidus est: quoniam cum ipsa premuntur, quod in eis magis frigidum est emittunt.

DE TANACETO. CAP. LXX.

Ad Catarrū. TANACETVM calidum existit, et contra omnes superfluentes et effluentes humores ualet. Nam qui catarrum habet, et inde tussitat: tanacetum comedat aut in sorbiciuncula, aut in tortellis, aut cum carnibus, aut aliquo alio modo, et sic cum alijs cōdimentis temperatum bono calore suo compescit humores, ne in illo supercrescant: et ita Tussim. deficiant. Et qui siccam tussim habet: cum farina et tanaceto sorbiciunculam paret, et sæpe comedat, et ariditas et interiora ulcera tussis soluentur, et sordes exscreando eijcit, et melius habebit. Sed et qui in stomacho propter diuersos et malos cibos grauitatem et ponderositatem habet: ius aliquod absq; oleribus, et alijs herbis coctum accipiat, et in illud tanacetum ponat, et denuo coquat, et coctum sæpe comedat: et stoVrinam. machum illius leuem facit, et suauem digestionem parat. Et quicunq; urinam emittere non potest, ita tamen quod a calculo nō constringitur: tanacetum tundat, et succum eius per pannum colet, et modicum uini ad Menstrua. dat, et sæpe bibat: et a constrictione urinæ soluitur. Mulier ergo quæ obstrusa menstrua patitur, et inde dolet, accipiat tanacetū, et febrifugam æquali pondere, et uullenam aliquantū plus quam unius istorum sit, et eas coquat aperto et fluente flumine, quod et sole et aëre temperatur: et tunc etiam sumat lateres, et eos in ignem ponat, et assum balneum cum prædicta aqua et herbis faciat. Cumq; hoc balneum intrauerit, super scabellum herbas calidas ponat, et desuper sedeat. Et si iterum in frigidatæ fuerint, eas iterum in prædicta aqua calefaciat. Et hoc faciat quamdiu in balneo illo sedet: ut per humores herbarum istarum, cutis et caro illius exterius et matrix interius mollificetur, et ut uenæ eius quæ clausæ sunt aperiantur. Deinde sumat rifelbire, et ad eorum tertiam partem millefolium, et rutam quasi tertiam partem millefolij, et tantum de aristologia longa ut rifelbire et millefolij est, et plurimum de dictamno, et has in

mortario trundat, & bono & puro uino in olla coquat, & coctas cum ui-
no illo in saccellū fundat, & insuper gariofyl. quantum habere potest, & A
de albo pipere minus quam gariofyl. et hæc simul terat, & satis de nouo
& recente melle, quod absq; sorde est, addat, & in optimo uino feruere fa-
ciat, & ad prædictas herbas in saccellum fundat: & ex his claretum paret:
& per singulos dies ieiuna & pransa illud bibat. Sed non in præfato bal-
neo. quoniam balneum hominem aliquantum constringit. Et sic faciat
dum soluatur. Sed interim dum præfatam constrictionem sanguinis pa-
titur, bouinas carnes, & alios grossos & fortes cibos deuitet, & suaues ci-
bos comedat, & uinum bibat. Sed interim aquam bibitura, aquam putei
bibat, & aquas salientis & fluentis fontis deuitet. quoniam alijs aquis ali-
quantum asperiores sunt.

DE ARTEMISIA. Cap. LXXI.

ARTEMISIA ualde calida est, & succus eius ualde utilis.
Et si coquitur, & in cibo sumitur, suaui calore suo infirma uiscera
sanat, & frigidum stomachum calefacit. Sed si quis comederit, aut bi-
berit unde dolet: artemisiam cum carnibus, aut cum sagimine, aut cum o-
leribus, aut in alio condimento coquat et comedat, & putredinem quam
in prioribus cibis & potibus sibi attraxit aufert et fugat. Sed et si tros-
so, & mali humores, rupte cute absq; uenenato ulcere in aliquo loco cor-
poris hominis coadunati effluunt: homo ille artemisiam accipiat, et expri-
mat, & eidem succo mel addat, ita ut succus artemisiæ mel excedat: et sic
locum doloris perungat. Mox etiam clarum de albugine o- B
ui factum superilliniat, & panno desuper liget. Et
hoc tam diu faciat dum sanetur.

DE BORITH. CAP. LXXII.

BORITH calida & humida est. Homo qui in oculis caligat,
rubeum pannum de serico accipiat, & borith confringens desu- Ad oculos caligantes.
per illiniat, & ad noctem super oculos suos ita illinitum ponat, & hoc sæ-
pe faciat, & caliginem oculorum fugabit. Quod si de eadem inunctione
oculos quicquam interius tetigerit, non eos nocebit. Si enim albus, uel ui-
ridis color in eodem serico esset, in illo succus borith deflueret, nec ui-
res suas in eo retineret. Sed et cui aures tinnierint, ita quod inde quasi
surdus est, sufficienter de borith accipiat, et super filtrum eas liniat, et su- Tinnitum aurium.
per totum collum suum, et super occiput, et usq; ad aures suas, non autē
super aures ponat et liget: et hoc sæpe faciat, et tinnitus aurium cessabit.
Et si quis in pectore dumpfet, borith in fumo aliquantū aridas faciat, et
sic sæpe comedat, et dumpfedim aliquantū compescunt: Pectus.
quamuis modice. quoniam prauos humores qui pul-
monē lędunt, etiā fugant. Sed et qui interius in
corpore per ulcera uiscerū dolet: furfures tritici tollat, et in patella cū borith.

calefaciat,& super pannum ponat,& ita calidas uentri, & umbilico suo circumponat,& curabitur.

DE HVMVLO. Cap. LXXIIII.

HVMVLVS calidus & aridus est,sed tamen modicum humiditatis habet,& ad utilitatem hominis non multum ualet, quia melancholiam crescere facit,& mentem hominis tristem parat,& uiscera eius ariditate sua grauat. Sed tamen amaritudine sua quasdã putredines in potibus phibet quibus additur,ita quod tanto diutius durare possint.

DE ZIZANIA. Cap. LXXV.

ZIZANIA calida & arida sunt, & homini ad cibum non ualent. quia inde doleret:pecoribus autem ad pastum nec prosunt, nec multum obsunt. Si quis autem in capite ulcera habet,ita tamen q̃d scabies capitis non sint:zizania tundat,& assum lardum comisceat: & cũ his ulcera quæ in capite suo sunt sæpe perungat, & ulcera illa emordent & sanant. Item qui scabiem in capite habet, zizania contundat, & eis modicum butyri addat.& cum his scabiem sæpe perungat,& curabitur. Et quem muscæ infestant,zizania ad puluerem contundat,& mel cõmisceat,& ubi multæ sunt in parietem liniat,& infirmabuntur,et cadent.

Ad ulcera capitis.

Scabiem capitis.

Muscas.

DE ROSA. Cap. LXXVI.

ROSA frigida est, & idem frigus utile temperamentum in se habet. Homo autem qui in oculis dolet, & caligat:in mane orto iam die folium rosæ oculis suis superponat, & humorem eis extrahit, & eos clarificat. Sed & qui modica ulcera in corpore suo habet,superponat rosam, et liuorem ab eis extrahit. Et qui præceps est in ira, rosam accipiat,et minus de saluia,et in puluerem terat: et in hora illa cum ita in ipso surgit, naribus suis apponat. Nam saluia consolatur,rosa lætificat. Rosa accipiatur, et ad medietatem ipsius saluia,recente quoq; aruina quæ insulsa est addita, et hæc in aqua simul coquantur, ut inde unguentum fiat: et ubi homo a crampho,uel a paralisi fatigatur, ipso unguento ibidem inungatur, et melius habebit.

Ad Oculos.

Vlcera.

Iram.

DE LILIO. Cap. LXXVII.

LILIVM frigidum existit. Si quis albam lepram in corpore suo habet,caput radicis lilij accipiat,et illud cum ueteri aruina fortiter tundat,et in patella dissoluat,et in uasculum ponat,et cum illo se frequenter inungat,prius calefacto unguento,et sanabitur. Et qui ursle chde habet,lac caprinum sæpe bibat,ut ex eo perfecte exeant: et radicem et stirpem ac folia liliorum accipiat, et ea contundat, et succum istorum exprimat,et cum aruina insimul cõmisceat,et se perungat:et dolores illos aufert.Sed tamen antequam se unguento hoc inungat, lac caprinum sæpe bibat.

Ad Lepram albam.

DE PSILLIO. Cap. LXXVIII.

Psillium frigidum est, in illa tamen frigiditate dulce temperamentum habet. Et qui illud in uino coquit, & uinum calidum bibit, fortes febres ab ipso compescit, & oppressam mentem hominis lætificat, & cerebrum eius ad sanitatem iuuat & confortat. Sed & qui febres in stomacho habet: psillium in uino coquat, et uino effuso psillium in pannum ponat, & calidum super stomachum suum liget, & febres fugabit. A

Ad febres.

DE SPICA. Cap. LXXIX.

Spica calida & sicca est, et calor eius sanus est. Qui autem spicam cum uino coquit, uel si uinum non habet, cum melle & aqua eam coquat, & ita tepidam sæpe bibat, dolorem iecoris, et pulmonis, et dampfedim, qui in pectore hominis est, mitigat, et scienuam puram facit.

DE LVNGVVRTZ. Cap. LXXX.

Lungvvrtz frigida est, & modicum arida, nec multum ad utilitatem hominis ualet. Cum mali et fœtidi humores noxium fumum ad cerebrum hominis emittunt, quod eundem fumum ad pulmonem ducit, & illum dolere facit: homo ille lungwurtz accipiat, et eam in aqua coquat, et non in uino. quia herba hæc cum uino cocta nimis fortis esset: & coctam in ollam mittat, & per septimanam bibat per pannum colatam. Et cum potus iste defecerit, iterũ alium eodem modo coquat. Ieiunus autem per singulos dies eum bibat: postquã comederit, usq; dum sanetur. Homo autem cui pulmo inflatus est, ita quod inde tussitat, et spiramen suũ uix emittit et inmittit: lunguurtz herbã in uino coquat, et illud ieiunus sæpe bibat, & sanabitur. Nam si oues eam frequenter comedunt, sanæ & pingues fiunt, nec etiam lacti earum obest. B

Ad inflationẽ pulmonis.

DE SCOLOPENDRIA. Cap. LXXXI.

Scolopendria calida existit, & humida est, et iecori, et pulmoni, & dolentibus uisceribus ualet. Vnde homo scolopendriam accipiat, & in uino fortiter coquat, & purum mel addat, & iterum simul feruere faciat: et deinde longum piper, et bis tantum cinnamomi puluerizet, et cum prædicto uino iterum semel feruere faciat, et per pannum colet, et sic luterdranck faciat: et tam pransus quam ieiunus sæpe bibat. Et potus iste iecori prodest, et pulmonem purgat, et dolentia uiscera sanat. Et iterum quilibet homo scolopendriam in feruente sole, aut super calidum laterem suauiter arefaciat, et puluerizet: et puluerem istum ieiunus et pransus in manu sua sæpe lingat, et dolorem capitis et pectoris sui compescit. Sed et homo qui ab aliquo dolore ualde et repente infirmatur, et defectum in se sentit: mox de eodem puluere in calido uino bibat, et melius habebit.

Ad pulmonẽ & iecur.

C

DE GENTIANA. Cap. LXXX.

Ad dolorem cordis.

Febres.

GENTIANA satis calida existit. Qui autem dolorem cordis ita patitur, uelut cor eius uix subsistat, gentianā puluerizet, et puluerem istum in sorbiciuncula, uel in iure comedat, & cor illius confortat. Sed & qui febrē in stomacho habet, eūdē puluerē in calido uino, & ignito chalybe calefacto sæpe bibat, et stomachus eius de febre purgabitur.

DE SERPILLO. Cap. LXXXI.

Ad Scabiem.

Cerebrum.

SERPILLVM calidū est, et temperatum. Et qui infirmas carnes corporis habet, ita q̄d caro eius uelut scabies exturgescit: serpillū aut cum carnibus, aut oleribus coctum sæpe comedat, & carnes eius interius purgabuntur. Sed & qui minutam scabiem habet, ita quod pruriginem patitur: serpillū cum recenti aruina tundat, & ex ea unguentū faciat, & cum illo inungat, & sanitatem habebit. Et cui cerebrum infirmum, & uelut uacuū est: serpillum pulnerizet, & puluerem istum farinæ similæ in aqua cōmisceat, & tortellos faciat, & eos sæpe comedat: & cerebrum eius melius habebit.

DE MARRVBIO. Cap. LXXXII.

D

Aures surdas

Guttur.

Tussim.

Viscera.

MARRVBIVM satis calidum existit, & satis de succo habet, & contra diuersas infirmitates ualet. Nam qui surdas aures habet, marrubium in aqua coquat, & eam de aqua auferat, & fumū eius calidum in aures suas ire permittat, & etiam calidum auribus & toto capiti suo circumponat, & auditum melius capiet. Et qui in gutture infirmatur, marrubium in aqua coquat, & per pannum colet, et bis tantum uini addat, & iterum in patella feruere faciat, satis sagiminis addito: & sæpe bibat, et sanabitur. Sed & qui tussim habet, fœniculū, & anetum æqualis ponderis accipiat, & tertiam partem de marrubio addat, & hæc in uino coquat, & per pannū colet: & bibat, & tussis cessabit. Et qui infirma, aut fracta uiscera habet, marrubiū cum uino satis de melle addito coquat, & coctum in olla dimittat, et infrigidatū sæpe bibat, et uiscera sanat.

DE LAVENDVLA. Cap. LXXXIII.

Ad Pediculos.

LAVENDVLA calida et arida est: quia modicum succi habet, et homini ad comedendum non ualet, sed tamen fortem odorem habet. Homo autem qui pediculos habet, si lauendulam frequenter odoret, pediculi in eo morientur. Et odor eius oculos clarificat. quia quandam uirtutem fortissimorum, et etiam utilitatem amarissimorum aromatū in se habet: et ideo etiam plurimas malas res constringit: et ex hoc maligni spiritus exterrentur.

De FOENV græco. Cap. LXXXIIII.

FOENVM græcum calidum est, et temperatum, et quandam uim fortissimorum aromatum, et quandam austeritatem amarissimo-

rum habet, & ideo multis inutilibus rebus repugnat, quod etiam mali= A
gnus spiritus abhorret & dedignantur. Si quis autem in capite dolet,
quod etiam insanire uidetur: fęnumgrecũ naribus suis apponat, & ma= Ad dolorem capitis.
lum fumum furentium humorum compescit. Homo autem qui quo=
tidianas febres habet, quæ sudorem sæpe educunt, & quæ cibum mole=
stant: gramen fęnugreci in æstate accipiat, et in hyeme semen eius tollat, Febres quotidianas.
& in uino calefaciat, & uinum illud calidum ieiunus sæpe bibat, & meli=
us habebit. Sed et qui quartanas febres habet, fęnumgrecum in aqua
coquat, & expressa aqua illud utrisq; pedibus & tibijs suis sæpe ad noctẽ Quartanas.
calidũ circumponat, & panno desuper liget, atq; idem fęnum grecum in
uino calefactum, ut supra dictum est, sæpe bibat, & sanabitur.

DE CICVTA. CAP. LXXXV.

CICVTA calida est, & periculum in se habet: ita ut si homo
eam comederet, omnia bene & recte instituta in sanguine & in
humoribus eius destrueret, & malas inundationes in eo faceret, quem=
admodum procellæ inquietudines in aqua parant, & postquam procel=
la hæc cessaret, pessimos liuores & infirmitates in homine relinqueret.
Sed ille qui contis et fustibus ualde percussus est, aut qui de altitudine
cecidit, ita quod caro & membra eius cõcitata sunt: cicutam in aqua co= B
quat, & expressa aqua illã super membra in quibus dolet ponat, & pan=
no desuper liget, & humores qui ibi collecti sunt dissipabit. Et etiam
homo qui aut de impulsu, aut iactu, aut ictu inter cutem et carnem intu=
muit: cicutam in aqua calefaciat, & eam super tumorem calidam liget, &
tumorem illum fugabit. Si autem quispiam homo in aliquo membro
suo ex aliqua infirmitate de se ipso tumet, ad tumorem istum expellen=
dum cicuta non ualet.

DE SEMPERVIVA. CAP. LXXXVI.

SEMPERVIVA frigida est, et utilis non est homini ad come=
dendum. quia pinguis naturæ est. Nam si quis surdus in auribus
est, ita quod auditu caret: lac fęminæ tollat, quæ masculum peperit cum Ad auditum.
iam decem, aut duodecim septimanæ sunt quod filium genuit, & modi=
cum plus de succo semperuiuæ lacti huic addat, & in aurem suã aut tres,
aut quatuor guttas de eodem modice immitti faciat: & hoc fieri sæpe per
mittat, & auditum recipiet.

DE BRIONIA. CAP. LXXXVII.

BRIONIA calida est, et est inutilis ad usum hominis, uelut her
ba in qua nulla utilitas est: et calor eius periculosus est, ubi in lo=
co uenenum paratur. Nam si ibi in igne incenditur, ita quod odor eius
em uenenum tangit, uires illius minuit. sicut etiam uinum uires suas
mittit, quod per noctem in cypho dimittitur. Et si in ignem mittitur, et
ut rapa assetur, et deinde ita calida ab igne tollitur, et in frusta inscida=
, odorem emittit; et odor ille si serpentem, aut rubetã tetigerit, eos ita

C lædit, quod serpens spumat, & quod rubeta inde ita dolet, quod de loco suo fugit. Sed & si odor eius hominem tetigerit, eum dolere facit, nisi rutam prius comederit. quia tam indignos & molestos humores in se habet, quod tam hominem quam prauos uermes occidit. Quod si pedes hominis per ulcera uulnerati sunt: brioniam in aqua coquat, & aqua effusa eandem herbam calidam super pedes suos ubi ulcera sunt ponat, & putredinem eorum aufert.

Ad ulcera pedum.

DE FRASICA. CAP. LXXXIX.

FRASICA frigida existit: & tam periculosum succū præ quibusdam alijs herbis habet, sicut etiam aliquis uermis peior et acerbior est quam alius. Vbi autem homo magna et eminentia ulcera in se habet, frasicam in aqua coquat, & calidam super ulcera sua ponat, & sæpe hoc faciat, & sanabitur. Si autem homo ferro uulneratus est, & si tunc frasicam hoc modo uulneri suo apponit, periculosum est ipsi. quia in superficie cutem exterius repente sanat, & tabē interius dimittit. quia facta ultera præcipitanter exterius contrahit, & sic interius lædit: nisi prius alijs bonis aromatibus & unguentis interius curentur. Sed si inter cutem & carnem hominis maculæ, aut pustulæ erumpunt: tunc frasica in aqua coquatur, & cis calida superponatur, et sanabitur. Et pecoribus similiter fiat, si talia ulcera habuerint.

DE SANICVLA. CAP. XC.

D SANICVLA calida est, & temperamentum in se habet: & succus eius suauis & sanus est, & infirmo stomacho, & infirmis uisceribus ualde bona est. Nam in æstate cum uiridis est, homo eam radicitus eradicet, & in aqua coquat, et aquam istam per pannum colet, & mel et modicum liquiricij addat: et sic purū potum faciat, & eū pransus sæpe bibat, & potus iste liuorem de stomacho aufert, & infirma uiscera sanat.

Sed & homo saniculam in sole paulatim exsiccet, ne uires eius minuantur, et siccatam moderate puluerizet, ne per totum cōminuatur: et puluerem istum ad hyemem seruet, & in hyeme uinū cum modico melle & liquiricio feruere faciat, & ei puluerem istū immittat, & pransus sæpe bibat: et liuorem a stomacho illius purgat, et dolentia uiscera ad sanitatē reducit. Qui aūt ferro uulneratus est: succū saniculæ exprimat, et eam in aquā fundat, et prāsus bibat, et uulnera eius interiꝰ purgat, et bene sanat.

Vulnera.

DE HERMODACTILO. CAP. XCI.

HERMODACTILVS frigidus & aridus est: & in eo nec salus, nec sanitas est, & nulli hominum ad comedendum ualet. Et si quis homo eum comederit, ad breue tempus caro eius inde quidem exterius crescit. quoniam interius uis eius deficit, quæ carnem aliquantum extollit quasi crescat: et quod inde etiam sæpe moritur. quoniam ipsi magis uenenum quam sanitas est. Sed si pecus hermodactilum comederit, non inde quidem morietur, sed tamen tardum et prauum inde erit.

DE FILICE. CAP. XCII.

FILIX ualde calida est, & arida, & modicum succum in se ha= A
bet: sed multam uirtutem in se tenet, & talem uirtutem, quod dia=
bolus ipsam fugit: & etiam quasdam uirtutes tenet quæ uirtuti solis assi-
milantur. quia ut sol obscura illuminat, sic ipsa fantasias fugat: et ideo ma
ligni spiritus eam dedignant. Nam in loco illo ubi crescit, diabolus illu-
siones suas raro exercet: & domum & locum in quo est, diabolus deui=
tat & abhorret: & fulgura, & tonitrua, & grauedo ibi raro cadunt. Sed
& hominem qui eam apud se portat, magica & inuocationes dæmonũ,
& diabolica uerba, et alia fantasmata deuitant. Et si etiam aliqua ima=
go secundum aliquem hominem paratur ad læsionem & amorem illius: Contra illusiones spirituum.
& si tunc ille filicem apud se habet, eum nocere non ualet. Nam homo
interdum per imaginem maledicitur, ita quod inde læditur et amens fit.
Cum enim diabolus hominem in paradiso sibi attraxit, quoddam signũ
memoriale in diabolo factum est, quod in eo usque ad nouissimum diem
permanebit. Et cum ipse per aliqua uerba, quæ pre deceptiones eius ali-
quando facta sunt, interdum ab homine aduocatur: signum hoc quod
in eo remansit tangitur, & ita ille prouocatus et illectus, multociens per
uerba illa aut hominem lædit, aut uoluntatem eius implet super quem di
cuntur. Et sicut homo bonam et malam scientiam habet, ita etiam bone
et male herbe ad hominem creatæ sunt. Succus enim filicis positus est ad
sapientiam, et in honestate naturæ est, et in significatione boni et sanctita B
tis, et ideo omnia mala et magica illam fugiunt, et deuitant. Vnde eti-
am cum mulier infantem iam parit, filix illi circumponatur, et inde in cu
nam infantis, et diabolus tanto minus ei insidiatur. In æstate quoque cũ
uiridis est, homo folia eius super oculos suos sæpe ponat, et sic dormiat, Ad oculos.
et oculos illius clarificat Sed et qui surdus est, ita quod auditu caret, se-
men filicis in panniolum liget, et in aurem in qua surdus est sæpe ponat: Surditatem.
cauens, ne in caput per aurem intret, et auditum recipiet. Et qui para=
lisim in lingua patitur, ita quod loqui nõ potest: semen filicis sub linguã Paralisim.
suam ponat, et paralisis in lingua cessabit.

DE POLYPODIO. CAP. XCIII.

POLYPODIUM calidum et siccum est. Homo qui in uis= Ad uiscera.
ceribus dolet: si macer est, et si non multum infirmatur, polypo-
dium accipiat, & secundum eius terriam partẽ saluiam ei addat, & in pul=
uerem redigat, et puluerem istum sæpe comedat, et malos humores mi=
nuit. Quod si idem homo multum infirmatur: uinum melle addito ad
ignem coquat, et per pannum colatum infrigidari permittat, et prædi-
ctum puluerem immittat, et bibat. Homo autem qui in uisce=
ribus sanus est, et qui pingues carnes corporis habet,
nec puluerem istum comedat, nec potum bibat:
ne sani humores in eo debilitentur.

C

DE HVMELA. CAP. XCIIII.

HVMELA tepidum frigus in se habet, et quendam torporem, qui luxuriam in homine excitat, et qui eum infatuat. Nam in hoīe illo qui eam comederit, aut in potu sumpserit, luxuriā parat. quemadmodum forte uinū facit cum illud homo biberit: & ideo pene ad nullam medicinam ualet. quia nec multas uires, nec sanitatem per se habet, nisi alijs herbulis aut pigmentis addatur.

DE HASELVVRTZ. CAP. XCV.

HASELVVRTZ ualde calida est, & periculosam uim in se habet, & similis tempestati: & naturam hominis magis destituit quam ei ad sanitatem prosit. Nam si homini ad comedendum daretur, qui aut acutam, aut febres haberet, aut qui a paralisi fatigaretur, maiorē dolorē ei inferret. Et si pregnans mulier eam comederet, aut moreretur, aut infantem cum periculo corporis sui abortiret.

DE HERBA AARON CAP. XCVI.

HERBA AARON nec tepida, nec nimis fortis est, sed æqualem & temperatū calorem habet. quemadmodum sol post auroram suauem calorem tenet, & ideo ad quęq; flecti potest. Et cum in aliquo homine tabes eius in nigram pustulam uertitur, in qua mors hominis est: tunc illi aut radix, aut folia herbæ huius ad comedendum detur, & pustulam illam mitigat, ita quod suauiter deficit. Sed & homo qui liuosas febres in stomacho habet, de quibus quotidianæ, tertianæ, quartanæ oriuntur: radicem herbæ aaron in puro uino coquat, & infrigescere permittat: & postea ignitum chalybem immittat, ut sic denuo calefiat, & ita calidum bibat: & febres ab eo ita aufert, ut ignis niuem defluere facit. Homo autem in quo melancholia crescit, acrem animum habet, & semper tristis est: iste uinum cum radice aaron coctum sæpe bibat, & melancholiam in ipso minuit.

Ad pustulam nigram.

D

Febres.

Melancholia.

DE STIGNO. CAP. XCVII.

STIGNVS frigus in se habet, sed tamen tædium & torporem in eodem frigore tenet: & in loco ubi crescit, diabolica suggestione aliquam partem & communionem artis suæ exercere studet. Et hæc herba periculosa est homini ad comedendum et bibendum. quia spiritum eius excutit quasi mortuus sit. Sed tamē si homo magnis ulceribus in cute & in carne sua perforatus est: accipiat modicū aruinæ anseris, et de cerino & hircino sepo quantū habere poterit, & eis guttam unam cum penna de succo stigni addat, & insimul commisceat, hoc modo unguentum faciens: & cum eodē illa magna ulcera moderate & non sæpe perungat, ne inde lædatur. Et ideo modicū de succo stigni addat. quia si ex eo multum addiderit, carnem ipsius comedet, & perforabit. Recte autem temperatum sanat, ut prædictum est.

Ad ulcera magna.

DE CARDO. CAP. XCVIII.

CARDVS niger uenenum dicitur, & repentinum calorem habet, qui carnem hominis urit: & etiam indignam humiditatem quæ eandem destituit habet. Et nulla alia utilitas in ea est, nisi ut medicinarum philosophi inuenerunt, scilicet quod contra induratū stomachū quibusdam potionibus additur, quatenus per eam inutilem, utilia medicamenta temperentur. A

DE DEVVRTZ. CAP. XCIX.

DEVVRTZ calida & arida est, & fortes uires habet, & in natura sua munda est. Si quis autem homo eam ut aliam herbam sæpe comedat, stomachum eius purgat, et caliginem oculorum aufert.

DE ESVLA. CAP. C.

ESVLA calida & sicca est, & ad multa utilis. Nam homo qui paralisim habet, uel eum in membris suis comedit, et qui etiam inquietam paralisim intrinsecus in corpore suo habet, ita ut inde pluribus & diuersis cogitationib. in se fatigeť, uelut scientia eius in ipso euanescat: iste esulā cū uino et melle coquat, & per pannū colet, & pransus et ad noctem tepidā sæpe bibat, & eandem esulam in uino coctā super pectus suū calidū ponat, & panno desuper liget, & melius habebit, si sæpe fecerit. Sed & liquiriciū, & brioniā æquo pōdere homo puluerizet, et esulę tantum quantum illorū duorū est accipiat, & cōmisceat modico lucido, aut asso sale addito, & puluerē hoc modo paratū tam ieiunus quam pransus sæpe comedat, & uocē eius serenā facit, pectus illius sanat, & uelut lucidum aërē lucidū parat, & paralisim ita deprimit & minuit, q̊d mēbra illius, eam non franguntur, et quod intelligenniā mentis suę non amittit. Ad Paralisim B

DE QVINQVEFOLIO. CAP. CI.

QVINQVEFOLIVM ualde cal. est, et succus eius modicā humiditatē habet, & contra fortes febres ualet. Vnde homo qui fories febres patiť, de quinqꝫfolio sufficienter in mortario contundat, et huic farinā similæ cū aqua cōmisceat quasi tortellū facere uelit, et eandē massam cū oleo oliuę, aut papaueris liquefaciat ut mollis fiat: et cum eo cambineū pannū illiniat, totū uentrē suū circūcingens: et dimidia die, uel nocte transacta eundē pannū auferat, et iterũ ad ignē calefaciat, et uentri suo circūponat: et sic sæpe faciens febres fugabunť, et hominē eructuare facit. Et si quis in oculis caliginē patiť: quinqꝫfoliū in purum uinū ponat, et terat, et succū eius per pannū colet, et uinū illud in æreo uasculo seruet. Et cū dormitū uadit, de ipo circa oculos suos illiniat, ita ut etiā oculos modice intret: et hoc sępe faciat, et caliginē oculorum aufert. Sed et qui regiū morbū habet: cū quinqꝫfolio, et farina similę modicos tortellos faciat, et per nouē dies ex his ieiunus comedat, et curabiť. Ad febres. Caligine oculorum. Morbum regium.

DE MANDRAGORA. CAP. CII.

MANDRAGORA calida est, et aliquantū aquosa: et de terra de qua Adā creatus est dilatata est, et propter similitudinem

C hominis, ſuggeſtio diaboli huic plus quã alijs herbis inſidiatur & adeſt. Et ideo cum de terra effoditur, mox in ſalientem fontem per diem & noctem ponat: et ſic omne malũ, et contrarius humor qui in ipſa eſt ejcit̃, ita ut amplius ad magica & ad fantaſtica non ualeat. Quod ſi aliquis uir aut per magica, aut per ardorẽ corporis ſui incontinens eſt: accipiat ſpeciem fœminæ herbę huius quæ in prædicto fonte purgata eſt, et quod in ea inter pectus et umbilicũ eſt abſcindat, & ſuper umbilicũ ſuum per tres dies & noctes ligatũ habeat: et poſtea idẽ fruſtũ in duas partes diuidat, & ſuper utrumq; ilium partem unam per tres dies & noctes ligatam teneat. Quod ſi fœmina eundem ardorẽ in corpore ſuo patitur, ſpeciem maſculi inter pectus & umbilicũ accipiat, & ſicut ſupra dictũ eſt et ipſa cum ea faciat. Sed & dextrã manum eius pulverizet, modicum de camphora addens, & puluerem iſtum comedat, et ardor ille extinguetur. Sed et qui in capite ſuo qualicunq; infirmitate dolet, de capite eiuſdem herbæ comedat quomodocunq; uelit: aut ſi in collo dolet, de collo illius: uel ſi in dorſo, de dorſo illius: aut in quocunq; membro dolet, de ſimili membro eiuſdem herbę manducet, & melius habebit. Species autem maſculi eiuſdem herbæ ad medicamenta plus quã mulieris ualet, quoniam maſculus muliere fortior eſt. Et ſi aliquis homo in natura ſua, cõplexionis huius eſt, quod triſtis et in erumnis ſemper eſt: mandragorã cũ iam de ſaliente fonte ablata, ut prædictũm eſt, in lectũ ſuum iuxta ſe ponat, ut de ſudore ſuo

D eadẽ herba incaleſcat, et ut ipſe calorẽ ſuſcipiat, & dicat. Domine, qui hominẽ de limo terræ abſq; dolore feciſti, terram iſtam quæ nunquã prę uaricata eſt, iuxta me pono, ut etiam terra mea pacem illam ſentiat ſicut eam creaſti. Quod ſi mandragorã non habet: primũ erumpentes groſſos de fago accipiat, qm̃ eandẽ naturam proſperitatis in hoc opere contra aſſiduã triſticiã cordis habẽt: ſed ita eos de ramuſculis ſuis abrũpat, ne eos frangat: & eos in lectũ ſuum iuxta ſe ponens, eadem uerba quæ prædicta ſunt ſuper eos dicat, et læticiã percipiet, et in corde ſuo medelam ſentiet. Sed et idẽ de cedro, et aſpim triſtis homo facere poterit, et curabit̃ ut præfatũ eſt.

Contra incontinentiã.

Superſtitioſum.

DE VVINDA. CAP. CIII.

VVINDA frigida eſt, nec multum utilis, nec inutilis. Si aliquis homo eam comederet, nec inde doleret, nec ei prodeſſet. Sed ſi ungues in aliquo homine ſcabiem incipiunt habere: ille uuindam contundat, & modicũ uiui argenti addat, & cõmiſceat, & ſuper ſcabioſos ungues ponat, & conſtringat: & ſic aliquamdiu faciat, & pulchri fient.

Ad ungues ſcabioſos.

DE APIAGO. CAP. CIIII.

APIAGO calida eſt, et homo qui eam comederit, in riſum libenter mouet̃, qm̃ calor eius ſplen tangit, et inde cor lætat̃. Cui albugo in oculo creſcit, eam eradicet, & ſtatim in ſalientem fontem per noctem ponat, & deinde ablatã in patella modice calefaciat, & calidam ſuper oculum in quo albugo creſcit ponat: & hoc per tres noctes faciat.

Albuginem oculorum.

&albugo euanescet.

A

DE SOLSEQVIO. CAP. CV.

SVNNENVVIRBEL calida et humida est, et in natura sua ad honorem tendit. Sed homo qui eam apud se habet, ab alijs hominibus, sicut & ille qui super alios esse appetit, ab alijs diligi non potest. Qui autem circa pectus dolet, & inde raucam uocem habet: eandē herbam, & maiorem lappā æquali pondere in puro uino coquat, & per pannum colet, & pransus et ad noctē sæpe bibat, & melius habebit. Et qui rectam digestionem non habet, eandem herbam, & maiorem lappam æquali pondere ad solem, aut super ignitum laterē exsiccet, & puluerizet, & huic pulueri secundum tertiam partem unius istorum lucidum, aut assum sal addat, et cum melle ex eo potum faciat, et pransus, et ad noctem sæpe bibat, & rectam digestionem habebit.

Ad pectus.

Digestionem.

DE LYLIM. CAP. CVI.

LYLIM ualde calida est. Et homo qui aut de splene, aut de stomacho, aut de infirmis uisceribus spiramen difficulter emittit, & inmittit, uel circa pectus suum contritus sit, ita tamen quod in pulmone nō dolet: lylim cum bona ceruisia, modico melle addito coquat, uel si ceruisiam habere non poterit, cum saliente fonte, melle addito per pannū colet: & pransus & ieiunus, et cum dormitum uadit sæpe bibat, et lenitatem & bonam eructuationē ei facit. Sed & qui infirmos humores in se habet, ex quibus flegma in ipso crescit, lylim in puro uino coquat, & poleiū in modico aceto contundat, & cum uino in quo præfata herba cocta est feruere faciat, & per pannum colet, atq; in uasculo aliquo fortiter obtegat, usq; dum infrigescat: & sic pransus & ad noctem sæpe bibat, et humores in ipso purgat, et flegma minuit, quemadmodum uuluus purgatur.

B

Ad flegma purgandum.

DE MALVA CAP. CVII.

MALVA moderatam frigiditatem in se habet, ut ros, et ut aer in mane temperatus est. Et si diuersis febribus melancholia tacta cerebrum hominis dolere facit: maluam, et bis tantum saluiæ in mortario tundat, et hęc modico oleo oliuæ aspergat, et hoc a fronte per uerticē usq; ad occiput suum ponat, et panno liget, et hoc per triduū faciat: et in his tribus diebus circa noctem, aut oleo oliuæ, aut aceto renouabit: et insuper sic faciat, usq; dum melius habeat. Vt homo uisum oculorum clarificet, supra maluam rorem quærat, uel supra windam, uel supra folia piri, uel quercus, uel fagi (quoniam hæc suauia sunt) et rorem quem in nocte, uel in mane inuenerit, cum nox clara et pura et suauis est, palpebras et alia oculorum suorum circumungat, et post hoc parumper dormiat. Sed nullus homo maluam crudam comedat, quia illi quasi quodam uenenum esset, quoniam liuosa est. Illi autem qui infirmum stomachum habet, bona est, cum iam crescere incipit cocta, et sagimine addito, quia digestionem aliquantum parat. Et pro hac necessitate infirmus

Ad uisum.

C maluam comedat, sed tamẽ moderate: sanus autem eam omnino deuitet.

DE CARDO. Cap. CVIII.

CARDVS tam lenis quam hirsutus uelocẽ calorem habet: qui tamen cito torpet, quia de terra sudat. Et sudor iste de quo herba hæc nascitur, hirsutus est: & horum nullus utilis est ad comedendum crudus. Sed tamen si cardus hirsutus coquitur, & comeditur, sanis hominibus nec multum obest, nec prodest. quia nec sanguini, nec pinguedini eius confert, sed tantum esuriem aufert. Infirmos autem tam coctus quam crudus lædit.

DE LAPPA. CAP. CIX.

LAPPA contrarium calorem aliquantum habet, & de succo et sudore terræ crescit, & utilis & inutilis est. Nam radix et stirps eius ad nullam utilitatem ualet: & folia eius tam cocta quam cruda periculosa sunt homini ad comedendum: præter illum cui calculus in corpore nascitur. Et ille folia herbæ huius optimo uino coquat, & uinũ hoc per pannum colatum tam pransus quam ieiunus calidum bibat, & calculus conteritur. Homo quoq; flores lappæ, & concham testudinis puluerizet, ut plus sit pulueris de concha, & in scabiem capitis puluerem per quindecim, aut per nouem dies proijciat, & in quinta die caput eius cum lixiuia quæ de fagineo cinere sit lauet, & sanabitur.

Ad Calculũ.

Scabiem capitis.

D

DE VEHDYSTEL. CAP. CX.

VEHDYSTEL frigiditatẽ quæ de rore est in se habet, & ualde utilis est. Si quis a stechedo in corde, seu in alio aliquo mẽbrorum suorum dolet: uehdystel accipiat, & modicũ minus de orethderselbim, & hæc in modica aqua in succum redigat, & statim in ipsa hora cum a stechedo fatigatur sic bibat, & melius habebit.

DE VRTICA. CAP. CXI.

VRTICA ualde calida est in genere suo, & nullo modo ualet ut cruda comedatur, propter asperitatem suam: sed cum nouiter de terra procedit, cocta ad cibos utilis est hominibus. quia stomachũ eorum purgat, & liuorem ab eo aufert. Et hoc facit quodlibet genus urticæ. Si de noxijs & malis humoribus qui in homine uenenosi sunt, uermes in aliquo homine excreuerint: ille succum ardentis urticæ, & succũ blandoniæ pari pondere, & succum de folijs nucis, uel de cortice eiusdẽ arboris quantum illorum duorum est accipiat, & modicum aceti, & plurimũ mellis addat: & in noua olla feruere faciat, et spumam superius abijciat: et postquam efferbuerit, de igne tollat, et per quindecim dies istud modice ieiunus bibat, sed post cibũ sufficienter: & uermes in eo morientur. Et homo qui absq; uoluntate sua obliuiosus est, urentem urticam ad succum contundat, et modicum olei oliuæ addat: et cum dormitum uadit, pectus

Ad Vermes corporis.

Ad memoriã

ftrum et timpona cum eo perungat, et hoc ſæpe faciat, et obliuio in com= A
nuetur. Et ſi feruor reumatis de naribus equi fluit, ita quod inde hou=
ſet: urentem urticam, et plus de libiſtico in aqua coque, et fumum iſtum
calidum in nares & os eius fræno impoſito tranſire permitte, & ſanabi=
tur. Quod ſi equus in uentre dolet: urentem urticam, et plus de libiſti=
co pabulo eius ſæpe commiſce, ut ſimul comedat, et ſanabitur.

DE PLANTAGINE CAP. CXII.

PLANTAGO calida et ſicca eſt. Et homo qui per parali= Ad paraliſim
ſim fatigatur: plantaginis ſuccum exprimat, et per pannum cola=
tum, aut uino, aut melle tẽperet, et bibat, et paraliſis ab eo ceſſabit. Sed Glandes.
et qui glandes in ſe habet, radicem plantaginis igne aſſet, et calidam ſuper
eas ponat, et panno liget, et melius habebit. Non autem nimium ſuper=
ponat, quia inde læderetur. Sed et qui a ſtechedo fatigatur: folia plan
taginis in aqua coquat, et calida ſuperponat ubi dolet, et curabitur.
Quod ſi aranea, aut alius uermis hominem tetigerit, aut fixerit: mox Ictum araneæ
ſucco plantaginis ungat, et curabitur. Et ſi uir, uel fœmina maleficium
comederit, aut biberit, unde ad turpem amorem accenditur: ſuccũ plan=
taginis bibat, et poſtea aliquam fortem potionem accipiat, et poſt purga
tionem leuius habebit. Si autem homini in aliquo loco os caſu frangi= Fracturam
tur: radices plantaginis in mel inſcidat, et ieiunus quotidie comedat, et oſſis.
etiam uirida folia maluæ, et quinquies plus de folijs, uel radicibus plan= B
taginis cum aqua in noua olla modice coquat, et ita calidas loco illi ubi
dolet frequenter ſuperponat, et fractum os ſanabitur.

DE MENVA. CAP. CXIII.

MENVA calida et ſicca eſt: et ſi folium eius ſuper fractum ul=
cus ponitur, uenenum extrahit, et ſanat: ſed etiam in pulmento
cocta, et comeſta, ſanat dolentia uiſcera.

DE VIOLA. CAP. CXIIII.

VIOLA eſt inter calidum et humidum, ſed præcipue tempera=
ti frigoris: et de ſuauitate et lenitate aëris creſcit. Homo enim
oleum oliuę ad ſolem, aut ad ignẽ in noua olla feruere faciat: et dum fer= Ad caliginem
uet, uiolas immittat, ut ab eis inſpiſſet, et in uitreum uas ponat, et ſeruet. oculorum.
Et ad noctem cum eodem oculos et palpebras circumungat, ita ne ocu=
los interius tangat: et caliginem eorum fugabit. Et homo qui igneos
oculos habet, et in eis caligat et dolet: ſuccũ uiolæ, et bis tantum ſucci ro=
ſarum, et ſucci fęniculi ſecundum tertiam partem roſarum accipiat, et his
modicum uini addat: et cum dormitum uadit, collyrium hoc circa oculos
ſuos ungat, cauens ne oculos interius tangat. Homo quoq; qui graui=
tatem in capite habet, aut in renibus, ſeu alicubi a paraliſi fatigatᷣ: de ſuc=
co uiolę per pannum extorqueat, et ei de hyrcino ſepo ſufficienter addat,

C et ad mediam partem sepi ueterem aruinam: et hæc in patella simul dissoluat, et sic unguentum faciat, et cum eo in capite, et alias ubi dolet, se perungat, et melius habebit.

Ad caput, cancrũ, & ulcera.

Et si quis in capite dolet, aut cuius carnes cancri comedunt, aut si quęlibet ulcera in corpore suo habet: succum uiolæ accipiat, & ad tertiam partem succi huius oleum oliuæ, & ad quantitatem succi uiolæ hircinum sepum: & hæc simul in noua olla feruere faciat, & unguentũ paret. Et qui in capite dolet, cum hoc unguento frontem in transuersum perungat, & melius habebit. Sed & ubi cancer, et alij uermes hominem comedunt: desuper ungatur, et morientur cum ex eo gustauerint.

Febres tertianas.

Et qui tertianas febres patitur: uiolam, et ad eius tertiam partem plantaginem, & pefferkraut bis tantum ut plantaginis accipiat: & herbulas istas cum aceto, aut assato sale frequenter comedat.

Melancholiã.

Sed & si quis de melancholia per molestiam mente oppressus est, & pulmo eius inde læditur: hic uiolas in puro uino coquat, & eas per pannum colet: & mel, & galangam, & liquiricium quantum uoluerit addat: & sic purum potum faciat, & bibat, & lætum illum faciet.

DE ATRIPLICE.

CAP. CXV.

D ATTRIPLEX frigida est, sed tamen aliquantum temperata: & cum alijs cocta & comesta, bonam digestionem facit.

Ad Scrophulas.

Et si in homine scrofulæ crescere incipiunt: cum attriplice, & priselouche, & hysopo pulmentum faciat, ita quod priselouches minus sit quam attriplicis, & hysopi minus quã priselouches: & istud sæpe comedat, & scrofulæ siccabuntur.

DE ASERO. CAP. CXVI.

ASERVM calidum & siccum est, & quasdam uires pigmentorum habet. Homo qui diu languet, & cui caro defecit: cum ea in aqua calefacta balneet, et in pulmento & in iure et cum carnibus cõctum sæpe comedat, & multum ei proderit. Et si quis lixiuam cum ea fecerit, & caput suum frequenter inde lauerit, multas infirmitates de capite illius fugat. Sed & cui mali humores caput fatigãt, ita quod aures eius uelut sonus aquarum tinniunt: aserum in aqua feruere faciat, & calidum capiti suo circumponat: & humores minuit, & auditum aperit.

Pectus.

Homo quoq; qui circa pectus, uel interius ulcera habet: aserum in balneo pectori suo circumponat, et melius habebit.

Pulmonem.

Quod si etiam homo quolibet dolore in pulmone dolet, et inde raucitatem uocis habet: aserum, et modicum plus de basilia, et plus de humelim quam basiliæ sic in noua olla cum aqua coquat, ita ut aqua in olla herbas istas tertia parte superexcedat, et per pannum colet. Et deinde nucem muscatam, et galangam ad tertiam partem nucis muscatæ, et de uisco piri bis tantum ut nucis muscatæ puluerizet, et puluerem istum cum optimo uino in noua

olla coquat, ita ut uinum puluerem istum in olla tertia parte superexcel- A
lat. Quod cum fecerit, denuo eundem puluerem cum uino, modico mel
le addito, faciat in olla efferuere: & aquam cum prædictis herbis coctam
uino addat, ita ut bis tantum uini sit quantum aquę. Et istud ante cibum
modice bibat: post cibum autem quantū uno halitu bibere potest, igni-
to chalybe primum calefacto.

DE ABROTANO.

CAP. CXVII.

ABROTANVM calidum et siccum est, & odor eius melan-
cholíam, & iracundiam in homine excitat, & caput fatigat.
Sed ubi prauæ maculæ, & inmunda scabies in capite hominis nasci
incipiunt: succus eius sæpius infundatur, & caput illius curabitur. Et Ad Scabiem capitis.
ubi bulim in corpore hominis eriguntur, uel ubi membrū aliquod con-
trahitur: abrotanum tundatur, & eidem loco superponatur, & etiam per
ungatur, & melius habebit. Cum autem scabies & contractio membro-
rum inmorantur, abrotanum mox auferatur. quia tunc magis lædit
quam prosit.

DE CITHYSO.

CAP. CXVIII.

B

CITHYSVS CALIDVS et siccus est, et ad pascua pecu
dum utilis, et contra caliginem oculorum. Flores cithysi oleo
oliuæ inponantur, & in illo sine coctione comminuantur: & mox palpe- Caliginem oculorum.
bræ & oculi caligantes circumungantur, & solummodo illa hora cum
oculi inungendi sunt, in præfatum oleum mittantur, et oculis perunctis
statim eijciantur. quia in oleo diu durare non possunt. Si enim homo
sæpe hoc modo fecerit, caliginem oculorum suorum fugabit.

DE ABSINTHIO.

CAP. CXIX.

ABSINTHIVM ualde calidum est, & principalis magister
contra omnes languores existit. Nam homo de succo absin- Ad dolorem capitis.
thij calido uino sufficienter infundat, & caput suum totum cum eodem
temperamento madefaciat cum dormitum uadit, et laneo pileo caput su-
um totum usq; ad mane diei tegat, et dolorem capitis fortiter deprimit.
Si enim huorlen aures hominis intrauerint, uel si alij uermes in eis cre
uerint: ille absinthium accipiat, et secundum eius mediam partem ru-
tam, et secundum mediam partem rutæ hysopum, et herbas has in aqua
coquat: et cum eas coxerit, caput suum inclinet, et fumum istum qui de
herbis istis calidis egreditur, per harundinem in aurem illam in qua non
dolet, intrare permittat: quatenus idem fumus ad aliam aurem in qua

C uermes sunt, perueniat, et fugiant. Sed et primum ipsam aurem in qua uermes sunt, cum modico melle perungat, & etiam ei modicum de ueteri aruina imponat: ut cum prædictum fumum senserint, ad dulcedinem istorũ declinent. Sed & spicam de hordeo cum granis, siue absq; granis ad ignem incendat: ut fumus ab eis egrediatur per arundinem in aurem, ut prædictum est. Hoc autem homo sæpe in die faciat: & liberabitur, aut deus eum liberare non uult. Quod si uermes aurem exierint: oleum oliuæ in nouo uase ad ignem feruere, & fumum istum in aurem in qua uermes fuerunt, transire permittat, ut ulcerata auris ungatur, & deinde cum eodem oleo infrigidato ipsam aurẽ in circumitu interius perungat: & si modicum ex eo aurem intrauerit, non nocebit. Sed & mettram in aqua coquat, & fumum in sanam aurem transire permittat, & eandem aurem manu sua comprimat, ne fumus egrediatur: & sic sæpe faciat, & sanabitur.

Ad Dentes. Homo autem qui de putrido sanguine, et purgatione cerebri in dentibus dolet: absinthium, & uerbenam æquali pondere in bono uino in noua olla coquat, & uinum istud per pannum colet, & bibat, modico zuccaro addito. Sed & herbas istas calidas cum dormitum uadit, maxillæ suæ circumponat, & panno desuper liget. Et hoc faciat dum sanetur. Et etiam succus absinthíj ad oleum oliuæ fundatur, ita ut oleum succum duabus partibus superet, et in uitreo uase ad solem calefiat, & sic

D per annum seruetur. Et cum quilibet homo circa pectus dolet, & inde

Pectus, & Latera. tussiat, cum illa perungatur: & si etiam in latere dolet, ibi inungatur: & unctio hæc eũ interius & exterius sanat. Sed & absinthium in mortario ad succũ contundatur, et sepum cerui ad ceruinam medullã addatur, ita, ut de succo bis tantum sit ut de sepo, et de sepo bis tantum ut de ceruina medulla, & sic unguentum paretur: et qui a fortissima paralisi fatigatur, quã membra illius minantur, cum eo iuxta ignem ubi dolet perungatur, & curabitur. Et cum absinthium recens est, homo succum exprimat, & uinum cum melle modice coquat, & succum illum uino huic infundat, ita ut succus uinum & mel in saporẽ superet: et istud a maio usq; ad octobrem, non omni die, sed semper tertia, et tertia die ieiunus frigidum bibat. Dolorem renum, et melancholiam compescit, oculos clarificat, cor confortat, pulmonem infirmari non permittit, stomachum calefacit, uiscera purgat, et bonam digestionem parat.

DE IUSQUIAMO. CAP. CXX.

IUSQUIAMUS frigidus est, et mollis absq; uiribus. Et si quis iusquiamum, aut oleum ex granis eius factum comederet, mortiferũ nenenũ in eo faceret. Sed ubi surim in homine sunt: succo iusquiami locum illum perfundat, & surim morientur. Oleum autem ex semine eius factum non multum utile est.

Ad Ebrietatẽ. Vt autem ebrius ad se redeat, iusquiamum in frigidam aquam ponat, & frontem, timpora, et guttur suum madefaciat, & melius habebit.

DE ORIGANO. CAP. CXXI.

A

ORIGANVM calidum & siccum est. Et si aliquis homo illud
comederet, aut biberet, lepram illi inferret, pulmonem inflaret,
et iecur eius deficere faceret. Sed qui rubeam lepram habet, siue recens,
siue inueterata sit: succum origani, & parum minus de marrubio, & de o- Ad lepram rubeam.
leo iusquiami plus quam istorum duorum sit, & modicum uini simul
commisceat, & in asso balneo cum iam exire uult, cum liquore hoc se per
fundat, & ungat: & prauos humores illius aliquantum expellit. Et post-
quam de præfato balneo exierit, mox hircino sepo ad ignem resoluto se
inungat, & in lectum se collocet, ut exsiccetur: & duriciam lepræ emollit
& sanat. Et postquam exsiccatus fuerit, tunc origanum & furfurem in pa
tella calefaciat, & post illinitionem unctionis, super ulcera lepræ ca-
lida ponat, & desuper ligamine liget, & ita per aliquam horam teneat,
dum ab ipso incalescat: & si leprosus homo hoc sæpe fecerit, absque dubio
sanabitur, nisi mors illius sit, aut nisi dominus illum curari nolit. Et qui
quotidianã febrẽ patitur: origanũ & modicũ camphoræ, et dornellę plus Febres.
quam istorum duorũ sit puluerizet, et puluerem istum in ipsa accessione
febris calido uino inmittat, et bibat, et in lectum se collocet, et sanabitur.

DE MILLEFOLIO. CAP. CXXII.

MILLEFOLIVM calidum et siccum est. Et homo qui
de fletu lachrymarum in oculis caligat: millefolium modice tun Ad oculos caligantes.
dat, et oculis ad noctem superponat, cauens ne oculos interius tangat:
et sic fere usque ad mediam noctem dimittat, et tunc auferat: hoc facto mox B
optimo et purissimo uino cilia oculorum modice circumliniat, et sic ocu-
li sanantur. Millefolium quoque discretas et subtiles uires ad uulnera ha
bet. Nam si homo percussione uulneratur, postquam uulnus uino laua-
tur, lineus pannus super illud ponatur, et millefolio in aqua modice co- Vulnera.
cto calidum super pannum illum qui super uulnus iacet, leuiter ligetur:
et sic uulneri putredinem aufert, et uulnus sanat. Et sic sæpe fiat, quamdiu
necesse fuerit: sed postquam uulnus astringi et sanari cœperit, panno ab-
iecto, millefolium uulneri superponatur, et tanto suauius et perfectius
sanabitur. Qui autem interius in corpore uulnus accępit, ita quod aut
casu fractus, aut cõstrictus interius fuerit: millefoliũ puluerizet, et pulue-
rẽ illũ in calida aqua bibat, et postquã melius habuerit eundẽ puluerẽ in
cal. uino accipiat dũ sanet. Et homo quem tertiana febris fatigat: mille-
foliũ, et bis tm̃ polypodij in suaui et bono uino coq̃t, et ꝑ pannũ colat, et Febrem tertianam.
in ipsa accessione febris uinũ hoc bibat: herbas aũt istas in uino ꝑ triduũ
dimittat, ut ab eis melius tẽperet, et sic ꝑ triduũ bibat, et si necesse fuerit ite
rum similibus nouis herbis renouet, et febrẽ istam mitigat, et sanabitur.

DE AGRIMONIA. CAP. CXXIII.

AGrimonia cal. est. Cui oculi caligãt, agrimoniã ad succũ tundat,
et super oculos suos cum dormitũ uadit ponat, cauens ne oculos
interius tangat, & caliginem aufert, et eos clarificat. Sed et in quo scien-

C tia & ſenſus euacuati ſunt:illi crines capitis abſcindantur, et agrimonia in aqua coquatᷓ, & cum aqua iſta calida caput lauetur. Et etiam eadem herba calida ſuper cor primum panno ligetur: ne cordis defectum ſentiat: & tunc ſuper frontẽ, & timpora illius calida ponatᷓ, & inſaniã ab eo aufert.

Contra inſaniam.

Ad ſtomachum.

Qui autem liuorẽ, & multũ flegma de infir̃mis uiſceribus exſcreat, & etiam infirmum ſtomachũ habet: agrimoniã in uino poſitam tam pranſus quam ieiunus ſemper bibat, & liuorem minuit, & ſtomachum calefacit. Item ut de ſaliua et exſcreatione & emunctiõe homo purgetur: ſuccum agrimoniæ, & bis tantum ſucci fœniculi accipiat, & his de ſucco ſtorckenſchnabel quantum obolus ponderat addat: deinde de galanga tantum accipiat quantum iſtorũ trium fuit, & ſtoracis quantum ſex nummi ponderant, & polypodij ad penſam duorũ nummorum: & hęc pulverizet, & puluerem iſtum cum pręfato ſucco comprimat, & ex eo pillulas ad quantitatem fabæ faciat. Poſtea de ſucco chelidoniæ maioris quantum quarta pars nummi penſat, ſuſcipiat, & in illo pillulas intingat, & ad ſolem ponat ut exſiccentur. Quod ſi calorem ſolis non habuerit, in lenem uentum, & ad lenem auram ponat, ut ſuauiter exſiccetur. Cum autem homo pillulas has ſumere uoluerit, ſtomachum & uentrem ſuum agni-

D nis, uel alijs pellibus circumponat, ut calidus fiat. quoniam calor earum ſanus eſt: & non multum ad ignem accedat, ſed calore ueſtium utatur, & eas ante ſolis ortum ſumat. quia aurora eo tempore ſuauiter & lenis eſt. Et uel quinqꝫ, uel nouem pillulas accipiat, & unamquamqꝫ ſingillatim modice intingat melle, & glutiat: & cum eas ſumpſerit, modice in umbroſo loco, & non in calore ſolis deambulet, uſqꝫ ſolutionem ſentiat. Circa mediam uero diem poſtquam ſolutionem in ſe ſenſerit, uel ſi eam obdurato ſtomacho nondum habere poterit: primum ſorbiciunculam de farina ſimilæ ſorbeat: ut uiſcera per ſuauitatem ſorbiciunculæ ſanentur, uel ut induratus ſtomachus hoc modo mollificetur.

Lepram.

Si autem homo de libidine, aut incontinentia leproſus efficitur: agrimoniam, et ſecundum eius tertiam partem hyſopum, & aſeri, bis tantum ut iſtorum duorum eſt, in caldario coquat, & ex his balneum faciat, & menſtruum ſanguinem quantum habere poterit admiſceat, & balneo ſe imponat: ſed etiam de aruina anſeris accipiat, & bis tantum aruinæ gallinarum, et modicum ſtercoris gallinarum, et inde unguentũ faciat: et cum de prædicto balneo exierit, eodẽ unguento ſe perungat, et in lectum ſe recollocet. Et ſic frequenter faciat, dum ſanetur.

DE DIPTAMNO. CAP. CXXIIII.

DIPTAMNVS calidus et ſiccus eſt, & uires lapidis & ignis in ſe habet. quia ut lapis durus eſt in uiribus ſuis, & ut calorem habet in igne qui de eo egreditur: ita diptamnus uirtuoſus eſt cõtra infirmitates quibus præualet.

Cor.

Nam homo qui in corde dolet: puluerem de diptamno factum comedat, & dolor cordis compeſcitur. Sed & cum

calculus de pingui natura in homine creſcit: dictamnū puluerizet, & pul- uerem iſtum cum triticeo pane comedat, & calculum creſcere prohibet. A

Et homo in quo calculus diu creuit: puluerem dictamni in acetū mel- le mixtum ponat, & hoc ieiunus ſæpe bibat: & calculum in eo frangit. Ad calculum

Sed & ſi quis in aliquo loco membrorum ſuorum claudicare incæpe- rit: dictamnum in aqua fortiter coquat, & quod in medio uelut cor eſt ab- ijciat, & dum coquitur bis tantum huſʒmuoſʒcs addat, & urentis urticæ bis tantum ut huſʒmuoſʒes, & hęc ſimul commiſceātur. Et poſtquam co- cta fuerint, aqua modice expreſſa, calida ſuper iuncturam membri illius, & ſuper uenas in quibus claudicare incipit ponat: & hoc ſæpe faciat, & curabitur.

DE FEBRIFVGA. CAP. CXXV.

FEBRIFVGA calida eſt, & ſuauem ſuccum habet, & dolenti- bus uiſceribus ut ſuaue unguentum eſt. Et qui in uiſceribus do- let: cum aqua, & ſagimine, aut oleo coquat, & farinam ſimilæ addat, et ſic ſorbiciunculā paret, & comedat, & uiſcera ſauat. Et cum fœminę men- ſtrua habent, eandem ſorbiciunculam parēt, & comedant, & purgationē liuorum ſuauiter educit. Homo autem qui ſtechedim patitur, ſuccum febrifugæ, & butyrum uaccarum commiſceat, & ſe ubi dolet perungat, & curabitur. Viſcerum do- lorem.

DE PILOSELLA. CAP. CXXVI.

PILOSELLA frigida eſt, & comeſta cor conſortat, & malos humores qui nimium congregati ſunt, minuit. Sed homo qui pro neceſſitate comedere uult, non ſimplicem comedat. quia nimis aſpe- ra eſt: et ideo aut modicum dictamni, aut galangæ, aut zituaris addat, et comedat, et frigidos humores diſſipat. B

DE GLADIOLA. CAP. CXXVII.

GLADIOLA calida et ſicca eſt, et omnis uis eius in radice eſt. Homo enim qui minutam ſcabiem habet: ſucco foliorū gla- diolę, et aruina in maio unguentū paret, ita ut uiride appareat, et ſe illo ſę- pe perungat, et curabitur. Et qui in facie duram cutem habet, et qui pu- ſtuloſus eſt, et qui malū colorem habet: ſuccum gladiolæ in uas ad aquas ſalientium fontium, uel magnorum fluuiorum fundat, et modice calefa- ciat, et faciem ſuam lauet: et hoc ſæpe faciat, et cutem mollem et pulchrū colorē parat. Sed et qui freneticus: radicē, uel folia gladiolæ in aqua co- quat, et calida capiti ſuo circumponat, ita obdormiens: et hoc ſæpe faciat. Deinde in tenues rotunditates radicem inſcidat, in melle condiens, et fre- quenter comedat, et ſanabitur. Homo etiam qui calculo, aut difficulta- te urinę conſtringitur: radicem gladiolę cum bono uino tundat, et uinum hoc per pannū colatū calidū bibat, & calculus in eo molleſcit, et urinalia ... a aperiuntur. Contra recentem quoque lepram, homo radicem Ad Scabiem. Freneſim.

C gladiolæ tundat, & in lac asinæ ponat, sagimine quoque addito in patella fortiter cõmiscendo coquat. Et hoc facto per pañum colet. & sic unguentum fiat. Deinde lixiuia de cineribus cerlen faciat, et lixiuia ista primum corpus suum ubi lepram sentit lauet, & deinde prædicto unguento se inungat: et hoc sæpe faciat, et sanabitur.

DE EBVLO. CAP. CXXVIII.

Ebvlvs frigidus et humidus est, et naturæ hominis contrarius, ita ut si homo aliquis eum comederit, periculosum esset illi. Sed si alicuius hominis caput sonũ uelut torrẽs aqua reddiderit, capiti illius ita frigidum circumponatur, & melius habebit. Et si aliquis homo in digitis, aut in pedibus suis scabiosos ungues habet: fructus qui in ebulo nascũtur frequenter superponat, et liget, et ungues aut purgabuntur, aut eradicabuntur, & sic alij renascentur.

Ad sonitum capitis. Vngues scabiosos.

DE SOLATRO. CAP. CXXIX.

Solatrvm calidum est & siccũ. Et homo qui in corde dolet, & defectum sentit: solatrum in aqua coquat, et calidum super cor suum ponat, & melius habebit. Sed & qui in dentibus dolet: solatrum in aqua calefaciat, & cum dormitum uadit calidum super maxillam ponat, & melius habebit. Et cui pedes intumescunt: solatrum in aqua calefactum pedibus superponat, & tumor cessabit. Sed & qui in cruribus dolet: præfatam herbam in aqua satis calefaciat, & cruribus suis circumponat, & panno circumliget, & melius habebit.

Dolorem cordis. Dentes. D Tumorem pedum. Dolorem crurium.

DE RINGELLA. CAP. CXXX.

Ringella frigida et humida est, et contra uenenum ualet. Nam qui uenenum comederit, aut biberit, ringellam in aqua coquat, & super stomachum suum calidum ponat, & uenenum mollificat ut ab eo exeat. Sed & idem homo mox bonum uinum calefaciat, et ei satis de eadem herba imponat, & iterum calefaciat, et semicalidum bibat: & uenenum aut per nauseam euomendo, aut spumando de se proijcit.

Contra uenenum.

Et homo cui caput de uellim est: lardum accipiat, & illud quod in eo molle est abijciat, & hoc quod iuxta cutem in lardo durum est cum præfata herba tundat, & caput suum sæpe perungat, & uellim cadent, & caput pulchrum erit. Homo quoque qui scabiem in capite habet, flores et folia ringellæ tundat, & cum succo isto & modica aqua & farina similæ pastam paret, & eandem capiti suo circumponat, & panno ita ligatum relinquat usquedum eadem pasta scindatur: et tunc auferat, & aliam pastã simili modo paratam capiti suo circumponat, et sic per nouem dies faciat. Et quotiens pastam de capite suo aufert, totiens lixiuiam de succo ringellæ paratam habeat, caput suum lauans: & sanabitur. Sed & si boues, aut oues aliquid comederint unde repente inflantur: succus ringellę cum modica aqua in ora eorum fundatur, & inde gustent, & curabuntur. Et

Scabiem capitis.

etiam tussitant, succus sine aqua in naribus infundaẽ, et meliorabuntur. A

DE BLANDONIA. CAP. CXXXI.

BLANDONIA calida et sicca est. Homo qui debile, et triste *Ad cor debile*
cor habet: blandoniã cũ carnibus, uel piscib9, uel alijs cibis absq;
alijs herbis sæpe comedat: et cor eius confortatur, et lætificatur. Sed et
qui gutture raucus est, et in pectore dolet: blandoniam, et fœniculum *Raucedinem,*
æquali pondere in bono uino coquat, et bibat, et uocem recuperat, et *& pectus.*
pectus sanat.

DE ALENTIDIO. CAP. CXXXII.

ALENTIDIVM calidum et pingue est, et nec hominibus, nec
pecoribus comestum, aut bibitum prodest. Nam sanguinem
minuit, & tabem auget: cum eam nõ aufert. quod si aliquis eam sumpse-
rit, statim potionem purgatoriam sumat. alioquin pestis subsequetur, &
caro eius infirmabitur. Sed tamẽ qui minorem scabiem, quæ inter cu- *Scabiem.*
tem et carnem est, patitur: alentidium cum uetere aruina tundat, et se per
ungat, et cito sanabitur. Sed postquã aliquantulum sanari cœperit, amo-
do cum illa se non perungat, quoniam eum lædit. Si autẽ sanguis in
homine malis humoribus excitatus, per posteriora eius cum egestione ci- B
borum effluere cœperit: eum nõ restringat. quia purgationem ei affert.
sed si supra modũ per eum transit, alentidium oleribus & alijs bonis her-
bis addat, et cibum faciat, et eum refocillant.

DE CENTAVREA. CAP. CXXXIII.

CENTAVREA calida et sicca est. Homo cui os aliquod in *Ad fractu-*
corpore suo fractum est: centauream, uel radicem eius tundat, et *ram ossis.*
succum aut uino, aut aqua mixtum sæpe bibat, et fractum os conglutina-
tur. Et etiã eandem herbã in aqua calefaciat, et calidam loco ubi dolet
sæpe superponat, et sanabiẽ. Quem etiã paralisis ita fatigat, quod lin- *Paralisim.*
gua eius in loquendo defectum habet, et quod aliquod membrum in eo
destituitur: radicem et folia centaureę, cum nouo sepo cerui cõmisceat, et
cum farina tortellos faciat, et eos sæpe comedat, et paralisis deprimetur.
Sed et qui per totum corpus suum a paralisi fatigatur, centauream in
uinum ponat, et inde sæpe bibat, et paralisis in eo cessabit.

DE DACTILOSA. CAP. CXXXIIII.

DACTILOSA ignea est, et bonam uirtutem habet. Si em̃ *Tineas.*
tineæ cuiuslibet hominis crines minuũt, cũ radice et semine da-
lofæ lixiuiam faciat, et caput suum cum illa sæpe lauet, et tineæ morien
ur. Et si homo mente excedit, quasi nihil sciat, et quasi in extasi iaceat: *Extasin.*
men dactilosę in melle extinguatur, et sub linguam illius ponatur; et ui-
s eius cerebrũ illius ascendunt, ut cito ad mentem suam redeat. Cum
iam aliquis homo caduco morbo fatigatus cadit: semẽ dactilosæ in san- *Morbum ca-*
ine hyrundinis intingatur, et mox in farina similę ita madidum inuol- *ducum.*

C uatur, et in os cadentis ponatur, dum ita iacet, et hoc faciat quotiens per morbum hunc cadit, et tandem curabitur. Sed et qui multum flegma in capite, et circa pectus habet, et qui etiam fœtentem halitum habet: radicem dactilosæ in modicas rotulas inscidat, et his etiã de semine eius addat, et in uino feruere faciat, et moderate calidum sæpe bibat: et caput, et pectus illius purgat, et halitum, et bonum odorem habere facit. Et postquam uinum hoc biberit, aliud uinum usq; tertia uice cum eadem herba calefacere potest. Cum etiã indigesti cibi in stomacho hominis interdum coagulantur, stomachũ dolere faciunt: quapropter ille dactilosam, & ad quartam eius partem abrotanum, & quinqfolij minus quam abrotani sit ad succum tundat, & in bono & puro uino coquat, ita ut uinũ succum herbarum duabus partibus superet: & per pannum colet, & in uitreum uas, uel in nouam ollam refundat. postea uinum istud sic temperatum in sartaginem fundat, & ei ignitum chalybem, aut bis, aut ter immittat: et iterũ dum per chalybem feruere incipit, galangam, uel piretrũ tritum, & modicum piperis imponat, & ieiunus bibat. Et sic per quinq; dies ieiunus bibat, ignito chalybe tamen prius calefacto. Quod cum per quinq; dies fecerit, cum triticeo pane, et farina similæ, & cũ præfato uino ignito chalybe calefacto, sorbiciunculam faciat, uitello oui addito, absq; sagimine & oleo: & iterum per quinq; dies hæc ieiunus comedat. Quibus transactis, iterum uinum chalybe calefactum bibat, usq; dum melius D habeat. Dactilosa quoq; contra tertianas & quartanas ualet. Homo qui tertianas, aut quartanas habet, radicem dactilosæ modice tundat, & in uinum ponat, & sæpe bibat, et febres ab eo fugat. Sed & puluerem dactilosæ imponat, & ei sagimen, aut oleum papaueris addat, & sorbiciunculam faciat, & sæpe comedat, & melius habebit. Radix quoq; & folia dactilosæ inter uestes ponantur, & tineæ fugiunt, nec eas lędent.

Ad flegma, & fœtentem halitum.

Stomachum.

Febres.

Tineas.

DE PANDONIA. CAP. CXXXV.

PANDONIA calida est, & signa scientiæ hominis plus quam aliæ herbæ in se designat: & ideo fallacia & deceptio diaboli, umbras suas interdum super eam parat. Homo qui stultus & fatuus est, ita quod scientia in eo defecit: pandoniam uere ad succum tundat, et eam super pectus & cor suum ponat per totam noctem, & hoc sæpe faciat, & curabitur. Et qui a falsis somnijs fatigari solet, eandem herbam apud se in nocte habeat, & figmenta somniorũ deprimit. Mulier quę iniuste tempore multa menstrua inordinate patitur: pandoniam in uinum ponat, ut inde saporẽ habeat, & sæpe bibat, & curabitur. Sed et si quispiã uir a muliere, seu aliqua mulier a uiro ulla magica arte illusa, seu ullis fantasticis et diabolicis uerbis incantationum coniurata et aduocata fuerit, ita quod uir in amore mulieris, aut mulier in amore uiri sic incantata insanit: pandoniam quærat per quam nunquam aliquod medicamentũ, uel aliqua fantasia prius facta sit. quia si tale aliquid per eam ante factum

Insomnia.

est, amodo ad medicinam nõ ualet. Et cum eam inuenerit, folia de ea au= A
ferat, & unum folium in utrumq; foramẽ narium suorum figat, & unum
sub linguam ponat, & in utraq; manu unum teneat, et sub utrumq; pedẽ
unum ponat, & eandem herbam oculis suis fortiter inspiciat: & hoc tam
diu faciat, dum eadem folia a corpore eius in calescant: et idem sæpe faci=
at dum melius habeat, & ab insania amoris illius per uirtutem dei soluet:
ita tamen, si non comedendo, aut bibendo incitamentum amoris in cor=
pus suũ induxit. Sed et qui per magica uerba ita in amore alterius irre
titus est, siue uir, siue mulier sit: pandoniam apud se semper habeat, et me
lius habebit. Quod si in hyeme folia habere nõ poterit, radicem accipiat,
& faciat ut præfatum est. Et nullus homo pandoniam ullo modo come=
dat. quoniam si eam comederit, sensum & intellectum eius lædit, & eum
aliquantum amentem faciet.

DE CITTERVVRTZ. NIG. CAP. CXXXVI.

CITTERVVRTZ quod nigrum dicitur, calidum est. Si *Ad caput.*
aliquis homo infirmitate in capite fatigatus, sensum et intellectũ
suum perdit: citteruurtz, & ad eius tertiam partem quenelam, et seniculi
tantum ut quenelæ est simul tundat, & in patella cum uetere aruina cale=
faciat, & calidas super caput et circa collum suũ ponat: & hoc per quinq;
dies faciat in mane & ad noctem, per singulos dies calefaciens. Et post B
quintam diem lixiuiam cum cineribus de fago paret, & caput suũ lauet,
& curabitur. Quod si nondum mentem suam receperit: iterum per alios
quinq; dies, ut prædictũ est, faciat, & quamuis pestis fortis sit, fugabitur.

DE CITTERVVRTZ. AL. CAP. CXXXVII.

CITTERVVRTZ quoq; album calidũ est, et naturam ni=
gri habet: excepto, quod nigrum acerbius est albo. Iuuencu=
la autem mulier cui aliquando menstrua in recto tempore desunt: oleum *Menstrua.*
rosis impositis accipiat, & de albo citteruurtz dimidiã partem tertiæ par=
tis earundem rosarum, et hanc eidem oleo imponat: et iuxta ignem circa
umbilicum, et supra ilia fortiter et sæpe se inungat, et menstrua eius mo=
uebuntur, et soluentur. Quod si hoc modo menstrua non habuerit, præ=
fatam unctionẽ iteret, donec ueniant recto tempore. Sed et homo qui *Cor.*
in corde, et in uobin dolet: citteruurtz album, et ad eius tertiam partem
abrotanum, et minus menuæ quam abrotani sit simul tundat, et his bu=
tyrum uaccarum in maio paratum addat: et hoc unguentũ optimum est:
et cum in corde dolet, ibi se inungat: et si in uobim dolet, circa guttur se
ungat, et hoc sæpe faciat, et melius habebit.

DE BASILISCA. CAP. CXXXVIII.

BASILISCA frigida est. Homo aũt qui in lingua sua para= *Paralisim.*
lisim habet, quod loqui nõ potest, basiliscam sub linguã suam po
nat, et uerba recipiet. Sed et qui fortes febres, aut tertianas, aut quar= *Febres.*
tanas habet, basiliscam in uino coquat, melle addito, et colet, et ieiunus et

C pranſus, et ad noctem ſæpe bibat, et febres in eo ceſſabunt.

DE BIBINELLA. CAP. CXXXIX.

Cōtra illuſiones ſpirituū.

BIBINELLA frigida eſt, et ad uſus hominis non multum ualet. Sed tamē ſi homo eam in collo ſuo ſuſpenſam ſemp habet, nec ab inuocationibus dæmonum, nec a magicis uerbis, nec ullo præſtigio quod nec comedit, nec bibit illudi poterit.

DE ACOLEIA. CAP. CXL.

Scrofulas.
Flegma.
Febres.

ACOLEIA frigida eſt. Homo in quo freiſlichaz naſci incipit: acoleiam crudam comedat, & euaneſcit. In quo etiam ſcrofulæ naſci incipiunt, eandem herbā ſæpe comedat, & decreſcent. Sed & homo qui multum flegma eijcit, acoleiam in melle condiat, & ſic ſæpe comedat, & hoīem purgat. Qui aūt febrem habet, eandem herbā tundat, & colet, & eidem ſucco uinū addat, & ſæpe bibat, & melius habebit.

DE CITOCATIA. CAP. CXLI.

Purgatio lenis.

CITOCATIA frigida eſt. Nam quicunq; homo eam ſimplicem comederet, illum interius in corpore ſuo diſſiparet. Sed et qui paruam & lenem potionem ſumere uoluerit: cinnamomum, & liquiricium pari pondere puluerizet, & puluerem iſtū cum modica farina ſimilę in ſucco citocatiæ in modum fabarum inuoluat, & ad ſolem, uel ad fornacem modice calidā exſiccet, & de his in mane diei ſumat quantū quinq; nummi, aut nouem, aut quindecim ponderant, & ille leniter purgabitur.

D

DE BERVVRTZ. CAP. CXLII.

Ad febres ardentes.
Paraliſim.
Iſtericiam.

BERVVRTZ calida eſt. Et homo qui fortes & ardentes febres in ſe habet: beruurtz puluerizet, & puluerem iſtū cum pane pranſus & ieiunus ſæpe comedat, & melius habebit. Sed & qui toto corpore a paraliſi fatigatur: eundem puluerem frequenter comedat, & paraliſis in eo ceſſabit. Qui autem geleſuocht habet: radicem eiuſdem herbæ in aceto tundat, et ſic comedat, et melius habebit.

DE SAXIFRICA. CAP. CXLIII.

SAXIFRICA frigida eſt, et fortes uires habet: ad uſum autem hominis qui tenerunm corpus habet, in comeſtione nō ualet. quia corpori illius nimis fortis eſſet. Sed ubi aut in ſtomacho, aut in ueſica, aut alibi in corpore hominis liuor coagulatur et induratur uelut lapillus: ille ſemen ſaxifricæ in aqua tundat, et pranſus et non ieiunus quotidie bibat, et hoc quod in homine durum eſt frangit, et homo ille ſaluabitur. Et qui geleſuocht habet, idem ſemen in uino terat, et per modicam horam in eo iacere permittat, et pranſus ſæpe bibat, et curabitur.

DE VGERA. CAP. CXLIIII.

Ad ulcera.

VGERA ualde calida eſt, & magnum & forte ulcus frangit. Nam ugera tundatur, & modicum olei oliuæ ei addatur, & frigida ſup ulcus ponatur. Quod ſi olcū oliuæ non habuerit, modicū de

hircino ſepo addat, et in patella calefaciat, et infrigidari permittat, et ita fri A
gidam ſuper ulcus ponat, et uenenum mollificat, et ſanat. Sed et ſi rufa Ad ulcera
et exturgentia ulcera in homine ſunt, ille ugeram tundat, et ei oleum oli= magna.
uæ, aut hircinum ſepum addat, et uenenũ hoc modo extrahit. Sed cum
ulcera iam rubeſcere incæperint, ugeram abijciat, et cum oleo oliuæ, aut
hircino ſepo ligamen de canabo paret, et ſuper ulcera ponat, et ſanabunẽ.
Sed radix eius in aceto condiatur, et per noctem ponatur ſuper locum
illum ubi uuartzen creſcere incipiunt, et euaneſcent.

DE CHELIDONIA MA. CXLV.

CHELIDONIA maior ualde calida eſt. Nam tam dirum &
acre uenenum in ſe habet, quod nullam ſanitatem homini confer
re poteſt. quia ſi in una re homini daret exterius ſanitatem, in alia illi ma=
iorem infirmitatem interius afferret. Si enim quiſpiam eam comederit,
aut biberit, eum interius lædit: & ideo interdum digeſtionem, & ſolutio=
nem cum dolore & cum ſanitate facit. Qui autem aliquod inmundũ
manducauit, ſeu bibit, ſeu tetigit, unde puſtuloſus & ulceroſus in corpore
ſuo fit: ueterem aruinam ſatis de ſucco chelidoniæ in patella ſimul diſſol=
uat, & ſæpe ſe perungat, & ſanabitur.

DE EBECH. CAP. CXLVI.

EBECH frigida eſt, & homini ad comedendum inutilis. Sed et B
homo qui geelſuocht habet: ebech in patella cum hircino ſepo, aut
uetere aruina calefaciat, & calidum ſuper ſtomachũ ſuum ponat, & mox Ictericiam.
bruñcraſſim in frigidarũ aqua contundat, & bibat: & curabiẽ. Sed &
mulier quæ in iuſto tempore multa menſtrua inordinate paritur: ebech
in aqua coquat, & ſibi in femoribus, & in umbilico calidam circumpo= Menſtrua.
nat, et frigiditas illius contrario fluxui reſiſtit. Si etiam in aliquo homi=
ne interior pellicula, in qua inteſtina clauſa ſunt, aliquo caſu ſcinditur: ille
ebech, & bis tm̃ de maiore conſolida in bono uino coquat: & poſtq̃ eas
coxerit herbas, a uino ſeparet, & illi modicum pulueris de zituare facto,
& tantũ zuccari quantũ ebech fuit, & ſatis de cocto melle inmittat, & ita
rurſum modice feruere faciat, & deinde per ſaccellũ uelut purũ potũ fac
at: & poſt cibũ & ad noctẽ bibat, et hoc ſæpe faciat. Sed et herbas quæ in
præfato uino coctę ſunt, ſup locũ ubi interior pellicula rupta eſt cal. liget,
et ſciſſuras eius colligũt. Radicẽ quoq; maioris cõſolidę in minuta fruſta
inſcidat, et in uinũ ponat, ut inde ſaporẽ capiat, et hoc uinũ ſemper bibat,
(uſq; dum ſaneẽ.

DE IBISCO. CAP. CXLVII.

IBISCVM calidum et ſiccũ eſt: et contra febres ualet. Homo Febres.
qui febres habet, qualeſcunq; ſint, ibiſcum cum aceto contundat, &
mane diei ieiunus, et ad noctem bibat, et febres illę cuiuscunq; naturæ
ſint, in illo ceſſabunt. Sed et q̃ in capite dolet: ibiſcũ, et minus ſaluiæ con=
tundat, et eis modicũ olei oliuę cõmiſceat, et iuxta ignẽ in manu ſua tm̃ ca Capitis do-
lefaciat, et frõti ſuę ſolũmodo ſupponat, et obdormiat, et melius habebit. lorem.

C

DE DENEMARCHA. CAP. CXLVIII.

Ad Pleuresim.

DENEMARCHA calida est et humida. Et homo qui pleurisim patitur, aut quem fatigat uich: herbam hanc, & minus calamenti puluerizet, & cum puluere & farina & aqua tortellos in patella cum sagimine paret, & sæpe comedat, & melius habebit.

DE CALAMEMTO. CAP. CXLIX.

Scrophulas.

CALAMENTVM calidum est. Et homo qui scrophulas in collo suo habet, antequam rumpantur, calamentum puluerizet, & puluerem istum cum pane, aut in pulmento, aut in tortellis sæpe comedat, & euanescent. Quod si ruptæ fuerint, folia calamenti cruda & recentia superponantur, & scrophulæ siccabuntur.

DE KRANCHSCHNABEL. CAP. CL.

Ad cordis sanitatem.

KRANCHSCHNABEL ualde calida est. Qui autem in corde dolet, herbam istam, & minus de piretro, & nucis muscatæ minus quã piretri sit in puluerem redigat, & puluerem istum aut cum pane, aut absq; pane comedat, & melius habebit. quia optimus puluis ad sanitatem cordis. Et qui nasebo habet: eundem puluerẽ naribus suis apponat, & odorem eius in se trahat, & cito euanescet, absq; periculo hominis illius.

Tussim.

D Sed & qui tussim, & constrictionem in pectore habet: cum prædicto puluere & farina tortellos in patella paret, sagimine, aut buryro addito: & hos ieiunus & pransus sæpe comedat, & tussis leniter soluetur, & sic homo melius habebit. Sed & qui in pectore dolet, ita quod uix

Pectus. Guttur.

spirare potest, & qui in gutture dolet, ita quod uox ei subtrahitur: prædictum puluerem in calido uino bibat, & melius habebit. Et qui in

Caput.

capite dolet: pulueri isti assum, uel lucidum sal addat, & comedat, & sanabitur.

DE CONSOLIDA. CAP. CLI.

CONSOLIDA frigida est. Et si aliquod membrum in homine destructum, ulceratum, & uulneratum est: si tunc consolidã comederit, liuorem qui ibi egreditur repente insequitur, & ulcera superius in cute sanat, & non interius in carne: & hoc modo uermiculi, et quęq; sordida introrsum manebunt: cum effluere prohibentur. Et sic consolida iniusto modo, scilicet absq; temperamento aliorum pigmentorum comesta, exterius sanat, & putrida interius dimittit.

DE RVSTICA. CAP. CLII.

Ad sanitatem perpetuandã.

RVSTICA calida, in bono temperamento est. Homo autẽ qui sanus esse uult: radicẽ, & folia rusticæ puluerizet, et quantũ medietas eius pensat de puluere piretri addat, & quantũ medietas piretri ponderat tm̃ de puluere cĩnamomi cõmisceat: et puluerẽ istũ quotidie cũ pane, aut in sorbicio, aut in cal. uino bibat, & nullã magnã, uel diuturnã infirmitatẽ usq; ad mortem suam habebit. Et nullus homo puluerem

istum deuitet. quia si sanus homo illum quotidie comederit, infirmus ad longum tempus in lecto decumbens non erit: si infirmus comederit, sanus erit. Sed ut puluis iste per annum seruari possit sanus, in nouum fictile uas ponatur, & clausum cum terra tegatur, & sic uires suas retinebit. A

DE GELISIA. CAP. CLIII.

GELISIA calida & sicca est. Nam qui a paralisi fatigatur, et qui gelesuocht habet: succum gelisię uino addat, et qui paralisim habet ieiunus bibat: & qui regium morbum habet pransus sæpe bibat, & curabitur. Sed & gelisia in uino, addito melle coquatur, & homo pransus & ad noctem ex eo sæpe bibat, & eum in pectore suauem & leuē facit, stomachum purgat, & quicquid interius sordidum est minuit.

Ad Paralisim
Regium morbum.

DE GITH. CAP. CLIIII.

HERBA quæ Gith dicitur, ualde calida est. Homo autem qui in stomacho dolet, eandem herbam, & semen eius modice contundat, & in uino modico melle addito coquat, & calidum sæpe bibat, & curabitur. Qui se obseruare uult, ne in stomacho infirmetur: eundem potum sæpe frigidum bibat, & sanitatem retinebit. Sed & qui a paralisi fatigatur, eandem herbam cum semine suo contundat, & ei modicum aruinæ ursi addat, & secundum tertiam partem aruinæ oleum oliuæ apponat, & hæc omnia in aqua coquat, & unguentum faciat, & cum illo se inungat, & cutem eius ita pertransit quod paralisis cessabit. B

Stomachum

DE VERBENA. CAP. CLV.

VERBENA frigida est. Et si de ulceribus, aut uulneribus, aut de uermib. putridæ carnes in homine sunt: uerbena in aqua coquatur, & lineus pannus super putridum locum ponatur, & uerbena aqua expressa modice calida super pannum deponatur. Et postquam exsiccata fuerit, iterum alia herba hoc modo cocta superponat: & hoc tam diu fiat dum putredo illa auferatur. Quod si etiam alicui guttur intumuerit: uerbena in aqua modice calefiat, & calida super guttur illius ponatur, & hoc tamdiu fiat dum tumor ille euanescat.

Putredinem carnis.
Tumorem gutturis.

DE SATVREIA. CAP. CLVI.

SATVREIA magis est calida quam frigida. Homo autem quē paralisis fatigat, ita quod membra eius semper trement: satureiam, et minus de saluia, et iterum minus de cimino quam saluiæ sit puluerizet, et pulueres istos in potum melle conditum commisceat, et pransus sępe bibat, et melius habebit.

Paralisim.

DE MEGILANA. CAP. CLVII.

MEGILANA frigida est. Si autem in quolibet homine scrophulæ crescunt, aut pustula quę benedicta dicitꝰ, aut aliquod ulcus in quo uenenū est: hic megilanā ieiunus sępe comedat, et euanescent.

Scropbulas.

C Sed & qui caducum morbum habet: megilanam sæpe comedat, & cũ eodem morbo proiectus super terram cadit, sub linguam eius ponatur, & tanto citius surget, & leuius dolebit.

Ad morbum caducum.

DE DORNELLA. CAP. CLVIII.

DORNELLA frigida est, & cõtra febres ualet quæ de noxijs cibis oriuntur. Vnde homo qui easdem febres habet, dornellã in uino addito melle coquat: & ieiunus, & ad noctem sæpe bibat, & a febre sanabitur.

Febres.

DE CICVLA. CAP. CLIX.

CICVLA calida est. Sed si quis in capite dolet, ciculam in aqua coquat, & calidam capiti suo circumponat, & sic obdormiat, & melius habebit. Et si quis uenenum sumpserit: ciculam in uino coquat, & modicum mellis & rutæ addat: & postquam coxerit, modicum scammoneæ admisceat, & post cibum ter potum istum bibat, & uenenũ aut per nauseam, aut per secessum per eum transibit: nisi tale uenenũ sit quod illi mortem inferat. Homo etiam cuius stomachus facile infirmatur, & de cibis limosus sit: ciculam, & ad eius tertiam partem poleium, & fœniculi tantum quanta tertia pars poleij est, in bono uino coquat, modico melle addito: & post cibum & ad noctem sæpe bibat, & stomachus eius purgabitur, et appetitum comedendi habebit. Sed et si quis homo

D aliquid comederit unde dolet: de circula, & ad eius tertiam partem de leuistico, & modico cardo nigro pulmentum faciat, & hæc cum aqua salientis fontis et aceto coquat, et arso sale condiat, et sic per quinq;, aut per quatuor dies comedat, et eum sanum reddunt.

Capitis dolorem.

Venenum.

Stomachũ.

DE STORCKENSCHNABEL. CAP. CLX.

STORCKENSCHNABEL frigida est. Qui autem in corde dolet, et semper tristis est: istam herbam, et minus poleij, et rutæ minus quam poleij sit, puluerizet, et puluerem istum cum pane suo sæpe comedat: et cor eius confortabitur, et lætus erit.

Sed et qui calculum in corpore suo habet, eãdem herbam, et minus de saxifrica in aqua coquat, et colet, et postea assum balneum faciat, et illud intret: et cum aqua in qua auena cocta sit, ignitos lapides perfundat, et postquam hoc modo sudauerit, prædictam aquam in qua præfatæ herbæ coctæ sunt, calidam bibat, et calculus in eo suauiter frangetur.

Ad cor triste.

Calculum.

DE ARISTOLOCHIA. CAP. CLXI.

ARISTOLOCHIA longa calida est. Nam homo qui febres habet, cuiuscunq; naturæ sint: eandem herbam modice contundat, et dimidium picarium cum ea impleat, et bonum uinum usq; ad summitatem eius super eandem herbam fundat, et per noctem reseruet: et in ma

Febres.

nedici iterum ei uinum ſuperaddat,& ieiunus bibat: & hoc per tres,aut A
per quinq; dies faciat,& curabitur. Qui autem comeſtum cibum di- Ad digeſtionem.
gerere nõ poteſt: ſuccum ariſtolochiæ longæ ad pondus duorum num- morum accipiat, et ſuccum bibinellæ ad pondus unius nummi,et ſuccũ citocatiæ ad pondus oboli unius, et zinziber eiuſdem ponderis, et fari- nam ſimilæ ſuccis iſtis admiſceat, et tortellos ad latitudinem nummi,ſed aliquantum ſpiſſos faciat, et eos ad ſolem,uel in fornace iam fere infrigi- dato coquat. Et homo ille qui ſupradicto modo infirmatur, ſi interius ca- lidus eſt, ita quod cibus in eo exuſtus eſt, de his tortellis unum in mane diei ieiunus ſumat: uel ſi interius frigidus eſt,ita q̃ cibus in eo præ frigo- re congelatus,et compreſſus eſt,duos, aut tres tortellos in mane ieiunus accipiat. Et cibus quẽ poſtea primum comedit,ius,uel ſorbiciuncula ſit, et deinde alios bonos et ſuaues cibos; et ſic tamdiu faciat, dum ſe in ſto- macho liberatum ſentiat.

DE BENEDICTA. CAP. CLXII.

BENEDICTA calida eſt. Si autem ullus homo eam come- Libidinem incitandam.
derit, aut in potu ſumpſerit, eum ad ardorem libidinis incendit. Sed ſi quis toto corpore et in uiribus corporis ſui defecit, benedictam in aqua coquat, et calidam ſæpe bibat, et uires corporis recipiet.

DE RUBEA. CAP. CLXIII.

RUBEA frigida eſt, et contra febres ualet. Nam homo qui B
febrem habet, et faſtidiũ comedendi: rubeam in aqua modice Febrem.
coquat, et in mane diei, et ad noctem calidam bibat, et herbam ipſam ita calidam ſtomacho ſuo per breuem horã ſuperponat: et hoc per aliquot dies faciat, et febris in eo ceſſabit. Sed et qui quartanas febres patitur, rubeam, & herbam ueprium æquali pondere, et brachuurtz ter tantum ut iſtorum duorum eſt, in uino coquat. Deinde clarum & optimum ui- num infundat, et ignitum chalybem immittat: et hoc decies cum eodem uino et chalybe faciat: poſtea ſumat uinum illud quod cum prędictis her- bis coxit, et uino cui chalybem immiſit infundat, et ſimul una uice feruere faciat, et in ipſa acceſſione febris illud bibat, uſq; dum ſanetur.

DE FICARIA. CAP. CLXIIII.

FICARIA frigida eſt, et humida. Homo autem qui ardentes febres patitur: ficariam, et bis tantum de baliliſca in puro uino co- quat, et infrigidari permittat, et per ſingulos dies ieiunus ex hoc uino bi- bat, & ad noctem cum ſe collocat: et ſic faciat dum ſanetur.

DE VVEICH. CAP. CLXV

VVEICH frigida eſt, et idem frigus acutiſſimum eſt. Homo qui in corpore ſuo a qualibet paraliſi cuiuſcunq; fortitudinis ſit Paraliſim.
fatigatur: uueich in aqua fortiter coquat, et per pannum colet, herba ab- iecta. Deinde aruina uulturis, et ſecundum medietatem eius ſepum de ſtruo, uel de hirco in præfatam aquam ponat, et ſimul coquat: et ex his

C unguentum faciat, & sæpius se inungat, & paralisis cessabit.

DE HIMELSCHLVZELA. CAP. CLXVI.

HIMELSCHLVZELA calida est, et omnē uiriditatem et uirtutem suā ab acumine solis habet. Nam quędam herbę pręcipue de sole, quædam autem de luna, quædam uero de sole & de luna confortantur, sed herba hæc pręcipue de uirtute solis uires suas accipit. Vnde & melancholiam in homine compescit. Melancholia enim cum in homine surgit, eum tristem, & in moribus suis turbulentum, & uerba contra dominū proferre facit. Quod aërei spiritus uidentes, illi accurrunt, & suasionibus suis in amentiam illum moltociens euertunt. Vnde idem homo herbam hanc super carnem ad pectus, & ad cor suum ponat, quatenus ab illa incalescat: & aërei spiritus qui eum fatigant, uirtutem eiusdem herbę quam a sole accepit, dedignantes, ipsum hominē fatigare cessabūt.

Ad melancholiam.

Sed & homo qui a malis humoribus in capite ita opprimitur, ꝙ sensu suo interdum euacuatur: eandem herbam accipiat, & in uertice crinibus abrasis ponat, et ligamine liget: similiter et super pectus ponat, nec in triduo eam auferat, & ad sensus suos reducitur. Qui autem per totum corpus suum a paralisi fatigatur: eandem herbam in poculum suum ponat, ut inde saporem habeat, et frequenter bibat, et curabitur.

Paralisim.

DE BIRCHVVRTZ. CAP. CLXVII.

D BIRCHVVRTZ frigida est. Et homo qui superfluos & uenenosos humores in se habet, prædictam herbām, & bis tantū de cephania contundat, & in fictile uas ponat, & desuper bonum et clarum uinum fundat, et post cibū et ad noctem per quindecim dies, uel per amplius bibat, et ei ad annum proderit.

DE ERDTPEFFER. CAP. CLXVIII.

ERDTPEFFER frigida est. Homo autem qui febres habet, de herba ista sufficienter accipiat, et in bonum uinum per noctem unam ponat: et eandem herbam abijciat, et idem uinum ignito chalybe calefaciat, et in mane diei ieiunus bibat, et ad noctem cum se collocat: et sic faciat usq; dum sanitatem recipiat.

Febres.

DE HVOFLATHDETHA MA. CAP. CLXIX.

MAIOR huoflathdetha frigida et humida est, et ob hoc fortiter crescit. In ipso autem acumine et in frigiditate sua prauos humores extrahit, cum ulceribus superponitur. Si quis etiam scrofulas in corpore suo habet, antequā rumpantur eandem herbam iuxta caudam abrumpat, secundum latitudinem scrofularum, et cętera abijciat, et super partem illam quam retinuit mel liniat, et sic per tres dies et noctes super scrofulas ponat: et postquam exsiccata fuerit, iterum recentem eodem modo superponat, et scrofulæ minorari incipient. Quarta autem die triticeam farinam cum melle temperet, et cōmisceat, et ad latitudinem ea-

Scrofulas.

rundem scrofularum conficiat, et eis acoleiam primum superponat, et desuper prædictam mellitam massam farinæ, & sic quotidie per nouem dies faciat & ultra, dum euanescant. A

DE HUOFLATHETHA MI. CAP. CLXX.

MINOR huoflathetha calida est. Et si quis homo diuersos cibos inmoderate sumpserit, et inde iecur illius læditur & indurescit, hic eandem herbam, & bis tantum de radicibus plantaginis, & tantum müess, quod est circa uiscum piri, quantum minoris huoflathethæ in modicas inscisiones incidat, & inscisiones istas subula, aut alio minuto instrumento perforet, & in foramina ista prædictum müess infigat, & in purum uinum ponat. Sed ad pondus nummi accipiat tumorem qui aut in folio, aut in ramusculo nucis uelut faba, aut uelut pisa intumuit, & hæc in prædictum uinum mittat: & tam pransus quam ieiunus non coctum, sed tantum uino impositum bibat, & iecur curabitur. Ad Iecur.

DE PLIONIA. CAP. CLXXI.

PLIONIA frigida est. Homo autem qui a gutta paralisis frequenter concutitur, radicem pl|ioniæ modice contundat, & uino imponat, ut inde saporem habeat, & ad noctem cum se collocat bibat, & melius habebit. Paralisis.

DE SCAMPHONIA. CAP. CLXXII.

SCAMPHONIA acutum & acerbum frigus in se habet, & ad destructionem laborat. Nam cum medici potiones quas dare solent, accelerare, & ueloces facere uolunt, scamphoniam illis addunt: & inutili natura sua tam sanos quam infirmos humores ab homine expellit. Si quis autem eam simplicem homini ad comedendum, seu ad bibendum tradiderit, illum interius scindit. B

DE HUNESDARM. CAP. CLXXIII.

HUNESDARM calida est. Sed et si quispiam homo casu ceciderit, uel contis percussus fuerit, ita quod cutis eius inde uarias maculas habet: eandem herbam in aqua coquat, & aqua expressa calidam super locum casus, aut percussionis sæpe ponat, & liuores ibi collectos expellit.

DE RAZELA. CAP. CLXXIIII.

RAZELA repentinum calorem habet. Et si uermes aut carnem hominis, uel pecoris comedent: succo razelæ sal inmittat, loco illi ubi uermes carnē lædunt imponat, & eas omnino mortificat. Vermes.

DE DORTH. CAP. CLXXV.

DORTH calida est. Si quis autem profundam & prauam scabiem in capite habet: dorth in puluerem redigat, et ueteri aruinę misceat, et scabiem sæpe inungat, et putredinem illius minuit. Scabiem.

C. DE CARDO. CAP. CLXXVI.

Ad uenenum. CARDVS calida & sicca est. Sed homo qui uenenũ comedit, aut bibit, caput cardi, & radicem & folia pulverizet, & pulverem istum aut in cibo, aut in potu suo sæpe sumat, & uenenum ab eo expellit. Et si quis urschlechte in corpore suo habet: eundem puluerē recenti aruinæ cōmisceat, & cum illo se inungat, et sanabitur.

DE HERBA BRAMBERE. CAP. CLXXVII.

HERBA in qua brambere crescunt, calida est. Et si quis in lingua dolet, ita ꝙ aut intumescit, aut ulcera habet, linguam suam cum brema, seu cum modico flebotomo parumper inscidi faciat, ut liuor

Dentes. erumpat. Sed & qui in dentibus dolet, idem in gingiuis faciat, & melius habebit. Si quis autem in pulmone dolet, et in pectore tussitat: eandem herbam, et hysopi minus, & origani minus quam hysopi, et tantum pyretri, quanta medietas omnium istorū est accipiat, & his mel addens, in bono uino fortiter coquat: et postquam modicum comederit, bibat, et post plenum cibum satis ex eo bibat: et hoc sæpe faciat, et sanabitur.

Vermes. Quod si etiam uermes carnem hominis, aut pecoris comedunt: præfata herba pulverizetur, et super locum doloris ponatur, et uermes moriD entur. Si quis autem fluxum sanguinis patitur: præfatā herbam, et bis tantum de bluothuurtz modice tundat, et eas in purum uinum ponat, et inter cibum, sed non ieiunus bibat. Fructus autem qui in ea nascitur, nec sanum, nec infirmum hominem lædit.

DE HERBA IN QVA FRAGA CRESCVNT. CAP. CLXXVIII.

HERBA in qua fraga nascuntur, calida est, et ad medicinam parum ualet: fructus quoq; eius, nec sano, nec infirmo ad comedendum ualet. quia liuorem in homine parat.

DE HERBA IN QVA VVALBERE CRESCVNT. CAP. CLXXIX.

HERBA in qua uualbere nascuntur, maximum frigus in se habet, et medicamentis non multum succurrit. Fructus eius comedentem lædit, ita ꝙ vich in eo excitat.

DE SIMEZ. CAP. CLXXX.

SIMEZ frigida est. Et uermes si carnes hōis comedunt: simez per ignem pulverizet, et pulverē in locū ulceris ponat, et uermes morientur.

DE THIMO. CAP. CLXXXI.

Lepram. THIMVS calidus & siccus est. Et si quis lepram cuiuscunq; generis sit habet: thimum cum terra radicum eius in igne feruere faciat, & per hoc assum balneum sibi paret: & etiam thimum cum sibi adhærente terra in chaldario cum aqua coquat, & etiam hoc modo sibi bal-

neum paret:& hoc sæpe utatur, et prauos humores lepre minuit, aut Domino non placebit. Sed & si quis a paralisi, & a stechedo fatigatur, saluiam, & bis tantum esulæ, & ter tantũ thimi ut esulæ est, in aqua coquat, & eis hircinum sepum, & bis tantum ueteris aruinæ addat: & se iuxta ignem ubi dolet inungat, & curabitur. Et idem unguentum pediculos in homine mortificat, cum illo quis inungitur. A Ad paralisim

PHYSICAE S. HILDEGARDIS LIB. III.

De naturis & effectibus Arborum, Arbustorum, & Fruticum, fructuumq; eorundem.



ARBORVM discretio in genere. CAP. I.

ARBORES OMNES AVT CALOREM, aut frigus in se habent, quemadmodum et herbæ: sed tamen quædam arbores calidiores sunt alijs, quædam autem frigidiores. Nam domesticæ arbores quæ fertiles sunt, & quæ rectos fructus proferunt, calidiores siluestribus, & infructiferis arboribus & lignis existunt. Sed siluestres arbores quæ grandiores, & plures fructus proferunt, calidiores alijs siluestribus arboribus sunt: quę autem minutos & paucos fructus proferunt, frigidiores alijs siluestribus arboribus sunt. Arbores autem et ligna, de medulla sua uirescunt, et crescunt, sicut et homo de medulla sua uiget: & si medulla arboris læsa fuerit, arbor detrimentũ sui sentiet. B

DE ARBORE NVCIS MVSCATAE. CAP. II.

ARBOR in qua nux muscata crescit, calida est. Lignum autem & folia eius medicinæ non multũ conueniunt. Nux quoq; muscata magnum calorẽ habet, & bonũ temperamentũ in uiribus suis. Et si quis nucem muscatam comedit, cor eius aperit, et sensus eius purificat, & bonum ingenium, bono calore, & suaui uirtute sua illi infert. Homo quoq; nucem muscatam, & pari pondere cinnamomum, & modicum de gariofy... puluerizet: & cum puluere isto, & farin a similæ, & modica aqua tortellos faciat: et eos sępe comedat, et omnem amaritudinem cordis et mentis eius sedat, et obtusos sensus eius aperit, et mentẽ ipsius lętam facit, et omnes nociuos humores in eo minuit. Sed et quem paralisis in cerebro fatigat: nucem muscatam, et bis tantum galangę pulverizet, et etiam de radice gladiolæ, et plantaginis ęquali pondere modice tundat, sale addito: et ex omnibus hijs sorbiunculã faciat, et sorbeat: et hoc semel, aut bis in die faciat, usq; dum sanetur. Ad Paralisim

C DE ARBORE Cinnamomi. CAP. III.

ARBOR cuius cortex cinnamomũ est, ualde calida est. Vnde homo qui a gutta paralisis fatigatur, & qui quotidianas, tertianas, & quartanas habet: uas de chalybe factum tollat, & in illud bonũ uinum fundat: & de ligno & folijs præfatæ arboris dum fuceum in se habent imponat, & ad ignem feruere faciat, & calidum sæpe bibat, & sanabitur. Et homo cui caput grauatũ & obtusum est, ita quod flatum per nares difficulter emittit, & introrsum trahit: cinnamomum pulurizet, et eundem puluerẽ cum buccella panis sæpe comedat, aut in manu sua lingat, & noxios humores per quos caput obtusum est dissoluit.

Ad Paralisim & febres.

Caput.

DE ARBORE Piperis. CAP. IIII.

ARBOR in qua piper crescit, ualde calida est: piper quoq; ualde calidum & aridum est. Et multum comestum, hominem lædit, & pleurisim in eo parat, & bonos humores destituit. Homo autẽ qui poma, aut pira comederit, & inde dolet: mox piper comedat, & melius habebit. Sed & qui spleneticus est, & qui fastidium comedendi habet: iste piper in aliquo cibo cum pane modice comedat, & in splene melius habebit.

Splen.

D DE ARBORE Balsami. CAP. V.

ARBOR ex cuius rimulas balsamum sudat, calida est. Liquor autem, scilicet balsamum, regalis naturę, & ualde calidum & humidum est: & in tali temperamento, et tam magna cautela ad medicamenta habendũ est, uelut nobiles homines uenerari & timeri debent, ne ad iracundiam prouocentur. Homo autem qui freneticus est: modicum balsami accipiat, & ei satis de oleo oliuæ addat, & plus de medulla cerui quam olei sit: & ex his unguentum faciat, & eum eo timpora & occiput suum inungi faciat: cauẽs, ne uerticem, aut cerebrum eius tangat: & ad sanitatem sensuũ suorũ redibit. Et qui magnas febres habet in stomacho: cum eodem unguento circa stomachum suum se inungat, & febres ab eo aufert. Et qui de gutta paralisis ualde fatigatur: modicum balsami, ad paulinum, uel ad alia bona electuaria addat, & comedat, & sanabitur.

Prenesim.

Febres.

Paralisim.

DE ARBORE ligni Aloe. CAP. VI.

ARBOR ligni aloe calida est. Homo qui febres in stomacho suo habet, et qui quotidianas, seu tertianas, seu quartanas patitur, de ligno hoc in potum suum ponat, et meliorabuntur.

Febres.

DE ARBORE Myrrhæ. CAP. VII.

ARBOR ex qua myrrha sudat, calida est. Et homo qui gelsucht habet, uel qui gutta paralisis fatigatur: corticem eiusdem arboris in uinum, seu in aquam ponat, et liberabitur. Myrrha etiam calida et arida est: et homo qui in stomacho de noxijs et malis humoribus

Ictericiam, & paralisim.

dolet: myrrham accipiat, et bis tantum aloe, et quinquefolij tantum uti-
storum duorum est: et ex hijs cum noua cera emplastrum faciat, et hoc A
panno de canabo facto imponat, et super stomachum suum liget. Cum
autem magna, seu acuta febris hominem in initio inuadit: si ei tunc myr- Ad febrem.
rha in calido uino ad bibendum datur, febris ab eo cessat. Sed et quem
libido inuadit: si myrrham comedit, libidinem in eo extinguit. Sed et o- Frenandam
dor myrrhæ libidinem ab homine depellit: mentem autẽ eius opprimit, libidinem.
et tristem facit. Vnde qui myrrham apud se portare uoluerit, eam pri
mum in sole ralefaciat, et iuxta se habeat, ita ut de carne et sudore suo ca-
lefiat: et fantasmata, et magicę artes, et magica uerba, atque inuocationes dę-
moniorum per mala uerba et maleficia herbarum ab eo fugantur.

DE THVRE. CAP. VIII.

ARBOR ex qua thus sudat, calida est. thus etiam plus calidũ quã
frigidũ est, et odor eius absque igne utilis. quia oculos clarificat, et
cerebrũ purgat. Homo autẽ thus puluerizet, et pulueri huic modicum
farinæ similæ addat, et tortellos faciat, et eos ad solem exsiccet: et naribus
suis sępe apponat: ipsum confortat, oculos suos clarificat, cerebrũ eius im
plet. Sed et qui in capite dolet, ita quod caput suum scindi putat: tor- Caput.
tellum sic paratum ad utrumque timpus ponat, et panno constringat cum
se in lectũ collocat, et dolor capitis cessabit. Qui autem quotidianas fe-
bres habet, thus, et rosseminzim contundat, et super umbilicum suum sę-
pe ponat, et panno constringat, ut umbilicus eius ex hoc incalescat, et cu- B
rabitur. quia febres stomachum et iecur fatigant.

DE ARBORE Camphorę. CAP. IX.

ARBOR de qua camphora sudat, acutum et mundum frigus in
se habet, et natura eius munda est. Camphora autẽ, scilicet gum-
mi, puram frigiditatem in se habet. Quod si quispiam homo campho
ram simplicẽ comederit, mox ignis qui in homine est, a frigore illius im-
peditur, et homo inde læditur. Homo autem qui sanus esse uult: aloe
et myrrham pari pondere accipiat, et de camphora modicũ minus qnã Ad sanitatem
unius istorum sit, et cum succo wildelachdete, et farina similæ tortellos fa tuendam.
ciat, et eos in sole exsiccet, siccatos autem ut puluerem terat, et de puluere
isto in calido mellito poculo modicum ieiunus sæpe bibat: et si sanus et
fortis est, sanior et fortior mirabiliter erit: et si infirmus est, miro modo eũ
tollit et confortat, uelut sol turbidum diem illuminat.

DE CEDRO. CAP. X.

CEDRVS calida est, et aliquantum sicca. Et homo qui sple- Splen.
neticus est, de ramis, et de ligno eius dum uiride est, et dum succũ
habet contundat, et ad puluerẽ conminuat, et ex eo electuarium faciat: et
ansus ex eo modice comedat, et splen ad sanitatẽ recuperabit: sed dum
nus fuerit, inde amplius non comedat. Et qui in corpe interius infir-

C mus eſt, et putreſcit: de eodē uiridi ligno in purū uinū per noctem ponat; ut inde ſaporem habeat: et pranſus inde modice bibat, et ſanabiť. Et poſt quā ſanitatē ſenſerit, amplius idē uinū non bibat. Qui autem a uich fatigatur: fructum cedri uiridem comedat, & ſanabitur.

CE CYPRESSO. CAP. XI.

Ad Stomachum.

CYPRESSVS ualde calida eſt. Et qui in ſtomacho dolet, de ligno eius ſiue uiride, ſiue aridum ſit, modicum in uinum inſcidat, & coquat, & ieiunus ſæpe bibat, & melius habebit. Sed & qui infirmus eſt, & qui in toto corpore defecit: ramos cypreſſi in aqua coquat, & in ipſa balnea ſæpe accipiat, & ſanabitur. Et ſi quis de ligno, quod cor ipſius arboris dicitur, apud ſe ſemper portat, diabolus eum deuitat.

Quod ſi etiā aliquis homo à diabolo, uel per magica irretitus eſt: præfatum lignum quod cor dicitur, cum terebro perforet, & in fictili uaſe aquam uiui fontis tollat, & eam per idem foramen in aliud fictile uas fundat: & cum iam infundit, dicat. Ego fundo te aqua per foramen iſtud in uirtuoſa uirtute quæ Deus eſt, ut cum fortitudine quę tibi adeſt in natura tua, fluas in hominem iſtum qui in ſenſu ſuo irretitus eſt, et omnes contrarietates in eo deſtruas, et eum in rectitudinem in quam Deus eum poſuit, in recto ſenſu & ſcientia reponas. Et aquam iſtam per nouem dies ie

Superſtitioſum.

D iunus bibat, & etiam totiens hoc modo benedicatur, & melius habebit.

DE PALMA.. CAP. XII.

Ad Pleureſim.

PALMA calida eſt & humida. Homo autem qui pleuriſim habet, de cortice & de ligno & de folijs eiuſdem arboris contundat, & ſuccum exprimat, & in calido uino ſæpe bibat, & curabiť. Sed & fructum eiuſdem arboris ſæpe comedat, & pleuriſim in ipſo compeſcit.

Freneſim.

Qui autem freneticus eſt, de ligno & folijs eius in aqua coquat, & ita calida capiti ſuo circumponat, & hoc ſæpe faciat, & ſenſus ſuos recipiet.

Sed ſi quis fructum arboris huius coquit, & ita comedit: corpori ſuo fere tantam uim confert, quemadmodum panis: ſed eum in pectore facile grauat.

DE CASTANEA. CAP. XIII.

Paraliſim.

CASTANEA calida eſt. Et homo quem paraliſis fatigat: corticem, fructus, & folia huius arboris in aqua coquar, et cum eadē aqua aſſum balneum ſibi faciat, & paraliſis ceſſabit. Quod ſi peſtis pecora occidit: homo corticem præfatæ arboris contundat, & eam in aquā ponat ut inde ſaporem habeat: & inde bibant, & peſtis ab eis ceſſabit.

Sed ſi equus, aut aſinus, aut bos, aut aliud quodlibet pecus de auiditate potus aut pabuli dolorem ſibi attraxit: homo prędicta folia arboris huius in pabulo pecori huic ad comedendū præponat, et curabitur. Quod ſi etiam homo de ligno eius baculum parauerit, et in manu ſua portauerit, ut manus eius ex hoc calida ſit: uenę, et omnes uires corporis eius inde

confortantur. Et odorem eiusdem ligni homo naribus suis sæpe capi= at, et capiti ipsius sanitatem confert. Qui aūt in splene dolet: interiores nucleos istos ad ignem modice asset, et calidos sæpe comedat, et splen in= de calidum erit. Sed et qui in stomacho dolet: eosdem nucleos in aqua fortiter coquat, & coctos cōminuat, & tunc modicum farinæ cum aqua distemperet, & puluerem liquiricij, & parum minus pulueris de radice polypodij ipsi farinæ addat, & cum præfatis nucleis denuo coquat, & pa retut pulmentum, & comedat, & stomachus eius purgabitur. A Ad splen. Stomachum.

DE NESPELBAVM. CAP. XIIII.

NESPELBAVM ualde calida est. Cortex autē et folia eius medicinæ non multū conueniunt. Sed tamen homo qui quo= tidianas, seu tertianas, seu quartanas habet: radicem puluerizet, & pulue rem istum in calido uino ieiunus & pransus sæpe bibat, & curabitur. Fructus autem arboris huius sanis & infirmis hominibus utilis & bo nus est, quantum cumq; ex eo comederint. Febres.

DE FICO. CAP. XV.

FICVS calida est. Homo autem corticem, & folia eius modi= ce contundat, & in aqua ualde coquat, & aruinam ursi, & parum de butyro addat, & sic unguentum faciat: et si in capite dolet, caput suum cum eo inungat. Vel si oculi eius ulcerosi, & liuosi sunt: timpora sua per= ungat, & circuitum oculorum: cauens, ne oculos interius tangat. Et si in pectore dolet: pectus perungat, aut si in renibus, renes, et melius habebit. Sed & fructus arboris huius temperatus est, et homini sano ad comeden dum non ualet, quia facit eum mutabiles mores habere. Infirmo autem, & qui in corpore defecit, ad comedendū bonus est, usq; dum melius ha= beat. Quod si sanus homo eum comedere uult, in uino, seu in aceto pri= us condiat. Caput. Oculos ulcerosos. B

DE LAVRO. CAP. XVI.

LAVRVS calida est. Et homo qui in stomacho dolet: corti= cem, & folia lauri contundat, et succum exprimat, et per pannum colet: & cum succo, & farina tritici tortellos paret, & illos puluerizet, et cum melle & aqua potum faciat, et illi de puluere isto modicum immit= tat, & bibat: et quociens uoluerit sic faciat, et stomachum ipsius ab omni sorde purgabit, nec eum uulnerat. Homo etiam radicem, et folia eius in aqua coquat, hircino sepo addito: ex his unguentum faciens: et si in ca pite, in pectore, in latere, in dorso, aut in renibus dolet, cum eo se ungat, et melius habebit. Et si quis fructum eiusdem arboris crudum frequen ter comedit, omnes febres ab eo compescit. Et si alicui cerebrum infri gidatum est, et inde amens efficitur: baccas puluerizet, et cum farina et a= qua pastam componat, et crinibus capitis abrasis, pastam istam super to tum caput suum ponat, et cum pileo de filtro facto constringat, et obs= dormiat: et cerebro calorem infert. Sed cum pasta ista exsiccatur, iterum Ad Stoma= chum. Amentiam.

C aliam codē modo paret, et sic sæpe faciat, & sensus suos recipiet. Et qui in stomacho dolet, baccas in uino coquat, & calidum bibat: & febrem ab eo expellit. *Ad Stomachum.* *Caput.* Et qui in capite dolet, baccas modico uino infuso contundat, & cum eo totum caput suum perungat, & cum pileo tegat ut incalescat, & in lectum se deponat: & quamuis fortiter doleat, dolor cessabit.

Pulmonem. Quod si in pulmone dolet, ita quod etiam putrescit; baccas lauri pulverizet, & frequenter cum pane comedat, & curabitur. *Paralisim.* Sed & homo oleum de baccis lauri exprimat: & ubi de paralisi fatigatur, se inungat, & melius habebit. Si aūt oleo huic secundum tertiam partem eius de sauina additur, uel de succo buxi, tanto fortior erit ad sanandum. *Caliginem oculorum.* Nam cum caligo oculos occupat, oleo baccarum circumungendi sunt. Sed si oculos interius tetigerit, læduntur. Quod si homo in corde dolet: cum eo se inungat, aut si in dorso, aut in latere, & melius habebit. Et si etiā homo fętidum stomachū habet, & inmundam saliuam ejicit: cum eodem oleo, & farina tortellos paret, & comedat, et purgabitur.

DE OLIVA. CAP. XVII.

OLIVA calida est et sicca. *Ad paralisim.* Homo aūt exteriorem corticē, et folia arboris huius in aqua coquat, ueteri aruina addita unguentum faciat: et ubicunque de paralisi dolet, se inungat, et melius habebit.

Et cui stomachus infrigidatus est: corticē, et folia eius in aqua coquat, D et aquā illam per pannū colet, et minus de hartz, et minus de mirra quā de hartz sit ad ignem dissoluat, et prędicto succo addat: et sic emplastrum faciat, et in illo pannum de canabo factum intingens, super stomachum suum ponat, et curabitur. Oleum aūt de fructu arboris huius, ad comedendum nō ualet. quia si comeditur, nauseam prouocat: sed ad plurima medicamenta ualet. Nam cum oleum hoc primū paratur, ad ignem coquatur, et aut rosæ, aut uiolæ inponantur: et sic contra diuersas febres ualet. *Capitis dolorem.* Si aliquis in capite dolet, oleum oliuæ, et minus rosatæ aquæ in sartagine feruere faciat, et de fructu solatri minus quam olei sit, et de urente urtica plus quam de fructu solatri terat, et per pannū colet, et succum istū in sartaginē ad oleum fundat, et denuo feruere faciat. Quod cum fecerit, iterū colet, et in nouum fictile uas fundat. Deinde in uertice, in fronte, et in timporibus suis, quando in capite dolet, cū unguento se ungat, et cerato panno circumliget. Si aūt ulcus aliquod, seu pustula hominē acerbe dolere facit, antequā rumpatur, oleo oliuæ deliniatur. *Paralisim.* Quod si quispiā a paralisi fatigatur, rosas oleo oliuæ imponat, et se ungat, et melius habebit. Quod si crampho alicubi hominē in corpore suo lædit, cum oleo oliuæ fortiter se perungat, et melius habebit.

DE BONCITHERO. CAP. XVIII.

ARBOR in qua boncitherim crescunt calida est. *Febres.* Homo in quo quotidianę febres sunt, folia eius in uino coquat, et bibat, et curabitur. Sed et poma eius comesta febres in homine compescunt.

DE MALO. CAP. XIX.

MALVS calida et humida est. Et homo siue senex, siue iuue- A
nis sit, qui caliginem in oculis patitur: in uerno tempore ante-
quã fructus ipsius anni proferat, folia tundat, et succo huic guttas de uite Ad caliginem oculorum.
effluentes æquali mensura addat: et ad noctem cum se collocat, palpebras
et oculos ungat, cauens ne oculos interius tangat: et hoc sæpe faciat, et cla
rius uidebit. Sed et cum primæ eruptiones florum eiusdem arboris
procedunt, homo ramusculum unum absq; ferro abscisionis abrumpat,
& nouam corrigiam de corio cerui in ipsa abruptione hac et illac trahat,
ut de succo eius madida fiat, & in humidum locum ponat, quatenus suc-
cum illum plus in se sumat: & si quis de paralisi, in renibus, aut ilijs fati- Paralisim.
gatur, eadem corrigia ad nudam carnem se cingat, & melius habebit.
Homo etiam in uerno tempore terram quæ circa radicem eiusdem ar
boris est, ad ignem calefaciat, & calidã loco ubi dolet superponat, & me-
lius habebit. Sed fructus arboris istius lenis est, & facile digeri potest:
& crudus comestus, sanos homines non lædit. Cocta autem, & assa, tam
infirmis quàm sanis bona sunt: & etiam in hyeme cum corticem contra-
xerint, cruda sana sunt.

DE PIRO. CAP. XX.

PIRVS frigida est, & tam firma ad similitudinem mali, sicut ie- B
cur ad pulmonem. Si quis in pectore, & in pulmone dumphet, Pectus pulmonem.
uiscum piri pulucrizet, & pulucrem de liquiricio minoris ponderis ad-
dat: et ieiunus & pransus sæpe comedat, et melius habebit. Sed & qui
paralisim patitur, uiscum pirorum suauem gustum habentium insicisum Paralisim.
per tres dies et noctes oleo oliuæ imponat: & postea ceruini sepi bis tan-
tum ut olei ad ignem resoluat, et spicam nardi bene contritam & commi-
nutam eidem sepo per duos dies & noctes imponat: & deinde oleum cũ
uisco cui impositus fuit, fortiter contundat, et succum per pannum expri
mat, & etiam ceruinum sepum cum spica denuo resoluat. Quo facto, suc
cum uisci, & olei, & succum sepi, & spicæ in uasculum simul componat,
et secundum tertiam partem istorum laurinum oleum addat, et unguen-
tum faciat. Et ubi paralisis in homine furit, eum perungat, et fugabitur:
nisi fundamentum mortis ibi sit. Fructus aũt piri grauis, et pondero-
sus et asper est: et si quis eum crudum superflue comederit, fumum in pe-
ctore illius facit, et in iecore, et in pulmone magnas infirmitates sæpissi-
me gignit. unde qui pira comedere uult, in aqua ea coquat, uel ad ignem
asset: sed tamen cocta meliora sunt quam assa: pira aũt cocta aliquantum
comedentem grauant. quia putredinem perquirendo secum educunt.
Homo aũt pira inscidat, et nucleos eorum abijciat, et ea in aqua forti-
ter coquat et cõfringat, ut quasi puluis fiant: et postca beruurtz, et galan-
gæ minus quam beruurtz, et liquiricij minus quam galangæ, et peffer-
kraut minus quam liquiricij pulucrizet, et pulueres istos in mel modice

C calefactum proijciat, prædicta pira addat, & fortiter mouendo cõmisceat, & quotidie quantum coclear paruum capit ieiunus comedat, et pransus duo coclearia, & ad noctem tria sumat: & hoc electuarium est preciosius & utilius purissimo auro.

DE NVCE. CAP. XXI.

Ad uermem. NVX calida est. Homo ecĩ folia eiusdem arboris cum recentia sunt accipiat, & succum eorum in locum ubi uermis hoiem comedit exprimat: & hoc sæpe faciat, & moritur. Sed si uermes in stomacho hoĩs nascũtur: folia nucis, et persici æquali pondere antequã fructus in eis maturescant, super ignitũ lapidem pulverizet, et puluerem istũ aut in ouo, aut in sorbicio sæpe comedat, et morientur. Et in quo lepra Lepram. iam crescere incipit: succum eorundẽ foliorũ ueteri aruinę addat, et iuxta Paralisim. ignem se perungat, et hoc sæpe faciat, & sanabitur. Et qui a paralisi fatigatur: terrã quę circa radicem eiusdem arboris est, antequã fructus maturescat, ad ignẽ accendat, & cum illa assum balneũ faciat, & sic sæpe balneet, et paralisis fugabitur. Sed et qui multum flegma in se habet, accipiat hoc quod de nuce sudat cũ rami eius abscinduntur, siue fungus, siue alius sudor fit: & in uino cum fęniculo, & modico pefferkraut parumper coquat, & colet: et calidũ sæpe bibat, & mundabitur. Et qui profundã D & prauam scabiem in capite habet: succũ de exteriori cortice nucis quæ Scabiem. super testã est, super ulcera exprimat, et cũ cutis ex amaritudine succi in tumuerit, mox oleo oliuæ eam ungat: et hoc sæpe faciat, et scabies mundabitur. Sed nuces siue rudes, siue ueteres sint, febres in hoĩe qui multũ ex eis comederit, excitant: attamẽ sani eas superare possunt, infirmi aũt aliquantũ ab eis læduntur. Oleum aũt ab eis expressum calidũ est, et carnes comedentis pingues parat, et mentem lætam: sed flegma inde crescit.

DE QVOTANO. CAP. XXII.

QVOTANVS calidus est, & fructus eius calidus & siccus: & cum maturus est, tam infirmum quam sanum crudus comestus lædit, sed coctus, aut assus ad comedendum multum ualet. Qui multam saliuam eijcit: si ipsum fructum coctum, uel assum sæpe comederit, eum interius siccat. Si etiam ulcera in homine sunt: ho Vlcera. mo eundem fructum coquat, uel asset, & secundum tertiam eius partem millefolium, & secundum tertiam partem millefolij maluam, & hæc simul contundat, & super ulcera illa ponat, & curabuntur.

DE PERSICO. CAP. XXIII.

PERSICVS calida est. Homo cui oculi frequenter humectant: gummi de persico, uel de pruno testæ nucis imprimat, et eã ad ignitum laterẽ modice calefactam oculis circumponat, dum ab illo in calescant: et hoc semper quarta die, et semel in die faciat: ne si supra modũ Halitum fœtentem. fecerit, eos lædat. Et cui halitus male fętet: folia persici ante maturitatẽ fructus eius cõtundat, et manum plenam liquiricij, et modicum piperis,

& satis de melle, & hæc in puro uino coquat, & post cibũ, & ad noctẽ sæ
pe bibat, & halitũ illius bene olentẽ reddit. Sed & cui minuti uermicu A
lı in stomacho, & in uentre crescunt: radicẽ, et folia bacheniæ puluerizet, Ad uermes.
& huic bis tantũ de puluere foliorũ persici addat (idque fiat cum arbor
flores emittit) et in noua olla cum bono et puro uino coquat, et ieiunus &
ad noctẽ sæpe bibat: & uermes in eo morientᷣ. Homo quoq; contra do
lorẽ utriusq; lateris q̊modo cunq; ibi doleat, et cõtra dolorẽ pectoris, et pa
ralisim: folia persici, & sʒm põdus eorũ balsamitã, & secundũ tertiam par
tẽ balsamitæ basilicã, et secundũ tertiã partẽ basilicę plãtaginẽ in aqua mo
dice coquat: et deinde fortiᷣ torquẽdo per pannũ colet: postea laurinũ ole
um, & bis tantũ ceruini, uel hircini sepi, & secundũ tertiã partẽ eius uete
rem aruinã: & hæc omnia cũ prædicta aqua in patella modice calefaciat,
& sic unguentũ fiat: & deinde cum illo se in latere dolente pungat, & hoc
sępe faciat, & melius habebit. Et fructus persici fere tepidus est, & nec
sano, nec infirmo homini ad comedendũ ualet. Sed qui eundem fructum
comedere uult, corticẽ & nucleũ auferat, & quod reliquũ est in uinũ po
nat, sale, & modico pipere additis, & hoc modo paratũ non multũ lædit.
Homo etiam qui sanus esse uult, interiores, recentes nucleos persici ad
hac contundat, & per pannũ exprimat ad mensurã quinq; coclear iorum, Sanitatis con
& etiã galangę ad pondus triũ nummorũ, & liquiricumi duorũ nummo seruatio.
rum, et euforbiũ ad pondus unius oboli puluerizet, et lacti nucleorũ ad
dat: et de succo citocatię, et farina similę tortellũ paret, et eum ad solem, uel
ad fornacẽ paulatim siccet, et de tortello isto ad pondus oboli cõmisceat, B
et sic ante solis ortum ad ignẽ prius modice calefacto ad pondus quinq;
nummorũ cum cocleari ex ipso sumat, et se in lectũ ad breuem horã de
ponat: et uelut suauis potio illũ aliquantũ purgat. Et si idem homo neces
se habet, bis in mense ex eodem sumat. Et ea die qua sumit molles ci
bos comedat, et uinum bibat. Sed et qui in gutture dolet, ita quod a
liquantum constrictum est, uel quod in eo quidam malus uapor absq; ul Ad Gutturis
cere et absq; tumore est: accipiat pastam, de tritico, et gumi quod de per dolorem.
sico effluit, desuper dissoluat, et calidum super guttur suũ ad breuem ho
ram ponat: et hoc sæpe faciat, et melius habebit. Et si quis in hassadrin
dolet, ita quod supra modum constrictę, aut distentæ sunt: præfatam pa
stam eis sæpe superponat, et si nec ulcus, nec tumor ibi est, curabitur.

DE CERASO. CAP. XXIIII.

CERASVS calidus est. Sed et fructus eius temperate calidus
est, et sanum hominem in comestione non lędit: infirmum autem
aliquantũ dolere facit, si multum ex eo comederit. Homo autẽ qui tam
mala ulcera in corpore suo habet, quod etiã fere lepræ assimilantᷣ, interio Vlcera.
res nucleos cerasorũ cum recẽtes sunt, fortiter contũdat, et aruinã ursi ad
hũc dissoluat, et cõmisceat, et cum eo iuxta ignẽ se perungat, et sanabitᷣ.
Et qui in uentre torsiones habet, quas tamẽ uermes non excitant: cos
tum nucleos crudos frequentᷣ comedat, & melius habebit. Qui aũt in

C uentre uermes habet: nucleos istos in acetum ponat, et sic eos sæpe comedat, & uermes morientur. Et cui oculi rubent, & ulcerosi sunt: micas siliginei panis calidas accipiat, & gummi cerasi igne solutum super micas ponat, et deinde super oculos: et hoc sæpe faciat, et oculos sanat. Sed & si mali humores, aures hominis obstruunt, ita quod surdus efficitur: præfatum gummi ad ignem dissoluat, micis siligineis superextendat, & nocte foraminibus aurium imponat, & timporibus præfato gummi illitis: & sic sæpe faciat, & sanabitur.

Ad oculos ulcerosos, ardentes.

DE PRVNO. CAP. XXV.

Vermes.

PRVNVS calida est. Si autem uermes carnes hominis corrodunt: ille superiorē corticē, & folia pruni ad solem, aut iuxta ollam calefactam arefaciat, & puluerizet: & puluerem istum in locum doloris mittat: et cum uermes exinde moueri cœperint, acetum, & modicum mellis cōmisceat, & in eundem locum uermium fundat, & morient. Et postquam uermes mortui ceciderint, lineum pannum uino intingat, & super ulcera ponat, & putredinem extrahit, & sanabitur. Quod si aliquis homo per magica, aut per maledicta uerba amens efficitur: terram quæ circa radices arboris est ignescat: & postquā accensa fuerit, mox satis de ruta, & minus de poleio super illam ponat, ut succum & odorem eorum in D se excipiat, & eandem terram moderate calidam cum eisdem herbis capiti, & nudo uentri, & lateribus suis postquā pransus fuerit circumponat, & se in lectum deponat, et uestibus se tegat, ut cum terra illa sudet. Et hoc per quinq̧, aut per tres dies faciat, et melius habebit. Et si etiam alicui homini labia oris sui tument, aut inflauerint: aut si paralisis in eis saliendo reptat: ille cum se collocat, gummi de pruno modice calefactū, super labia cum paño liget, et hoc sæpe faciat, et dolor ille cessabit. Fructus autem arboris huius tam sano quam infirmo homini ad comedendum nociuus, et periculosus est, uelut inutilis, et neglecta herba. Nam qui sanus est, eum quidem superare poterit, infirmum autem multum lædit. Sed tamen qui aridam tussim habet, nucleos fructus istius in uinū ponat, dum aliquantum intumescant, et ita sæpe comedat, et etiam cum eodem uino sorbitium paret, et illud sumat, et cito curabitur. Omne autem genus arboris huius, siue sint russesprumin, siue garchsleni, siue krichim, et simile genus, prædictas uires in cortice, et in folijs suis, et eandem naturā in fructu suo habent, ut de arbore hac prædictū est: excepto, quod quæ maiores fructus ꝓferunt, fortiores etiā uires in se habent.

Contra incantationes.

Tussim.

DE ESCVLO. CAP. XXVI.

ESCVLVS cal. et sicca est. Homo enim terram quæ sub arbore hac circa radices eius est, in hortos suos spargat, et uiruiscellæ quæ olera corrodunt, propter molestiā eius abscedunt, nec ibi proficere possunt. Fructus enim eius sano homini nec multum prodest, comestus nec obest, infirmo autem non ualet.

DE MVLBERBOVM. CAP. XXVII.

MVLBERBOVM frigida, et in bono temperamento est. A
Homo autem qui scabiem habet: folia arboris huius in aqua Morus.
coquat, & balneet in ea, uel lauet se cum illa in asso balneo: et hoc sæpe fa- Ad Scabiem.
ciat, et sanabitur. Sed et qui uenenum aut comedendo, aut bibendo
sumpsit, de folijs eius succum exprimat, et huic modicum minus de suc- Venenum.
co absinthij addat, et simul feruere faciat: et prā sus moderate, sed tamen
sæpe bibat, et uenenum aut per nauseam exspuet, aut per eum per secess-
um transibit. Et ubertas in fructu eius est, et nec infirmos, nec sanos lędit.

DE AMYGDALO. CAP. XXVIII.

AMYGDALVS ualde calida est. Nam cui cerebrum ua-
cuum est, et facies mali coloris, et ob hoc in capite dolet: interio- Capitis dolorem.
res nucleos eiusdem fructus sæpe comedat, et melius habebit. Sed et
qui in pulmone infirmatur, et in iecore defectum habet, eosdem nucleos
crudos, uel coctos sæpe comedat, et melius habebit.

DE CORILO. CAP. XXIX.

CORILVS frigida est. Et homo primos erumpentes Scrophulas.
grossos eius in sole exsiccet, et ubi scrofulæ in homine sunt, pul-
uerem hunc inmittat, et curabitur. Masculus quoque qui diffluentem na-
turā seminis sui habet, ita quod ad prolē non germinat: hic eosdem gros- B
sos corili, et ad eorum tertiam partem erdpeffer, et quāta quarta pars est
erdpeffers tantum de uuinda sumat, et aliquantum de usitato pipere: et
hæc cum iecore iuuenis hirci qui iam maturus est ad grauandū, coquat:
additis etiā aliquantū crudis et pinguibus porcinis carnibus: et herbulis
istis abiectis, idem uir carnes has comedat, et etiā panē in aqua in qua hu-
iusmodi carnes coctæ sunt intingat, et manducet, et si hoc sæpe fecerit, ad
prolē florebit: si iustū Dei iudicium hoc fieri non prohibebit. Fructus
aūt corili, scilicet nuces quę in ea nascuntur, sanū hominem non multum
lędunt, infirmo autem oberunt.

DE SAVINA. CAP. XXX.

SAVINA cal. est. Et si uermes carnē hominis comeduut: succó
sauinæ modicū aceti addat, et in ulcera fundat, et uermes morientur. Ad uermes.
Sed et qui in pulmone dolet: succo sauinæ ad pondus medietatis eius
puluerē liquiricij imponat, et in uino coquat, modico sagimine addito:
et ita sæpe bibat, et sanabit. Si quis autē de gutta paralisis in quolibet
loco corporis sui dolet: sauinā, et ad eius tertiā partem saluiam, et ad tertiā Paralisim.
partem saluiæ storckenschnabel ad succum tundat, et succo huic butyrū;
ex eo unguentum faciat, et ubi dolet ad ignē se perungat, et curabitur.

DE BVXO. CAP. XXXI.

BVXVS calida est. Homo autem qui urslethe in corpore suo
habet: corticem et folia buxi ad succum contundat, et modicum
...nus liquiricij, et in puro uino calefaciat, et calidum sæpe bibat, et ue-
...num extra corpus illius expellit. Et mox idem homo ad prædictum

C succum arboris, modicum plus olei oliuę cõmisceat, & pennam intingat,
& cum illa circa urslcthede se leniter ungat, & hoc sæpe faciat, & sanabi-
Ad febres. tur. Et qui ex eodem ligno cyathũ, uel picariũ parat, & illi uinum in-
Oculos. fundit, ut saporem de eodem ligno capiat, & sic sæpe bibat, febres de sto-
macho eius aufert, & oculos clarificat. Sed et qui etiam baculum inde
parat, & illum in manu sæpe portat, & etiam naribus suis sæpe appo-
nit, aut odorem eius capiat, & oculos suos cum eo tangit, caro, caput, &
oculi eius tanto saniores fient.

DE ABIETE. CAP. XXXII.

ABIES calida est, & multas uires in se habet. Nam in quocun
q; loco lignum abietis est, aerei spiritus illũ odio habent, & ma-
gis deuitant quam alium locum, & maleficia & magica ibi minus uigent
Ad paralisim. & præualent quam in aliis locis. Si quis de gutta paralisis in capite do-
let, uel si in cerebro uacuus est, uel si freneticus est: de cortice, & de foliis
abietis minutissima frusta inscidat in martio & in maio, et ad medietatem
istorum saluiam addat: & hæc simul in aqua tamdiu coquat dum spissa
fiant, & butyrum quod in maio de bobus paratur addat, & unguentum
faciat. Cum eodem enim unguento præcordia sua primum perungat, ne
D de fortitudine eius in corde deficiat: & mox abrasis capillis suis, caput
Stomachum perungat, & hoc secunda, aut tertia die iterum faciat, & sanabitur. Et si
Splen. quis in stomacho, aut in splene dolet: cum eodem unguẽto primum cor,
& postea in aliis locis ubi dolet se perungat, & cito sanabitur. Et qui in
pectore dumpfet, & tussitat, & cui pulmo inflatur & putrescere incipit:
de ligno abietis cum succus in eo est in cineres incendat, cauens ne alius
cinis addatur: & cum cineribus istis bis tantum bibinellæ, et fœniculi tan
tum ut bibinellæ, et cinnamomi tantum ut tertia pars bibinellæ in bono
uino coquat, modico melle addito: et sic per saccellum colet, et purum po
Cancrum. tum faciat, et sæpe ex eo bibat, et curabitur. Sed et si cancri hominẽ co
medunt: ille semẽ quod in sum̃itate abietis crescit, super ignito latere pul-
uerizet, et super uulnus spargat, et cancri morientur. Quod si os, et la-
bia hominis ab aliqua infirmitate intumuerint, ille semen, uel fructũ abie-
tis super calefactum laterem ponat, ut incalescat, et ita calidũ ori et labiis
Reuma. suis sæpe superponat, et sanabitur. Si reuma superflue a naribus effluit,
fumus de ligno abietis excipiatur, et fluor ille suauius, soluetur et cessabit.

Cineres quoq; de ligno abietis fiant, et cum eis lixiuia paretur, et caput
lauetur: et caput sanat, et oculos clarificat.

DE PICEA. CAP. XXXIII.

PICEA calida est, et humida. Et si pestilentia pecora uexat, et
occidit: recentes rami ante ipsa ponantur, ut odorem eorum capi-
ant: uel pecora sub easdem arbores ducantur, et incipient tussitare, et ei-
cere putredines. Sed tamen cauendum est, ne quicquam de arbore ista

gustent, ne inde lædantur.

A

DE TILIA. CAP. XXXIIII.

TILIA magnum calorem habet. Homo autem qui in corde dolet: hoc quod in medietate radicis tiliæ est puluerizet, & sæpe comedat, & melius habebit. Quilibet etiam qui uoluerit, de trunco astulam abscidat, non autem de ramis in æstate cum uiridis est, & astu= lam illam in aureū anulum perforatū ponat, & desuper uitrū, & non ali- um lapidē: & inter astulā hanc, et uitrū, telam araneæ, aut bouuel ponat: ne uis eiusdem astulæ uitrum pertranseat: anulum autem istum in digito suo semper habeat. & hęc est fortissima uirtus contra omnes periculosas pestes hominis. Et in æstate cum homo ad dormiendum se collocat, recentia folia tiliæ oculis superponat, & totam faciem suam cum eis te- gat: & oculos illius clarificat. Homo quoq; qui a paralisi fatigatur: de terra quæ circa radices tiliæ iacet, in ignem ponat, & in asso balneo se= dens, aquam desuper fundat, & sic balneet: & hoc per nouem dies faciat, et curabitur.

Ad cordis dolorem.

Oculos.

Paralisim.

DE QVERCV. CAP. XXXV.

QVERCVS frigida est, & dura, & amara est: sed tamē de fru- ctu eius quædam uirtuosa animalia pascuntur & pinguia fiunt, uelut porci sunt. Ad medicamenta autem nec lignum, nec fructus eius multum ualet.

DE FAGO. CAP. XXXVI.

B

FAGVS in recto temperamento caloris est. Et si quis de folijs fagi cum recentia sunt pulmentum parat, & comedat, & si etiam de fructu eius comedit, eum nō lædit, sed pinguis inde efficitur. Si aūt asinus in capite dolet: homo cineres fagi de quibus lixiuia facta est, cali= dos ante ipsum ponat, et fumum ab eis egredientem in os et in nares asini transire permittat.

DE FRAXINO. CAP. XXXVII.

FRAXINVS calida est. Si autem quispiam homo in aliquo membro suo de gutta paralisis ita fatigatur, uelut omnia membra eius contrita sint: folia æsch in aqua coquat, et infirmum in linteamē nu= dum ponat, et folijs ita calidis circumponat, et præcipue in loco illo ubi dolet, et curabitur. Quod si etiam homo ex auena ceruisiam parare uo luerit, eam absq; hopfo paret: sed eam cum gruz, et plurimis folijs fraxi= ni coquat: et stomachum bibentis purgat, et pectus leue facit. Et si ca- præ aliquo modo infirmantur: folia fraxini eis sępe ad comedendū den- tur, et curabuntur.

DE TREMVLO. CAP. XXXVIII.

TREMVLVS calida est. Cum igit̄ infans aliquis in cunis iacens multotiens inter cutem et carnem sanguine perfunditur

C & uulneratur: homo recentia folia tremuli super lineum pannũ ponat, & infantem ipsius folijs & panno inuoluat, & ad dormiendum collocet, & uestibus tegat ut sudorem emittat, & sanabitur. Sed et si quis a gutta paralisis fatigatur: aut si quis frigidum stomachum habet: corticem eiusdem arboris cum uiridis est, & lignum eius exterius, & non ipsum quod cor arboris dicitur, in minuta frusta inscidat, & in aqua coquat, & in doliũ fundat, & balneet: & hoc sæpe faciat, & melius habebit. Homo quoq; in maio corticem, & lignum eius usq; ad interius cor in minutas hastulas inscidat, & succũ exprimat, & alijs unguentis addat, & plus ualebunt.

Ad paralisim.

DE ALNO. CAP. XXXIX.

Alnus frigida est. Si aliquis in cute ulcerosus est, recentia folia eius ulceribus superponat, & interim leuius habebit.

DE PLATANO. CAP. XL.

Febres.

Platanus frigida est. Qui quotidianas, & diuturnas febres habet: ramos eius cum folijs in aqua coquat, et in ea balneet, et mox cum balneo exierit, succum de superiori cortice alni exprimat, et purum uinum addat, et frigidum post balneum bibat: et hoc sæpe faciat, et febres in eo cessabunt. Postquam acuta febris hominem inuasit, hoc D remedium faciat, & aliquantũ leuius habebit, et ad sudorem suauius perueniet. Ergo de ligno platani, et bis tantũ de sicca salice, et in frigidam aquam modicum abradat, et tantum agrimoniæ eidem imponat: et eam frequenter bibat, et leuius dolebit. Quod si remediũ istud ad quintam, uel ad sextam diem distulerit, ei postea non proderit. Et si quis in aliquo loco de paralisi fatigatur: de ligno eius ualde calefaciat, et calidum super locum doloris ponat, et melius habebit. Sed et si alicui nares inflantur: ille terram quæ circa radices platani est, ualde calefaciat, et super nares suas ad noctem ponat, et ita per paruam horam iaceat, et melius habebit.

Paralisim.

DE TAXO. CAP. XLI.

Taxus frigida est. Si autẽ lignum eius ad ignem incenditur, nec humor, nec fumus qui ab ea egrediuntur aliquem lædunt. Nam si aliquis in naribus suis, et in pectore tussitando et emungendo dolorem patitur: fumum eiusdem ligni in nares, et in os suum excipiat, et eum leniter soluit. Sed et si quis baculum ex eodem ligno in manibus suis gestat, bonum illi est ad sanitatem corporis sui.

DE VIBICE. CAP. XLII.

Vibex calida est. Si autem cutis alicuius hominis rubescere, uel intumescentes pustulas habere incæperit: ille primũ crumpentes grossos eiusdẽ arboris ad ignem calefaciat, et calidos loco ubi dolet superponat: et hoc sæpe faciat, et tumor ille cessabit.

DE FVSARIO. CAP. XLIII. A

FVSARIVS frigida est. Qui autem hydropicum morbum habet: corticem, et lignum eius quod interius est in igne accendat, Ad hydropisim.
& inde cineres faciat, nullis alijs cineribus additis: & eosdem cineres in
panno in purum & bonum uinum ponat, a mane diei usque ad mediam
diem: & sic sæpe ieiunus bibat, & morbum illum in eo consumit. Et
qui in splene dolet: de fructu eius in puro uino coquat, & colet, & pran- Splen.
sus sæpe bibat, & splen eius sanabitur. Et quem uermes in uentre læ-
dunt, & qui stechedum patitur, eundem potum sæpe bibat, & melius
habebit.

DE CARPENO. CAP. XLIIII.

CARPENVS frigida est. Ramusculi arboris huius cum fo-
lijs, quando uiriditas in eis est, in lacte uaccarum, aut ouium, sed
nō caprarum coquantur, & ramusculis cum folijs abiectis, idem lac cum
farina & ouis paretur ut comedi possit: & sic mulieres illæ in quibus con-
ceptus perire solet, quæ tamen steriles nō sunt, sed fœcundæ, lac hoc mo-
do paratum sæpe comedant, & eis ut conceptum retineant multum pro-
derit. Sed & ramusculi eius cum folijs in aqua coquantur: & ille qui
amens et hirnuütich est, in ea balneet, et abrasis crinibus eius, lineus pan- Amentiam.
nus in eadem aqua intingatur, et caput illius in eodem balneo calefaciat. B
Et postquam balneum exierit, in lectum deponatur, et de fructu eius-
dem arboris in aqua coquatur, et capiti illius calidus superponatur, qua-
tenus ita obdormiat: et hoc sæpe fiat, et melius habebit. Si quis au-
tem malas maculas in corpore suo habet: de ligno arboris huius hastu-
lam sub cortice abscindat, et ad ignem calefaciat, et maculis calidam su-
perponat, et euanescent.

DE CORNO. CAP. XLV.

CORNVS calida est. Homo de cortice, de ligno, et de folijs
eius in aqua coquat: et qui a paralisi fatigatur, siue infans, siue
iuuenis, siue senex sit, in eo sæpe balneari non cesset, et in balneo eadem Ad paralisim
folia sibi circumponat: et hoc in æstate fiat cum eadem arbor uiridis est,
et melius habebit. Et fructus eius comestus hominē non lædit, et tam
infirmum quam sanum stomachum purgat.

DE MIRTO. CAP. XLVI.

MIRTVS calida est. Et si scrofulæ in homine surgunt, ante-
quam rumpantur, folia eiusdem arboris in aqua coquat, et cali- Scrophulas
a scrofulis superponat, et euanescent. Quod si ad dirumpendum para-
e sunt: homo de ligno isto ad ignem calefaciat, et calidum in modū cru-
s super eas sæpe ponat: et euanescent. Et si quis ceruisiam parat, fo-
a et fructus cum ea coquat, et sana erit.

DE IVNIPERO.

CAP. XLVII.

Ad febres. IVNIPERVS calida est. Et homo ramusculos eius uirides in aqua coquat, et cum ea assum balneum faciat, et sæpe in eo balneet, et diuersas febres in eo minuunt. Homo autem cuius caput tam sanũ & forte est, quod mali humores cerebrum eius lædere non ualent, sed tamen pulmonem eius sorde & tabe inficiunt: baccas iuniperi, & bis tantum lanariæ, & piretri bis tantum ut lanariæ in puro & bono uino coquat, & in olla dimittat, & crudam enulam in modica frusta inscisam imponat, & uinum hoc tam ieiunus quam pransus bibat, dum sanetur. Pulmonem.

Sed & baccæ iuniperi in aqua coquantur, & eidem aquæ mel addatur, & modicum aceti & liquiricij, & minus zinziberi: & denuo coquatur, & per saccellum purus potus inde fiat: & homo qui dolorem pectoris, pulmonis, & iecoris patitur, eundem potum sæpe bibat, & melius habebit.

DE HOLDERBOVM.

CAP. XLVIII.

Ad Ictericiam. HOLDEBOVM calida est. Et qui gelesuocht habet, assum balneum intret, & folia arboris huius super ignitos lapides ponat, & aquam desuper fundat, & cidim, id est, flores eius in purum uinũ ponat, ut ex hoc saporem capiat, & in balneo modice bibat. Et postquã balneum exierit, in lectum se collocet, ut sudet: & hoc sæpe faciat, et sanabitur.

DE MELTZBOVM.

CAP. XLIX.

Scrofulas. MELTZBOVM frigida est. Et qui scrofulas in corpore suo habet: primum erumpentem fructum eius in modico uino contundat, & bis tantum aruinæ porci addat, et secundum tertiam partem istorum de puluere talpæ apponat, et hæc simul commisceat, et coquat: et cum eo locum ubi scrofulæ exurgunt, sæpe inungat antequam rumpantur, et euanescent. Quod si diruptæ fuerint: homo grossos pulucrizet, scrofulis immittat, et exsiccabuntur.

DE YFFA. CAP. L.

Paralisim. YFFA æstiuum calorem habet. Homo qui a paralisi fatigatur: cum solo igne arboris huius se calefaciat, et paralisis in eo ad illam horam cessabit. Sed quem paralisis in lingua sua ita fatigat, quod in loquendo defectum habet: folia eiusdem arboris recentia in frigidam aquam ponat, et bibat, et loquelam recipiet. Et qui freislichaz in corpore suo habet: eandem aquam cum folijs temperatam sæpe bibat, et euanescet. Sed et qui de ligno solo eius ignem accendit, et cum eo aquam calefacit, et in ea balneum accipit, lætam mentem habebit.

A

DE HARTBOVM. CAP. LI.

HARTBOVM æstiuum calorem habet. Homo autem qui magnam & minutam scabiem habet: folia eiusdem arboris, cum recente porcina aruina contundat, & in patella simul dissoluat, & cum ea sæpe se ungat, et sanabit̃. Sed & si quis ramusculos arboris huius, cū folijs in aqua coquit, & ei rutam addit, & de saluia plus quam rutæ, & de fœniculo plus quam de saluia, & sic sæpe bibit: febres in illo purgat, & eū sanum faciunt.

Ad scabiem. Febres.

DE MIRICA. CAP. LII.

MIRICA ualde calida est. Et homo qui leprosus est, miricā in manibus suis terat, & succo lepram suam sępe perungat, & illam leuiorē reddit. Sed & flores eius cum butyro coquat, & sæpe cum illo se inungat, & lepra minorabitur. Cui etiam oculi caligant, & infirmi sunt: flores eius tamdiu inspiciat, usq; dum oculi sui lachrymas madido emittant: & etiam flores super oculos suos ponat, dum dormit: & hoc sæpe faciat, & oculos ipsius clarificat.

Lepram. Ad oculorū claritatem.

B

DE TRIBVLO. CAP. LIII.

TRIBVLVS ualde calidus est. Et qui de solis cineribus ligni eius lixiuam parat, & cum illa caput suum lauet: si sanum est, sanius et firmius erit: et si infirmum est, sanum erit. Et qui in corpore sanus est, & tantum in stomacho infirmatur de fructu tribulorū coquat, & sæpe comedat, & stomachum illius purgabit. Qui autem toto corpore infirmatur, fructus iste ad comedendum non ualet.

Stomachum.

DE SPINA. CAP. LIIII.

SPINAE calidæ sunt. Homo qui a paralisi fatigatur, et inde amens efficitur, & claudicare incipit: spinas ad ignem incendat, et cineribus earum de puluere gariofyli, et bis tantum de puluere cinnamomi ut gariofyli est, cōmisceat, cocto et puro melle addito cum uino: et sic purum potum faciat, et ieiunus modice bibat, pransus autem sufficienter: et hoc sæpe faciat, et paralisis ab eo cessabit. Sed et fructus spinarū homo cum melle temperet, et paralisin, sordes, et liuorem a stomacho eius aufert. Quod si cancri, et non alij uermes carnem hominis comedunt: interiores nucleos spinarum pulverizet. et puluerem in locum ubi cancri comedunt mittat, et morientur.

Paralisim. Cancros.

DE VITE. CAP. LV.

VITIS igneum calorē habet. Et si quis in oculis caligat: guttis quæ de uite effluunt cum palmes abscinditur, palpebras su- s liniat, & modice oculos intrare permittat: & hoc sæpe faciat, & o- ulos proculdubio claros facit. Postquam enim palmes de uite primū bscinditur, guttæ illæ quæ tunc a mane diei usque ad mediam diem

C in insicione illa effluunt, bonæ & utiles sunt ad claritatẽ oculorũ. Unde homo illas in uasculum excipiat, & eis oleum oliuæ addat: & si in auribus, uel in capite dolet, cum eo se inungat & melius habebit. (Tussim.) Et qui tussitat, et in pectore et in stomacho dolet: summitatem palmitis cum iam flores primum erumpunt, cum folijs abscindat, et fortiter in aqua coquat, et per pannum colet, et illam ieiunus et pransus sæpe bibat, et melius habebit. Vt autem ebrius homo ad se redeat: si in autumno est, de uiridi uite palmitem cum recentibus folijs fronti, timporibus, et gutturi suo circũponat, et refrigerabit. (Dentes.) Sed et cui caro circa dentes putrescit, et cui dentes infirmi sunt: calidos cineres uitis in uinum ponat, et cum illo dentes et carnem quæ circa illas est lauet: et hoc sæpe faciat, et sanabitur. (Vini uirtus.) Vinum autem quod de uite nascitur, si purum fuerit, bibenti sanguinẽ bonum et sanum, turbidum uero malum et uelut cineribus aspersum facit. Franconicum, et forte uinum, uelut procellas in sanguine parat: et ideo qui eum bibere uoluerit, aqua temperet. Sed necesse non est, ut hunonicum aqua permisceatur: quoniam illud naturaliter aquosum est. Et homo cum in lectum se deponit, puro franconico uino palpebras madefaciat, cauens D ne oculos interius tangat: et putredinem quæ oculis dormentium adhæret, et eos caligare facit, aufert. Cum autem aliquis homo in iram, aut in tristiciam prouocatur: mox uinũ ad ignem calefaciat, et frigida aqua commisceat, et bibat, et leuius habebit.

Si aliquis urinam præ frigiditate stomachi retinere non potest, uinum igne calefactum sæpe bibat, et omnescibos suos aceto commisceat, et acetũ quomodocunq; poterit sæpe bibat.

PHYSICAE S. HILDEGARDIS LIB. IIII.

De naturis et effectibus Piscium, Volatilium, et Animantium terræ.

PARS I. LIB. IIII.

PISCIVM uaria discretio et natura. CAP. I.



QVIDAM EX PISCIBVS SVNT QVI ex natura sua circa fundum maris, et fluminum uersantur, et ibi pascua quærunt, et fundũ ita fulcant ueltu porci terram, et ibi quasdam radices et herbas comedũt, quibus diu uiuunt; et etiam interdum fere ad medietatem aquarum ascendunt, et interdum

ad fundum,et ibi præcipue manent. Et caro istorum aliquantum mollis, A
et infirma est,nec satis sana ad comedendum. quia circa fundum aquarũ
semper uersantur. Et quidã ex istis solis splendorem magis diligunt quã
noctem. Quidam uero noctem,et lunæ splendorem magis quam diem.
Quidam autem ex istis granula seminis sui post ordinem effundunt, ita,
ut postquam semen suum uitalẽ aërem accęperit,statim aliud effundunt,
& ita donec per omnia a granulis & a lacte suo euacuentur:et ideo debi
litantur,quoniam in hac effusione hoc modo festinant. Quidam uero ex
eis in effusione hac interualla habent, quemadmodum & luna in splen=
dore suo:ita,ut postquam granula & lac seminis sui effuderint,& illud ui
talem aerem accęperit,interuallum habent, & expectant dum plus con=
fortentur:& ita semina sua effundũt, ita quod saltem a martio usq; ad au=
tumnũ a semine suo se euacuant. Sed & alij pisces sunt,qui in medieta=
te & in puritate maris, & aliorum fluminum præcipue uersantur, & ibi
pascua sua quærunt, & etiam quasdam herbas in prominentibus sco=
pulis ualde sanas inueniunt,de quibus pascuntur: scilicet quę tantam sa=
nitatẽ in se habẽt,ut si homo eas habere posset,omnem infirmitatem per
ipsas a se depelleret: & pisces illi ad comedendũ sani sunt,& caro eorum
aliquantum fortis est,& minores illis piscibus existunt qui circa fundum
libenter uersantur. Et alij pisces sunt,qui circa summitatẽ maris,& alio
rum fluminum uersari solent,& ibi in spumis, et in superioribus multis
sordibus pascua sua quærunt,& a calore solis magis quã alij perfundun= B
tur,et etiam interdum in quibusdam cauernulis se abscondunt,in quibus
fœtida aqua est quę effluere non potest: & ideo caro eorum mollis & in
firma est,nec ipsi ad comedendũ sani sunt. Et omnes pisces secundũ ge=
nus suum herbas sibi conueniẽtes per hyemem,& etiam interdum in æ=
state comedunt: unde et lac,et granula seminis sui in eis crescunt, et de his
fœcunditatem habent:ita ut etiam si mulier,quę infœcunda est,ex eis co
mederet,fœcunda fieret,et conciperet. Et alio modo ad concipiendum si ,,
bi non commiscentur,quatenus lac,aut granula in eis nascuntur, quem= ,,
admodum alia animalia sibi commisceri solent,sed solummodo ad effu=
sionem seminis sui tam magnum desyderium habent,ut alia animalia ad
coitum. Et unusquisq; parem et conuenientem sibi quærit. Et cum tem=
pus effusionis seminis eorum instat,locum circa scopulos, aut litus quæ
runt,ubi nec uenti,nec porcelli eos lędere possunt,et ubi herbulę quibus Piscium conceptus.
interim pascantur,circum natæ sint: et tunc piscis ille qui fœmina est, in
modum lineæ granula sua fundendo præcedit, usq; dum secundum na=
turam suam ab effusione hac desistat: et ubi finem effusionis huius facit,
sibi piscem,uidelicet masculum aduenire pręstolatur. Mox masculus sub=
sequitur,et lac suum eo ordine et mensura super granula fundit, quo pis=
cis fœmina præcessit: et deinde lac suum fundere desistit: et euacuati et
fatigati aliquantum debiles efficiuntur,et iuxta eundem locum quietem
sibi quærunt dum uires suas recipiant: et herbulis circumpositis interim

C pascuntur. A tempore autem illo quo simul effunduntur, se cognoscūt, & simul uersantur: & postquam creuerint, semina sua simul effundunt: & si aliqui eorum capiuntur, illi qui remanent alios sibi ætate similes iterum quærunt. Et sicut homo naturam suam destituit, pecoribus se cōmiscens: ita etiam & pecora extra genus suū aliquando in cōmixtione ducunẽ, & sic etiam pisces a genere suo in aliud genus interdum in effusione seminis sui declinant, & aliud genus extraneum generi suo producunt. ut in anguilla, & in alijs quibusdam piscibus notari potest. DEVS autem quibusdam piscibus quandam scientiam secundum naturam & genus suum dedit, quod quasdam herbas & radices in aquis cognoscunt, quibus interdum uescuntur, cum alios cibos non habent: quarum fortitudo & natura talis est, cum eas semel gustauerint, quod aut per dimidium annum, aut per quatuor menses nullo pastu indigent. Quod autem pisces clamosas uoces non habent, quemadmodum cætera animalia concipiuntur: & etiam pro clamore uocis, quam ipsi in aluo non habent, aqua in qua conuersantur sonum in cursu suo tenẽt. Reptantia autem, & illa quæ interdum in aqua, interdum super terram sunt, uel quandam cognationem cum animalibus habent, & ideo linguas ad sibilos & ad sonos uocum habent.

DE CETE. CAP. II.

D CETE igneum calorem, & aquosum aërem in se habet, & naturam piscium, & etiam quandam cognationem de natura bestiarum, scilicet leonis, & ursi: & caro piscis huius sana est, sanis, & infirmis hominibus ad comedendum. Homo autem qui freneticus est: de carnibus eius, pane tantum addito, sæpe & sufficienter comedat, & sensus suos recipiet. Et frequenter a paralisi fatigaẽ, de eisdem carnibus sæpe comedat, & paralisis in eo cessabit. Cerebrum autem eius ad comedendū non ualet, nec cerebrū alterius piscis, aut auis, aut animalis. quia hominẽ qui illud comederit, debilem facit, & cibos ei molestos parat. Sed homo cerebrum piscis huius in noua olla cum aqua fortiter coquat, & coclerari fortiter moueat, & postea hoc in aliud uas fundat, & fortiter contundat, & ei herbam quæ gith dicitur addat, & satis de oleo oliuæ, & denuo coquat, & fortiter cōmoueat & cōminuat: & sic unguentum faciat, & qui a ualidi paralisi fatigatur, et qui scabiem, aut alia ulcera in corpore suo habet, cum eo se ungat, et sanabitur. Et qui in corde suo defectum sentit: aut qui de uuich dolet, cor piscis huius puluerizet, et puluerẽ istum in aqua bibat, et melius habebit. Et si quis uenenum comedit, aut bibit, pulmonem prędicti piscis, et iecur æquali pondere puluerizet, et tantum de marrubio addat, et modicum mellis cum puro et bono uino coquat, et semicalidus ieiunus in mane diei aut ter, aut bis bibat, et uenenum aut per nauseam euomet, aut per secessum per eum transibit. Sed et qui albuginem, aut mel, aut lapillum in oculo suo habet, aut qu i caliginem in

Ad Pleuresim.

Paralisim.
Scabiem.
Vlcera.

Venenum.

oculis patitur: de crudo felle cete ad oculos suos teneat, & etiã palpebras A
suas cum penna liniat, ut oculos modice interius tangat, & claros oculos
ad uidendum habebit. Et etiam uesica ceti per annum seruetur: ut si ul
cus, aut slier in corpore alicuius hominis creuerit, ipsa uesica in aqua mol
lificetur, et desuper ponatur, & ille curabitur. Sed & eandem uesicam
super scrofulas ponat, et euanescent. Et homo manubrium cultelli de Ad Scrofulas
osse eiusdem piscis in manu sua teneat, ut incalescat, et fere nullus dolor
in eo est, quin a furore suo cesset. Sed & homo de cute ceti cingulum
faciat, & se ad nudam cutem cum eo cingat, & omnes infirmitates ab eo
fugabit: & de cute eius homo calceos habeat, et sanos pedes & sana cru-
ra habebit.

DE MERSCHVIN. CAP. III.

MERSCHVIN de calido aëre est, et naturam piscium, & eti-
am fere porcorum habet. Homo autem qui a paralisi fatiga-
tur: de iecore, & pulmone eius æquo pondere puluerizet, & in aquã po- Ad paralisim.
nat, & sæpe bibat, & paralisis ab eo cessabit.

DE ECHINO. CAP. IIII.

ECHINVS de calido aëre est. Homo autem in quo hydropis
morbus crescere incipit: uesicam piscis huius in aquam ponat, ut Ad hydro-
saporem inde habeat, et sæpe bibat, & morbus euanescet. pisim.

DE ROMBO. CAP. V.

ROMBVS de frigido aëre est. Homo autem quem vich fa- B
tigat: de iecore piscis huius sufficienter & sæpe comedat, & vich
in eo cessabit. Et cuius caro circa oculos suos euoluitur, uel cui oculi ca
ligant: de felle piscis huius, de succo rutæ, & minus de calimino cõmisce- Oculorum
at, & in cuprinum uasculum mittat, & cum eo oculos suos superius sæpe caliginem.
ungat, & clare uidebit. Si autem homini in aliquo loco corporis sui
aliquo casu os frangitur: os strutionis puluerizet, et puluerẽ istum in pu
ram aquam de puteo non salso extractam mittat, et ieiunus bibat: et hoc
faciat dum sanetur, sed tamen modice.

DE SALMONE. CAP. VI.

SALMO de frigido aëre est. Homo aũt cui caro circa dentes pu-
trescit, et cuius dentes cõmoliuntur et fragiles sunt: de ossibus piscis Dentes.
huius puluerizet, et ei modicum assi salis addat, et dentibus suis puluerẽ
illũ circumponat, et saliuam ex ore emittat: et caro circa dentes eius mun
dabitur, & sana erit. Cętera quæ in eo sunt, ad medicamenta non ualent.

DE VVELRA. CAP. VII.

VVELRA de calido aëre est, et sanas carnes habet, quæ infir-
mis et sanis hominibus bonæ sunt. Cor autẽ eius, nec ad come-
dendum, nec ad medicamenta ualet. Si quis uero de iecore eius cocto
comedit, illud omnem liuorem et uenenum quod in stomacho eius est,

C circa se colligit, & per secessum educit. Et homo qui in oculis caligat, felli eiusdem piscis de succo fęniculi addat, & paucas guttas uini circa palpebras, & oculos suos modice ungat: præcauens, ne oculos interius tangat, & caliginem eorum fugabit. Quod si homo de superfluitate libidinis in oculis caligat, siue masculus, siue fęmina sit: cuteculam fellis piscis huius, felle effuso, ad solem exsiccet, & purissimo & optimo uino intinguat, et ad noctem cum se in lectum ponit eam super oculos suos panno liget, & circa mediam noctem auferat, ne oculos transuerberet. In tertia nocte, & in quinta, & in septima idem faciat: non autem in secunda, nec in quarta, nec in sexta. Et si de alia peste homo caliginem senserit, istud remedium ei non proderit.

Ad caliginem oculorum.

DE ESOCE. CAP. VIII.

Esox de calido aëre est, et carnes eius saniores carnibus salmonis sunt, & sanis hominibus bonæ sunt ad comedendū: infirmos autem lædunt. Iecur eius molle est, & comedentem illud lædit.

DE LVCIO. CAP. IX.

Lucius de calido aëre est. Si quis aūt homo iecur eius sępe comedit, ei bonam & suauem digestionem parat. Quod si uermis carnem hominis, aut pecudis comedit: ossa piscis huius puluerizet, et super locum illum ponat, et uermis ille morietur.

D

DE SILVRO. CAP. X.

Silurus de calido aëre est. Si quis aūt caput eius frequenter comedit, dolorem in capite eius excitat, & alias febres in illo facit. Et nullus cerebrum, nec fauces eius, nec lac, nec granula quæ in eo sunt comedat: quia ei quasi uenenum sunt.

DE CARPONE. CAP. XI.

Carpo calidus est: & caro, et lac, et granula sanum hominem in comestione nō necant: infirmum autem aliquantum lædunt. Homo autem qui febres habet, et cui cibus in fastidio est, piscem istū coquat, et caput eius auferat, et per medium diuidat, et in ueru ad ignem modice asset, et in uinum ponat, et tertiam partem aceti et modicum mellis: et sic paratum sæpe comedat, et febres in eo cessabunt, et libenter comedet. Cætera quæ in eo sunt ad medicinam non conueniūnt.

Febres.

DE BRESMA. CAP. XII.

Bresma calida est, et nec sanis, nec infirmis ad comedendū satis ualet. Et qui in stomacho dolet, hūc piscē in aqua coquat, et cimino et aceto addito comedat, et stomachū a liuore et a febre purgat.

Ad Stomachum.

DE ELNA. CAP. XIII.

Elna de frigido aëre est. Caro autem eius comesta, nec sanum, nec infirmum multum lædit. Sed si quis iecur eius sæpe comedit, in corde suo confortatur, et in stomacho suo sanus erit.

A

DE MECHEFISCH. CAP. XIIII.

MECHÉFISCH de frigido aëre est: & comestus nec sanos, nec infirmos multum lædit: sed sæpe comestus, liuorem in stomacho hominis aliquantum parat.

DE SCOLLO. CAP. XV.

SCOLLVS calidus est: et nec sanis, nec infirmis hominibus satis ualet ad comedendum. Quod autem ex altera parte corporis sui carnes ferenon habet, cute tantũ super spina extensa: hoc ideo est, quia si ibi carnes haberet, uenenosæ essent, et comedentem uelut uenenũ læderet: In capite etiam uenenum gestat, & illum lædit qui comedit.

DE FORNA. CAP. XVI.

FORNA de calido aëre est, & infirmis hominibus ad comedendum non multum ualet, sanos autem non lædit.

DE MVNIVVA. CAP. XVII.

MVNIVVA de frigido aëre est, & caro eius sana non est, nec sanis, nec infirmis hominibus in cibo multum ualet.

DE PORCA. CAP. XVIII.

PORCA de calido aëre est: & caro eius sana est, & tam infirmis, quam sanis bona est.

B

DE ESCH. CAP. XIX.

ESCH de frigido aëre est: et carnes sanæ sunt, tam infirmis quam sanis hominibus. Et fel piscis huius acutum est, & calore unitem peratum, frigidos humores de quibus albugo in oculo nascitur attenuat. Ad oculos humides.

DE ALLEC. CAP. XX.

ALLEC de frigido aëre est: & cum capitur, & recens est, sanis & infirmis ad comedendum nociuus est. Et infirmo & sano melius & salubrius est allec assum quam coctum. Et lac & grana eius comedi poterunt. Si allec recens est, cum adhuc de coctione calidum est, uinum aceto mixtum desuper fundatur, & tanto minus comedentem lædet. Si autẽ siccum est, & uetus, cum adhuc de coctione calidum est, uinum cimino addatur, & desuper fundatur, et minus inde dolet. Homo autẽ qui in capite suo profundam scabiem, aut in corpore suo minutã scabiem habet, seu lepra opprimitur: allec quod longo tempore sale psusum est in aqua purget, et caput, seu scabiem, aut locum lepræ lauet, et post modicam horam calida aqua se lauet. Secunda autem die asperam lixiuam de cineribus fagi paret, & cum ea præfata loca iterum lauabit, & tertia die hircino sepo se ungat, & sic per ordinem sæpe faciat, et mundabitur. Ad scabiem. Lepram.

DE CRASSO. CAP. XXI.

CRASSVS de calido aëre est: et sanis et infirmis ad comedendũ bonus est. Homo autem qui furentem paralisin in se habet,

C pisciculos istos in patella modice coquat, & postea super ignitum lapidẽ pulverizet, & modicum de puluere gith, uelut poleij addat, & modicum assi salis: & inde ieiunus & pransus sæpe comedat, & sanabitur.

DE STEINBIZA. CAP. XXII.

Steinbiza de frigido aëre est: et homini ad comedendum sana nõ est, sed fere ut uermis. Si quis aũt incontinens in libidine est: steinbizim, & brunnecrassim æquo pondere pulverizet, & huic tertiam partem camphoræ addat, & per quindecim, uel per plures dies in frigida aqua modice bibat, & continentiam habebit.

Contra libidinem.

DE CANCRO. CAP. XXIII.

Cancer calidus est, et sanas carnes habet, quas sanus et infirmus comedere potest: excepto illo cui stomachus frigidus est, et comestos cibos uix digerere potest, huic cancri ad esum nimis fortis est.

Pustulas faciei. In capite eius quoddam uiride est, quod dicitur crebezes malz: hoc homo accipiat, & butyrum maioris ponderis addat, & mouendo simul comprimat: & si in facie, aut circa nares minutissime pustulæ insurgunt, cum in lectum se collocat cum eo ungat, & in mane cum uino abluat, & pulchram cutem habebit.

DE ANGVILLA. CAP. XXIIII.

D Anguilla de calido aëre est, & caro eius aliquantum immunda est, nec sana homini ad comedendum uelut porcor: sed tamen sanos nõ multum lædit, infirmos autem in omnibus malis humoribus & infirmitatibus eorum concutit, et comedentes amaros animo, et astutos, et suspiciosos facit. Sed fel eius pingue est, et qui contra caliginem cum eo oculos suos inungeret, per modicum clari efficerentur, sed postea tanto plus infirmarentur. Si autem quempiam hominem pediculi interius lædunt, et nõ egrediuntur: fel anguillę, et ter minus de acerrimo aceto, et tantum mellis ut istorum duorum est in patella fortiter coquat. Postea zinziberum, et bis tantum longi piperis, et tantum basiliæ, insuper ebur ad tertiam partem basiliæ, et de rostro uulturis ad tertiam partem eboris, et puluerem istum in prædictum acetum ponat, et denuo simul feruere faciat. Quod cum fecerit, hoc in sacc[illegible]llum ponat, et uinum infundat, ut per illum uelut purus potus transeat, et in nouo fictili uase recipiat. Et homo quem pediculi interius lædunt, potum hunc ieiunus quotidie bibat, et ad noctem pediculi deficient et morientur, et arui na in ipso renouabitur.

Pediculos.

DE ALROPA. CAP. XXV.

Alropa de frigido aëre est: et nec sanis, nec infirmis ad comedendum ualet: præter iecur, quod sanis, et infirmis utile et bonũ est. Quod si scrofulę in homine rumpuntur: caput alropæ pulverizetur, et super ulcera ponatur, et exsiccabuntur.

Scrofulas.

A

DE PISCIBVS CONCHAS HABENTIBVS CAP. XXVI.

QVODDAM genus piscis est, quod conchas super se habet, & sanis & infirmis ad comedendum parum ualet. Nam si boues aut de noxio sanguine, aut de forti labore infirmanť: homo conchas istas pulverizet, et cum uetonica in aquã mittat, et bubus tribuatur, & sanabuntur.

PARS Secunda LIB. IIII.

DE VOLVCRIBVS.



Volatilium natura, & uarietas. CAP. I.

VOLATILIA frigidiora sunt animalibus quæ in terra B uersanť: quoniã tanto calore libidinis non generantur: & etiam mundiores carnes terrenis animalibus habēt, quia nõ nuda de matre procedunt, sed testa cooperta. Quædam etiam ab igneo aëre uiuunt: & ideo uelut igneis sursum tendunt. Sed illa quæ altitudinem in uolatu suo petunt, plus de igneo aëre in se habent, quam illa quæ circa terram uersantur. Hæc autem quæ & in aquis, & in terra, & in aëre uersantur, erectam altitudinem aëris non petunt, sed quo aër terræ, & aër aquæ se extendit. Illa quoque quæ plurimis pennis abundant, calidiora illis sunt quæ penuriam pennarum patiuntur. Et quoniam uolatilia de aëre uiuunt, in aliquo casu de quo aër tangitur, motum aliquando naturaliter sentiunt: et quia etiam aëreа sunt, mutationem aëris multotiens in se sentiunt, & secundum eandem uoces suas sæpissime producunt. quemadmodum gallus horas diei & noctis uocibus suis distinguit: & ut etiã aliquando cantare incipit cum aura seipsam in aliũ modũ mutare uidetur. VOLATILIA quoque uirtutem hanc designant, qua homo cogitando dictat, & qua in semetipso præmeditando multa deputat antequã in fulgens opus procedant. Et ut uolatilia in aërem pennis attolluntur, & ubiq; in aëre uersantur: sic etiam anima dum in corpore hominis est, cogitationibus suis eleuatur, & ubiq; se dilatat.

DE GRIFONE. CAP. II.

GRIFO ualde calidus est, & quiddã de natura uoluerum, & etiam bestiarum in se habet. Et caro eius ad esum hominis non ualet, quia si homo de carnibus illius comederet, multum inde lædere[tur]: & nec caro, nec oua eius, nec cætera quæ in eo sunt medicinæ conueniunt.

C

DE STRVTIONE. CAP. III.

Ad morbum caducum.

STRVTIO ualde calidus est:& de natura bestiarum in se habet. Homo aūt qui caducū morbū in se habet, de carnibus strutionis sæpe comedat, & ei uires tribuunt, & insaniam caduci morbi auferunt. Sed & pinguibus & fortibus hominibus caro eius ad comedendum bona est. quoniam superfluas carnes eorum minuit:macris autem et infirmis non ualet. Et qui melancholicus est, & grauedinē & torporem mentis habet: de iecore eius sæpe comedat, & eum alleuiat. Oua eius ad comedendum non ualent. quia uenenosa sunt. Sed si quis hydropicus est:testas eorundem ouorum de quibus pulli egrediuntur, pulverizet, & in aquā ponat: et eam tam pransus quam ieiunus sæpe bibat, & curabit.

Ad hydropisim.

DE PAVONE. CAP. IIII.

PAVO calidus & humidus est, & de natura uolucrum & bestiarū in se habet: & uox eius secundum uolucres & bestias permixta sonat. Carnes eius nec sanis, nec infirmis ad comedendum ualent. quia omnes noxios humores qui in homine sunt cōmouent & excitant. Homo autem qui hydropicum morbum habet:pauonē, scilicet masculum, in aqua putei, non autem in aqua salientis fontis cum hysopo coquat, & carnes illas comedat:postea cor, & os quod in genu illius uoluitur, et un-

D gues ipsius pulverizet, ita quod puluis de osse genuum bis tantus sit quantus puluis unguium, & quod puluis cordis eius tribus partibus pulverem ossium, & genuū excedat. Deinde pandoniam, et ter tantum de leuistico, & modicum de sanguine anguillæ in uino coquat, & per pannū colet, & huic uino prædictum puluerē inmittat, & ita bibat:& hoc per decem & octo dies faciat. Et homo uesicam pauonis exsiccet, & eam seruet: & si ulcus, aut slier in aliquo homine ebullit:eam desuper liget, et suauiter rumpetur, & postquam rumpitur, iterum desuper ponat, & putredines extrahit, & tanto citius sanabitur. Quod si homo cocturam habet:uesicam pauonis super corticem consuat, et tanto minus fœtebit, et solummodo sordes extrahit, et non sanitatem. Sed et de minutissimis pennis eius homo globum paruum faciat, et cocturæ suę imponat: et illę quod nociuum est extrahunt, et minus fœtere faciunt. Oua eius ad comedendum non ualent.

Vlcera.

DE GRVE. CAP. V.

GRVS calidus est, et mundam naturam habet: caro eius tam sanis quam infirmis hominibus ad esum bona est. Vnde et homo qui a paralisi fatigaē:de carnibus eius frequenter comedat, et paralisis in eo cessabit. Si quis per melancholiā tristis et cōpressus efficiē:cor, & iecur gruis sup ignitū lapidē exsiccet:& enulam, e t rhaphanū ad tertiā partē enulę, & uiscum piri ad pondus rhaphani pulverizet, et frequenter cum pane comedat. Sed et omnia pulmēta quæ idē homo comedit, spissa sint:et bono uino, et pinguib. escis utatur. Et homo qui uich in se habet:

Paralisim.

de iecore eius sæpe comedat, & uich in eo sedatẽ. Q; si scrofulę in homi A
ne ruptæ sunt: ille uesicam eius puluerizet, & in locum doloris proijciat,
& exsiccabuntur. Sed ubi suebelza carnes hominis comedunt: ille de
ossibus gruis puluerizet, & super ligamine constringat: & morientur.
Et si pestis porcos occidit: homo rostrũ gruis puluerizet, & in pascua
quę comedũt, aut in aquã quã bibunt ponat: et pestis in eis cessabit. Sed Ad facilitatẽ partus.
et de sanguine gruis exsiccetẽ, et seruetẽ: et dexter pes eius. Et si tunc aliqua
fœmina in difficultate partus laborat: de eodẽ sanguine in modica aqua
cõminuatur, et cum illa supra os uuluæ inungatur, et in eadem aqua ipsa
fœmina uelut in speculo se conspiciat: et dexter pes gruis super umbilicũ
eius ligetur: et tanta uis naturæ in istis est, quod clausa uiscera tanto citius
ad partum aperiuntur. Sed oua eius ad comedendum non ualent.

DE CIGNO. CAP. VI.

CIGNVS frigidus et humidus est, et caro eius sanis ad come-
dendum bona est: infirmis autem nõ ualet. Homo autem qui Ptisim.
ptisicus est: iecur eius coquat, et sæpe comedat, et eum curat. Sed et ho-
mo qui in splene dolet: pulmonem cigni coquat, et sæpe eum comedat, et
splen eius sanabitur. Et qui ursletheda in corpore suo habet, cignum
pinguem faciat, et eo occiso sagimen eius primum dissoluat, et artemisiã,
et cineres de cortice quercus factos æquali pondere addat, ita, ut bis tan-
tum de sagimine sit, et denuo simul coquat, et sæpe cum eo se inungat.
Sed cutis eius ubi se ungit primum pustulosa erit, et postea sanabitur. B

DE ARDVA. CAP. VII.

ARDVA calida et sicca est, et caro eius tam infirmis quam sa-
nis ad comedendum bona est. Homo autem cuius oculi cali- Caliginem oculorum.
gant, aut ulcerosi sunt, caput arduæ in aqua coquat, et postquam coxerit,
oculos eius in sole exsiccet, et postea in frigidam aquam per modicã ho-
ram ponat, ut in ea mollescant, et sic tertio faciat. Et postquam hoc fecerit,
eos puluerizet, et tunc cum oculi eius caligant, aut in eis dolet, puluerem
in purum et bonũ uinũ ponat, et ei peñam intingat, et cum ea palpebras,
et cilia oculorũ suorum circumliniat, et si oculos interius tetigerit, nõ obe
rit, et hoc sæpe ad noctem faciat, et oculi eius sanabuntur. Et qui tristẽ
mentem habet, cor arduæ sæpe comedat, et eum lætum facit. Cui etiã Stomachum induratum.
stomachus induratus est, ita quod digestionem non habet, de iecore ar-
duæ sępe comedat, et sanabitẽ. Sed et qui in splene dolet, de ossibus eius
sufficienter in aquam ponat, et ieiunus ad noctem sæpe bibat, et melius
habebit.

DE ANSERE. CAP. VIII.

ANSER CALIDVS EST ET DE AERE DE
quo bestiæ uiuunt: & etiam de aquoso aëre qui ei pennas educit.
Sed homines qui sani sunt, carnes eius comestas aliquo modo superare

C poterunt. Si quis autem anserem comedere uult, cum per tres, aut per duos dies ualde esurire permittat, & deinde frumento nutriatur. Et postquam occiditur, ad ignem assetur, & saluia, & aliæ bonæ herbæ ei imponantur, ut succus earum ipsum pertranseat: & etiam uino, aut aceto cum flabello semper aspergatur, ut sagimen eius effluat. Et qui sanus est, hoc modo eum assatum comedat: sed qui infirmus est, modice ex eo comedat. Coctus autem in aqua ad esum hominis malus est. Sagimen eius accipiatur, & quanta tertia pars eius est ueteris aruinæ ei addatur: & ille qui scabiem quamuis fortem habet, & cui cutis scinditur, aut cui caput squamosum est, cum eo inungatur, & sanabitur. Oua autem eius quomodocunque parentur mala sunt ad esum hominis. quia scrophulas, & alias multas infirmitates in homine parant.

Ad scabiem.

DE GRANDVLA. CAP. IX.

GRANDVLA VALDE CALIDA EST: ET tam infirmis quam sanis ad comedendum bona est. Homo autem quem uich fatigat: iecur grandulæ coquat, & sæpe comedat, & melius habebit. Et qui tussim habet: de pulmone eius cocto sæpe comedat, & tussis in eo cessabit. Sed & qui in oculis caligat: fel eiusdem alitis, & bis tantum puri uini in cuprinum uasculum ponat, & ex eo ad noctem cum penna palpebras, et cilia oculorum suorum liniat: ita ut etiam oculos interius modice tangat: & hoc sæpe faciat, & oculi sui clari & sani erunt.

Tussim. Ad caliginem oculorum.

D Homo quoque qui in stomacho dolet: grandulam, capite & uisceribus abiectis, in aqua fortiter coquat, & tunc ossa de carnibus separet, & carnes in mortario, succumque qui in eis est per pannum extorqueat, & cum eo modica farina sorbitiunculam paret, et illam ieiunus sorbeat, & liuorem a stomacho illius leniter auferet.

Stomachum

DE ANETA. CAP. X.

ANETA quæ domestica est, grauem calorem habet, & sani carnes eius comestas superare possunt, infirmis autem non ualent. Sed qui anetam comedere uoluerit, in aqua coctam non comedat, sed ut de ansere prædictum est eam ad ignem asset. Oua autem uenenum, & ut fixura araneæ homini sunt.

DE ANETA SYLVESTRI. CAP. XI.

SILVESTRIS aneta eandem naturam habet, quam & domestica: sed syluestris salubrior est ad esum hominis, quia semper in aqua uersatur. Ista aneta in noua olla ad puluerem comburatur, capite, uisceribus, et pennis abiectis, & puluis iste in fractas scrofulas sæpe mutatur, & sanabuntur.

Scrophulas

DE GALLO. CAP. XII.

GALLVS et gallina utrique frigidæ naturæ et siccæ sunt. Et carnes eorum sanis hominibus ad comedendum bonæ sunt, sed ta-

men comestæ, eos pingues nõ faciunt: infirmos aũt refocillant. Quod A si aliquis ualde infirmatur: carnes gallinarum cum alijs quibuslibet car- nibus coqui faciat, ut succo illarum temperentur: assas autẽ deuitet. Et gallina ad esum infirmi melior est quã gallus. Sed qui sanus est in cor- pore, de utrisque comedere potest. Et iecur tam galli quam gallinæ sæ- pe comestum, contra omnes infirmitates ualet quæ homines interius læ- dunt. Quælibet oua uolatilium magis frigidæ quam calidæ naturæ sunt, & ad comedendum nociua sunt: sed oua gallinarum quæ domesti- cæ sunt, comedi poterunt: sed tamen moderate. Sed qui infirmus est, si oua comedere uoluerit, aquam & uinum cõmisceat, & in patella feruere faciat, & oua hoc modo testa abiecta coquat, & eum non lædent. Ho- mo autẽ qui dysentieriam habet: uitella ouorum in scutella terendo pul- Ad dysenteriā set, & ciminum, & modicũ piperis addat, & iterum in testas ouorum re- ponat, et ad ignem asset, et dolenti postquam modicũ comederit ad man ducandum tribuat. Quæcunque aũt idem infirmus interim comedit, cali da sint, & mollia: scilicet pullos gallinarũ, & cæteras molles carnes, & pi- sces: sed allec, & salmonem deuitet, & bouinas carnes, & caseum, & cru- da & grossa olera, & porrũ, & siligineum et ordeaceum panem, & quid- quid assum est: præter assum pirum nõ comedat: & uinum bibat. Sed Fluxum sanguinis. si quis fluxum sanguinis habet, duo uitella ouorũ distemperet, & succũ metr. quantũ medietas unius uitelli est addat, & aceti quantũ duæ testæ B oui capiunt, & modicum de puluere ciñamomi, & minus de puluere zi- tuaris immittat: et sorbicium aliquantum spissum inde paret, et modice calidum tam ieiunus quam pransus sorbeat, et melius habebit.

DE VRHVN. CAP. XIII.

VRHVN calidum, et aliquantum humidum est: et ideo tam in- firmis quam sanis in comestione bonum est. Si autem tarmus, seu alius uermis carnẽ hominis comedunt: uesicam urhunes pulucrizet, et in locum ulceris ponatur, et uermes morientur.

DE PERDICE. CAP. XIIII.

PERDIX frigida est: et caro eius fragilis est, et comesta sanos nõ multum lædit, infirmis autem non ualet. Fel autem alitis huius Pediculos. ueteri aruinæ cõmisceatur, et si in cute alicuius hominis pediculi exteri- us de sudore carnis crescunt: cũ isto ungatur, et pediculi amplius nõ cres- cunt. Quod si interius ex aruina eius crescunt, unctio ista nõ proderit.

DE BIRCHVN. CAP. XV.

BIRCHVN eandem fere naturã habet quã perdix: prꝫter quod caro birchunes tam infirmis quã sanis melior et sanior ad come- dendum est quam caro perdicis. Si aũt cancri carnem hominis come- dunt: uesica birchunes exsiccetur, & deinde modico uino perfundatur, & humida super locum ulcerum extendatur, & diu iacere permittatur: & cancri morientur.

C

DE COLVMBA. CAP. XVI.

COLVMBA frigida est: & caro eius firma non est, & sano homini nec multũ prodest, nec multum obest, infirmum aũt lædit. Sed palumbes, & holduba, & ringelduba eandem naturam habent: excepto quod illæ in siluis morantur, & inde aliquantum acriores & maiores istis sunt.

DE VVLTVRE. CAP. XVII.

VVLTVR frigidæ naturæ est, et artes uolucrum et bestiarum aliquantum sentit, & inter alias uolucres uelut propheta est: & caro eius comedi nõ debet, quia homini mortifera esset. Cerebrum aũt eius, naturæ huius est dum ipse uultur uiuit, ut si homo illud incorruptũ habere posset, omnem infirmitatem, præter mortem cum eo a se depelleret. Sed cum mors uulturem aliquo modo inuadit, ita quod uitalis aer ab eo egreditur: ipso moriente, pellicula cerebri frangitur, & mox cerebrum dissipatur, & uirtutem suam amittit. Sed cum uultur iam occiditur, cum adhuc calidus est pennę eius auferant̃, & uiscera in quibus stercora sunt, & totum aliud corpus in aqua in noua olla fortiter coquant̃: & sagimen quod superius natat auferatur: et sagimini huic modicũ olei oliuæ, et minus olei iusquiami addatur: et sic unguentũ fiat: et ille qui freneticus est, et quẽ paralisis fatigat, et qui alicubi in corpore suo ulla infirmitate, præter scabiem dolet, cũ eo ungatur, et curabitur. quia unguentũ hoc preciosum est: qm̃ cutem infirmantis cito ptransit, et sanat. Sed qui scrofulas habet: iecur uulturis exsiccet, et sup eas sępe ponat, et euanescẽt.

Ad frenesim. Paralisim.

D

Ad Scrofulas

DE AQVILA. CAP. XVIII.

AQVILA ualde calida est, et oculi eius magis ignei sunt quam aquosi: et caro eius homini ad comedendum mortifera est. Sed aquilę quamuis diuersa nõia habeant, omnes tñ eandẽ naturam habent: nisi quod alia acrior, alia leuior est, et q̃d alia uelocius, alia tardius uolat.

DE CICONIA. CAP. XIX.

CICONIA calida est: et caro eius ad esum hominis non ualet. Ciconia eñ, capite, uisceribus, et pennis abiectis in noua olla modico foramine perforato, absq; aqua ad ignem incendatur, et sub ollam istam alia noua ponatur, et sic effluens sagimen excipiatur, et ad tertiam partem eius aruina ursi ipsi addatur, et tantũ de butyro uelut tertia pars est aruinę, et herba gith, et herba kranchschnabel ęquo pondere tun datur: et cum illis in noua olla coquatur, et per pannum coletur, et sic unguentum fiat. Et si quis freneticus est, et qui a paralisi in aliquo membro debilitatur, unguento isto perungatur, et melius habebit.

Frenesim. Paralisim.

DE HERODIO. CAP. XX.

HERODIVS calidus et siccus est, et magnam uim cordis habet: et caro ipsius non comeditur. Si aũt scrofulæ in homine sunt,

siue integræ, siue ruptæ sint: sagimen herodij desuper ungatur, et siccabunt. Sed alij herodij de quacunque terra sint, eandem naturam habent: nisi quod interdum secundum naturam regionum in quibus nutriuntur, alij alijs fortiores, et ueclociores existunt. A

DE ACCIPITRE. CAP. XXI.

Accipiter calidus & humidus est: nec caro eius propter ferocitatē ipsius comeditur, quia homo inde læderetur. Homo autē qui in iecore, aut in dextro latere dolet: pulmonem accipitris in aqua coquat, eique cicutam addat, et consolidę plus quam cicutæ, & de butyro uaccarū in maio parato plus quam istorū trium sit, et simul coquat, & per pannum colet: & cum eo circa iecur, et in dextro latere se inungat, & melius habebit. Et qui leprosus est: fel eius accipiat, et ei bis tantum uini addat, & ubi in corpore suo lepra est se ungat, & mox etiā sagimine eiusdem accipitris ipsum locum inungat, & lepra sanabitur. Ad dolorem iecoris.

DE NISO. CAP. XXII.

Nisus calidus est, & lætus & uelox in uolatu. Quod si uir, uel fœmina in libidine ardet: nisum pennis, capite, uisceribus abiectis, in noua olla modico foramine perforata ad ignem incendat, & effluens sagimen excipiat, & de calandria, & minus de camphora contundat, & sagimini cōmisceat, & denuo ad ignem calefaciat, & unguentum paret. Et si uir est, uirilia sua, & renes cū eo per quinque dies inungat: mulier autem circa umbilicum: et ardor ille in ipsis per mensem unum cessabit. Et mense peracto, iterum tam uir quam fœmina in prædictis locis cū eodem unguento ungantur, & remedium de libidine habebunt. Frenandam libidinem. B

DE MILVO. CAP. XXIII.

Milvus calidus est, et caro eius ad comedendū homini contraria est, quia omnes aues quæ unguibus rapaces sunt, ad comedendum homini contrarię sunt. Homo autem qui scrofulas habet, miluum, pennis, et uisceribus abiectis, cætera cum capite et unguibus in noua olla modico foramine perforata ad ignem incendat, et sagimen excipiat. Quod cum fecerit, carnes quæ in olla remanserunt, ad puluerem comburat. Et prædicto sagimine scrofulas, si integræ sunt, sæpe inungat, et euanescent. Si autem scrofulæ ruptæ fuerint, de puluere in ulcera ponat, et exsiccabuntur. Scrofulas.

DE LARO. CAP. XXIIII.

Larus de calido ardore solis procedit: et caro eius sanis et infirmis hominibus ad comedendum bona est. Homo autem qui uenenum aliquo modo bibit, aut comedit: cor alitis huius, iecur, pulmonem, et uiscera purgata in aqua coquat, et cū uino & albo pipere, et parū minus de cimino condimentum faciat, et illis carnes has imponat, ut eis perfundantur: et eas ieiunus sæpe comedat. Et si uenenum in stomacho Ad uenenum.

C eius induratum est, eædem carnes hoc modo temperatæ, illud auferent, & homo ille sanabitur.

DE PICA. CAP. XXV.

Ad scabiem. PICA grauem calorem in se habet: & caro eius ad comedendum homini ut uenenum contraria est. Si quis autem homo profundam scabiem in capite habet: sagimine eius caput suũ ungat, & sanabit.

DE HERA. CAP. XXVI.

HERA calida, & aliquantum sicca: & caro eius homini quasi uenenum esset qui eam comederet. Auis autem hæc, capite, pennis, & uisceribus abiectis, in nouam ollam ponatur, eiq; fenum grecum, & minus de malua addatur, et postea de medulla cerui, & minus sagiminis gallinarum, & de butyro uaccarũ in maio parato eis tantum addatur, quantum istorum duorum est: & hæc omnia in aqua coquantur, & de pinguedine quæ desuper natat, unguentum fiat: & hoc optimũ est contra dolorem capitis, scapularum, renum, & iliorum. Paralisim. Si se dolens homo cum illo unxerit, & gutta paralisis ibi cessabit quamuis fortis sit. Et si boues, aut porci, aut oues aliquo modo infirmantur: auis hæc in aqua coquatur, & illis ad comedendum detur, & sanabuntur a quacunq; peste teneantur.

DE VLVLA. CAP. XXVII.

VLVLA calida est: & si homo carnes eius comederet, ei quasi uenenum essent. Vlula autẽ, capite, pennis, & uisceribus abiectis ad ignem asset, & sagimen eius suscipiatur: & postea ibiscum, & bis tantum de tanaceto: in aqua coquantur, et herbulis abiectis sagimen in aquam infundatur, & denuo ad ignem ponatur: & eis etiam olei oliuæ tantum addatur uelut quarta pars sagiminis est: et omnibus his per pannum expressis, unguentum fiat. Et homo qui a paralisi fatigatur, cum eo sæpe ungatur, & melius habebit.

DE RVBONE. CAP. XXVIII.

Ad Scrofulas RVBO calidus est, et caro eius homini contraria est. Sagimen autem in patella dissoluatur, & scrofulæ siue integræ, siue ruptę sint, cum eo sæpe inungantur, & exsiccabuntur.

DE PELLICANO. CAP. XXIX.

PELLICANVS calidus est. Homo qui freneticus est, et qui obliuiosus est in scientia sua, cor pellicani ad solem exsiccet, et super uerticem illius liget, ut caro ipsius ab illo incalescat, et ad intellectum scientiæ redibit. Capitis dolorem. Et si quis in capite dolet, quod etiam feruere uidetur: iecur pellicani puluerizet, et modicum plus de semine fęniculi, et parum minus de semine fenugræci addat, et super pannum ponat, et super frontem, et ad timpora sua liget et melius habebit. Sed et uesica

eiuſdem auis exſiccetur, & ubi ſlicr, aut alius tumor alicubi in corpore A
hominis inſurgit, ueſica cum ſaliua hominis, ſeu modica aqua humida
fiat, & deſuper ponatur, & tumor ille ſuauiter frangetur. Quod ſi etiã
alicuius hominis os frangitur, aut aliquod membrum de loco ſuo exilit:
inteſtinum auis huius purgatum ad ſolem exſiccetur, & poſtquam fra-
ctum os compoſitum fuerit, inteſtinum oleo oliuæ modice illiniatur, &
ſuper fracturam os ligetur, & os conglutinat.

DE CVCVLO. CAP. XXX.

CVCVLVS calidus eſt: & caro eius homini ad comedendum
non ualet. Et homo qui urſlethede in corpore ſuo habet, ita
quod etiam cutis eius ſcindit̃: & ſi paraliſis cum fatigat: caput, & uiſcera,
& pennas cuculi abijciat, et reliquo corpori artemiſiam, et ſaluiam æqua
li pondere addat, & modicũ plus de dictamno, & parum aruinæ urſi: &
hæc omnia ſimul in noua olla cum aqua coquat, & ſagimine q̃d deſuper
manat unguentũ paret, et cũ eo ſępe ſe ungat, et urſlethedi eo ſanabunt̃.

DE SCHNEPFA. CAP. XXXI.

SCHNEPFA calidus eſt. Homo aũt cuius oculi caligant: ſel B
auis huius accipiat, eiq; modicum uini addat, & in cuprinum uaſcu- Ad caliginem oculorum.
lum fundat: & ad noctẽ palpebras, & cilia oculorum ſuorum ex eo inun-
gat: & ſi oculos interius tetigerit, non nocebit, & caligo oculorũ fugabit̃.

DE PICO CAP. XXXII.

PICVS calidus eſt. Homo aũt qui leproſus eſt, uiridẽ picum
aſſatum ſæpe comedat, & leprã in eo conſumit. Sed & picus ad Lepram.
ignẽ aſſet̃, & ſuperior cutis quæ ad ignẽ accenſa eſt auferat̃, & aliud cor-
pus modice contundat̃, & in aqua fortit̃ coquatur, aut per omnia cõmi-
nuat̃. Et poſtea oſſa abijciant̃, et carnes ſuper ignitũ laterẽ ad puluerem
comburant̃: et deinde puluis iſte, et prędicta ſuperior cutis eius, et ſatis de
ruta in aquã illã ponatur in qua idẽ picus prius coctus eſt, et ei ſatis de ar
uina uulturis, et parũ de ſæpo hirci addat̃, et de ſagimine quod deſuper
manat unguentũ fiat, et cum hoc unguento lepra hominis ſepe ungat̃: et
quamuis fortis et magna ſit, homo ille ſanabitur. Sed et cor eiuſdẽ auis Paraliſim.
in auro, uel in argento, uel in anulo componat̃, et confirmetur: et quam
diu homo illud apud ſe habet, gutta paraliſis ab eo ceſſabit. Reliqua quę
in eo ſunt, medicinæ non conueniunt.

DE VVICHDEVVALE. CAP. XXXIII.

VVICHDEVVALE calidum eſt, et inſtabile, et caro eius
uſui hominum in cibo non conuenit. Homo autem qui gel-
ſuocht habet, auiculã iſtã mortuã cum pẽnis ſuper ſtomachũ ſuum liga- Ictericiam.
bit, et gelſuocht in auiculam tranſibit, et homo ille curabit̃. Sed et ean-
dem auiculã puluerizet, et puluerẽ iſtũ cũ oleo oliuæ modicũ aſpergat, et
per tres, aut per duos dies ſuper ſtomachum ſuum ligabit, & curabi-

C. tur. Et qui in aure ſurdus eſt: cor eius in aurem ponat, & auditum recipiet. Sed & qui naſebor habet: iecur eius pulverizet, et naribus ſuis apponat, & mali humores ſuauius ſoluentur.

DE PARICE. CAP. XXXIIII.

Ad paralifim PARIX calidus eſt: & caro eius ſanis & infirmis ad comedendũ bona eſt. Homo autẽ qui a paraliſi fatigaẽ, auem hanc in aqua coquat, & ſagimen, acetũ, & modicũ uini addat, & hoc ſępe comedat, & curabitur. Sed & qui regium morbũ habet: eandem auiculam pennis ablatis, integrum ſuper ſtomachum ſuum liget, & gelſuocht in auiculam tranſit, ita quod gelfarb erit.

DE AMSLA CAP. XXXV.

AMSLA cal. eſt & ſic. Homo autem iecur auiculæ huius exſiccet, & in aliquo oſſe quo uoluerit componat, illudq; apud ſe habeat: & aẽrei ſpiritus nullo errore interim illum fatigabunt.

DE DROESLA. CAP. XXXVI.

Guttur. DROESLA calida eſt. Et homo qui interius in gutture ſuo aliquo modo dolet, ſeu qui raucus eſt: auiculã iſtam in aqua coquat, & lineum pannum in ea intingat: et cum illo totum guttur ſuum uſq; *D* ad aures ſuauiter conſtringat, & de reſiduo eiuſdem aquæ ſorbicium paret, & illud ſorbeat: & hoc ſæpe faciat, & melius habebit.

DE LAVDVLA. CAP. XXXVII.

LAVDVLA ualde calida eſt. Et ſi alicui homini guttur tumet: laudulã capite, uiſceribus, & pẽnis ablatis, ſuper calidum laterem paulatim exſiccet, ſic tamen ne cõburaẽ: & ita pulverizet, & huic de puluere tiliæ ad pondus triũ nummorũ addat, & in pannũ liget: & cum eodem paño ſuper guttur ſuũ conſtringat, & hoc faciat dum tumor euaneſcat. *Vlcera.* Quod ſi homo magnũ ulcus in corpore ſuo habuerit, eundẽ puluerẽ deſup liget, & ulcus molle erit, & rumpeẽ. Et ſi homo glandes in ſe habuerit: eas ſaliua ſua primũ madefaciat, & pręfatũ puluerẽ in panno deſuper liget, & euaneſcent. Si etiã canis inſanus fuerit: caput laudulæ abſcindatur, & furenti cani ad comedendum detur, & manſuetus fiet.

DE ISENBARDO. CAP. XXXVIII.

ISENBARDVS cal. eſt. Caput aũt, et uiſcera, et pẽnę auiculę huius abijcianẽ, et reliquũ corpus folijs de quercu inuoluaẽ, et ſup carbones ponatur, uſq; dum eadẽ folia comburanẽ, et ſecunda et tertia uice alijs folijs de quercu inuoluaẽ, et ſuper carbones ponaẽ, uſq; dũ ab igne consumanẽ. Deinde auicula illa in noua olla ſine aqua ponatur, et modice comburatur, et pulverizetur, et modicũ minus de puluere nucis muſcatæ addatur, et de puluere garyofyli minus quam nucis muſcatæ. Si quis etiam apoplexiam habuerit, id eſt, quod in uno latere iam moueri nuſquã poterit: de puluere iſto ieiunus in modica aqua quotidie bibat.

& tandem curabitur, si iuuenis est in corpore, nisi eadem infirmitas lon-
go tempore in eo inueterata sit. Et homo qui dormire non potest: de A
ossibus auiculæ huius sub caput suum ponat, & dormiet, & horrores eũ
interim non lædent.

DE VPVPA. CAP. XXXIX.

VPVPA calida est, & cibo hominis non conuenit. Vpupa
autem capite, uisceribus, & pennis abiectis, in noua olla ad pul-
uerem redigatur: & si scrophulæ in aliquo homine ruptæ sunt, aut si uer- Scrophulas
mis carnem hominis comedit, de ipso in uulnera ponatur, & scrofulę sic- Ad uermes.
cabuntur, et uermis morietur.

DE LVCINIA. CAP. XL.

LVCINIA calida est. Et homo qui a paralisi fatigatur, lucini-
am coquat, aut asset, et eam sæpe comedat, et melius habebit. Et Paralisim.
cuius oculi caligant: luciniam iam ante ortum diei capiat, et fel eius effun-
dat, et huic guttam roris quem super mundum gramen inuenerit addat: Ad caliginem
et ex hoc palpebras, et cilia oculorum suorum cum se in lectum collocat, oculorum.
illiniat: et si oculos interius modice tetigerit, eos non lædet, et caliginem
mirifice aufert.

DE STARA. CAP. XLI.

STARA calida et humida est. Homo autem caput, et uiscera, et
pennas auferat, et reliquum corpus in noua olla ad puluerem com- B
burat, et puluerẽ super scrofulas ponat, ubi ruptę sunt, et exsiccabuntur.

DE FRIGELLO. CAP. XLII.

FRIGELLVS calidus est, et sanis in comestione non multum
obest, infirmos autem lædit. Auicula autem hæc, capite, uisceri-
bus, et pennis abiectis, super uiuos carbones ponatur, et modice assetur,
ita ut tantum incalescat: & ubi infans minuta scabie ulcerosus est, calida
superponatur, & iterũ calefiat, et alio loco apponatur: et sic ubiq; in cor-
pore infantis huius fiat, et malos humores extrahit.

DE CARDVELLO. CAP. XLIII.

CARDVELLVS calidus est. Et homo qui interius in cor-
pore grauẽ dolorẽ patitur, seu qui in stomacho, uel aliam quam-
cunq; infirmitatẽ interius habet, carduellũ capite, uisceribus, et pennis ab-
iectis, modice asset. Et postquã assauerit, carnes eius disttrahat, et ossa cõ-
minuat: et farinam similæ, et modicum sagiminis accipiat, et his præfatas
carnes imponat, et denuo coquat, et sæpe comedat, et eum interius quasi
optimum unguentum ungit.

DE LVCILIA. CAP. XLIIII.

LVcilia temperatum calorẽ in se habet, et sano, et infirmo ad come-
dendũ bona est. Homo aũt cor eius exsiccet, et cũ uich aliquem
[fa]tigat, idẽ cor in aquã per modicã horã ponat, et illi ad bibendũ detur, et
[u]ich cessabit. Sed & guttur eiusdẽ auiculę exsiccet, et cũ aliqs in corde

C dolet, seu a paralisi fatigat: per modicã horã in aquam ponatur, & postea aqua per guttur fundatur, & illi ad bibendum tribuatur, & in corde melius habebit. Et uesica eiusdem auiculæ exsiccetur: & si freislichaz in aliquo homine insurgit: ille cum saluia sua eam modice madidam faciat, & sic eam iuxta, & non supra eundem dolorem ponat, & euanescet. Sed & homo super citherdruse eandem uesicam saliua sua parumper madefacta ponat, & euanescent.

DE BEGESTERTZ. CAP. XLV.

Contra tineas uestium.

BEGESTERTZ calida est & humida. Et si quis homo carnes eius comederit, guttam paralisis in eo excitat. Sed ossa eius in puluerem comminuantur, & in pannum ligentur, & illuc ponantur ubi uestes iacent, & a tineis non læduntur. Quod si etiam tineæ crines hominis lædunt: postquam caput illius lauatur, ad ultimum de puluere isto in lixiuam ponatur, & caput illius cum ea sic perfundatur, & tineæ morientur & cessabunt.

Capitis.

DE HYRUNDINE. CAP. XLVI.

Scrophulas.

HYRUNDO calida est, & usui ciborum hominis non ualet. Vbi autem scrophulæ sunt, siue ruptæ, siue integræ sint: cum sanguine hyrundinis inungantur, et sanabuntur. Sed et siccus sanguis eiusdem auiculæ super scrophulas ponatur, & euanescent. Quod si homo in orchah drim dolet: oua hyrundinis integra cum testa comburet, et puluerizet, & pulueri huic modicum plus de sagimine galli addat, & orchahdrim inungat, meliusque habebit. Si quis autem de gulositate & ebrietate leprosus efficitur: stercus hyrundinum, & quater tantum de herba quæ lappa dicitur, rubeos flores habens, & ex his puluerem faciat: aruinam quoque ciconiæ, & modicum plus aruinæ uulturis in sartagine frixet, et prædictum puluerem, et modicum sulphuris huic aruinę intermisceat, et unguentum faciat, et in asso balneo se perungi iubeat, et se in lectũ collocet. Et sic usque ad quintum, uel ad plures dies faciat.

D

DE VESPERTILIONE. CAP. XLVII

Regium morbum.

VESPERTILIO calida est. Si quis homo regium morbum habet, uespertilionem modice percutiat, quatenus in quiete maneat, ita tamen ne moriatur: et eam super renes suos ligabit, dorso ad renes uerso: et post pusillum de renibus auferat, et super stomachum liget, et ibi dimittat dum moriatur, et melius habebit.

DE APIBVS. CAP. XLVIII.

APIS uclocem calorem habet. Et si alicui homini in membro suo ũberbein crescit, aut si aliquod membrum de loco suo motũ fuerit, aut si aliqua membra contrita sunt: apes quæ in uasculo suo mortuæ sunt, sufficienter in laneum pannum consuat: et in oleo oliuæ cale-

faciat,& membro in quo dolet superponat,& melius habebit. Quod A
si uermis carnem hominis comedet: apes in uasculo suo mortuas pulue- Ad uermem,
rizet,& loco ulceris sæpe immittat,& uermis morietur. Mel aũt quod
apes parant ualde calidũ est. Sed homo qui est pinguis, si sępe mel come-
derit, liuorẽ & tabem in eo parat: sed aridus et macer si coctum mel come
dit, nõ multum ab eo lædetur. Coctum autem mel,& optime despuma-
tum, pingui,& macro, sano & infirmo non multum oberit. Sed si quis
fauum cum cera manducauerit, melancholiam in eo excitat.

DE MVSCA. CAP. XLIX.

MVSCA frigida est. Et cum æstas est, si hominẽ aliquis uer-
miculus, uelut aranea est fixerit: muscam contritam superliget, Ad puncturas uenenosas
& uenenum aliquantũ debilitat. In hyeme aũt musca omnino uenenosa
est,& homini periculosa, nisi quẽ deus custodit. Si pustula quæ freis-
lichaz dicitur, in homine se inflauerit: muscas, capitibus eorum abiectis,
conterat,& circa tumorem illum circulũ cum eis exterius faciat: & uene-
no resistit ne ultra procedat. Deinde rubeam testudinem quæ absq; con-
cha est, terat,& cum ipsa circulũ quem cum musca fecit faciat: & postea
succo lilij cutem quæ circa circulum est quem cum testudine fecit, perun-
gat. Deinde folium uehendistcles super eandem pustnlam ponat,& de-
inde de pura farina similæ toetellũ faciens, eum super idem folium,& su-
per totũ tumorem illum cum panno desuper liget, quatenus mollificetũ, B
ut per se rumpatur. Quód si per se rupta non fuerit: cum arida & lignea
spina, seu alia arida astula dirumpatur: non autem ullo ignito, uel frigido
ferro, aut acu. Sed interim dum homo pustulam hanc patitur, ab igne, a
frigore, a uento, & ab humido aëre se muniat, et ab omni calido asso, et
grosso cibo, et a uino se abstineat, et cruda olera, et cruda poma deuitet.
Quod si homo muscam comederit, aut biberit: scarleiam contundat,
et de succo illo bono uino infundat, et ad ignem calefaciat, et bibat.

DE MVGGA. CAP. L.

MVGGA calida est. Et si quis profundam scabiem in capite
suo habet: muggam in aliquod uasculum colligat, et cum strami Ad scabiem.
ne superius incendat, et in purgatũ locum super uiuos carbones ponat,
ut simul cum carbonibus in cineres uertatũ. Deinde ex eisdem cineribus
lixiuiam paret, et caput suum ubi scabies, uel ubi prauæ maculæ in cor-
pore sunt, cum illa lauet: et hoc sæpe faciat, et sanabitur.

DE CICADA. CAP. LI.

CICADA frigida est. Si enim per se mortua fuerit, tunc ho-
mo quem diruptæ scrofulæ lædunt, ita mortuam super ignitum Scrofulas.
lapidem puluerizet, et in locum scrofularum sæpius immittat, et exsicca-
buntur.

C

DE HVMBELIM. CAP. LII.

Ad oculos caligantes.

HVMBELIM frigida est. Homo autem cuius oculi caligant: uesiculam quæ inter caput et uentrem in humbelim est, tollat, et liquorem qui in ea est, oculis suis cum dormitum se deponit modice immittat. Sed mox oleo oliuæ palpebras, et cilia oculorum liniat. Et sic bis, aut semel in mense faciat, et clarius uidebit. Qui uero immundos ungues habet: eundem liquorem qui in humbelim est, super eos liniat, et ligamine constringat, et sic faciat dum pulchri fiant. Et si quis profundam scabiem in capite habet: prædictum liquorem super caput sæpe liniat, et curabitur.

Ad scabiem.

DE VVESPA. CAP. LIII.

Ad nenenum

VVESPA calida est, et munda. Homo enim beruurtz puluerizet, et bis tm̄ de puluere uuespæ addat: et pulueres istos super calidum fumū teneat, ut paulatim et leniter incalescant, et sic calidos super cibum quem comedere uult teneat: & si uenenum in illo est, ita infirmabitur, quod eum lædere non ualebit.

DE GLIMO. CAP. LIIII.

GLIMVM frigidum est. Quod si quis caducum morbum patitur: cum iam cadit, uiuentes glimi quantū poterunt in pannum ligentur, & super umbilicū illius ponantur, & statim uires recipiet.

D

DE MEGILANA. CAP. LV.

Ad Scrofulas

MEGILANA frigida est. Si aūt scrofulæ in homine sunt: ille uermiculum hunc tollat, et uenenum q̄d in eo est exprimat, & huic minus de puluere megilanæ herbæ addat: & aut in uino, aut in aqua illud ad modicum bibat, & statim uelut sagitta putredinem scrofularum inuadit, & eas consumit.

LIB. IIII. Pars III. De Animantibus terræ.

Animalium terræ, ad hominem comparatio. CAP. I.



ANIMALIA irracionabilia quæ super terram discurrunt, & in terra habitant, de uento qui terram humectat et uegetat, spiramen habent: & cogitationes & præmeditationes quas homo perficit, designant. Et sicut opera cogitationes subsequuntur: sic etiā eam bona uoluntas, & recta desyderia præcedunt: ea fabricator mundi in cœlestibus perficit. Sed quædam, ut leo, & sibi similia, uoluntatem hominis quæ iam opus proferre uult, ostendunt: quædam aūt, ut panthera, & ei similia, ardens desyderium quod iam in incipiente opere est, designant: quædam uero, ut siluestres bestiæ, plenitudinem effluentię, quam homo in possibilitate sua habet, utilia & inutilia opera perficere demonstrant: quædam quoq;, ut mansueta animalia, mansuetudinem hominis, quam

per uias rectas habet, significant. Et ideo rationalitas hoīs inuenit, quod
multotiens ad hominem dicit: tu es animal illud, uelut illud, quoniā ani= A
malia quædam, naturæ hominis aliqua interdū similia in se fere habent.
Sed animalia quæ alia deuorant, et lacerant, et quæ prauis cibarijs nutri=
untur, & generando fœtus multiplicant, ut lupus, et canis: uelut inutiles
herbæ ad comedendum, naturæ hominis contraria sunt. quia homo sic
non facit. Pecora autem quæ mundis escis, ut feno, et simili pastu nutri=
untur, et fętus generando nō multiplicant: homini ad comedendum bo=
na sunt, quemadmodū bonæ et utiles herbæ: et in his, et in illis quædam
medicamenta inueniuntur.

DE ELEPHANTE. CAP. II.

ELEPHAS calorem solis, et non carnis habet, et etiam magnum
sudorem: qui tam fortis est, quod ossa eius ita excoquit, ut ignis ci=
bum: unde eadem ossa pulchra sunt. Homo aūt cuius cerebrum infri=
gidatum et euacuatum est: os quod in fronte elephantis est uelut pileum — Ad cerebrum infrigidatum.
incauatum paret, et ad solem calefaciat, et super caput suum ponat: et hoc
sępe faciat, et melius habebit. Sed et qui nasebor, et multum flegma in
capite habet, os quod in naribus elephantis est, ad solem calefaciat, et su=
per nares suos sępe ponat, usq; dum ab eo incalescant, et sanabitur. Et
homo qui in pectore, aut in corde, aut in splene, aut in stomacho dolet,
aut qui regium morbū habet: nucē muscatam, et liquiriciū æquali pon=
dere pulerizet, et de osse elephantis scobet, et bis tm̄ de puluere isto præ B
fato pulueri cōmisceat, & satis de melle addat, & electuarium faciat: & ex
hoc ieiunus et pransus sæpe comedat, & meliorabit̃. Sed & qui in pul — Pulmonem.
mone dolet, ita q̃d uix spiramē habet, et q̃d tussitat: idem os ad solē calefa
ciat, et in uinū scobet, et coquat, et uinū ita tēperatū sępe bibat, et curabit̃.

DE CAMELO. CAP. III.

CAMELVS præcipitem calorē in se habet, sed tamen aliquan=
tum tepidū, et in uicissitudine instabilium morū est: et in gibbis
suis fortitudinem leonis, & pardi, ac equi habet: & in reliquo corpore na
turam asini. Homo aūt qui in corde dolet: de osse gibbi quem de forti=
tudine leonis habet, in aquā scobet: & ita sæpe bibat. & dolor cordis ces= — Ad cordis dolorem.
sabit. Et qui in splene dolet: de osse gibbi quē de fortitudine pardi ha
bet, in aquā abradat: & illam sæpe bibat, & splen eius sanabitur. Qui
aūt scabiem, & diuersas febres in se habet, et qui malum sudorem sæpius — Scabiem. Febres.
emittit: de osse gibbi quem de fortitudine equi habet, in aquam scobet, et
sæpe bibat, & sanabitur. Et homo ungulas, & gesuuil pedum eius ex=
siccet, & in domo, uel in quocunq; loco uoluerit seruet, & ibi aerei spiri=
tus, nec irrisiones suas facient, nec multa certamina ibi parabunt.

DE LEONE. CAP. IIII.

LEO VALDE calidus est, & de ui hominis in se habet, & na=
turam bestiarū: & tantæ fortitudinis est, ut si eum bestialis natura

C non domaret, lapides penetrare posset. Si quis autẽ homo surdus est, dextram aurem eius abscindat, & alius homo eam in aurem illius in qua surdus est ponat, usq; dum ab ea interius incalescat, et nõ diutius, et auditum recipiet. Et homo linguã leonis exsiccet, et seruet: et si alicui homini lingua sua ex ulla infirmitate debilitatur, ita quod loqui nõ potest: ipsam linguã leonis linguæ illius superponat, usq; dum ab ea incalescat. Et cum linguam hominis modicũ moueri uiderit, linguã leonis auferat. Et si homo ille nondum loquitur, secunda die, uel tamdiu sic faciat usq; dum ille humana uerba proferat. Et qui stultus & insipidus est: cor leonis exsiccatũ ad precordium suũ per breuem horam ponat, usq; dum ab eo ibi tantũ incalescat, & mox auferat: quia si diutius ibi permiserit iacere, de fortitudine illius uelut amens efficietur. & sic per longam horam prudens fiet. Mulier quoq; quæ in difficultate partus est: cor leonis super umbilicũ suum per breuem horam ponat, & infans se in ipsa soluet, & cito procedet: & mox auferat, ne uiscera mulieris subsequentur. Et cor leonis in domo, uel in alio loco sepeliatur, & quamdiu istic iacuerit, fulgura ibi incendia non facient, nec tonitrua ibi percutient. Sed & iecur eius exsiccet: & si quis comestos cibos digerere nõ potest, idem iecur, per breuem horam in aquã ponat, ipsamq; aquam bibat, & statim cibos quos comederit digeret. Homo quoq; caput caudę leonis exsiccet, &

D apud se semper habeat: & interim per sibilos aëreorum spirituũ, & a magicis facile lædi nõ poterit. Ei cũ comederit, aut biberit, idem caput iuxta cibum & potum suum teneat, & si uenenum in eis est, in uase in quo sunt mouentur, & etiam uas in quo uenenum est sudat, et hoc modo nota ri potest. Quod si homo uenenũ comederit, aut biberit: idem caput caudæ leonis in calidum uinum per breuem horam ponat, & uinũ illud calidum bibat, & statim uenenũ quod sumpsit cum digestione per eum transibit. Et homo chalybem in sanguine leonis intingat: & fortis ad ferrũ, & ad alia quelibet in scientia erit. Sed & pellis a collo leonis per caput, & per uerticẽ eius abstrahatur. Et si aliquis homo in capite frenesim & insaniam incurrit: ipsa pellicula sup caput illius tamdiu ponatur, usq; dum caput de illa incalescat, & ille sensus suos recipiet.

Ad surditatẽ.

Partus facilitatem.

Ad uenenum

DE PARDO. CAP. V.

PARDUS calidus est, & iocundus, & uelox, & fortis. Homo autẽ qui debilis in pectore, et in stomacho est, et defectum in corde sæpius sentit: cor pardi ad solem siccet et puluerizet: et cum defectum sentit, ipsum puluerem loco ubi dolet superponat, et melius habebit. Sed et homo ungulam cum pelle pedis eius apud se habeat, et ubi fuerint magica, ibi ad plenum fieri non possunt.

DE URSO. CAP. VI.

URSUS calorem habet fere ut homo, ita quod interdum ardet, et interdum temperatus est. Caro autem ursi homini ad come-

dendum bona non eſt. quia eum ad libidinem intendit, uelut aqua ſitim hominis extinguit. Quod etiam & porcina caro, & aliorum quorundã animalium facit, ſed non tantum quantum caro urſi. Cum adoleſcen A
ti homini primum crines cadere incipiunt: de aruina urſi, et modicum fa uillarum de triticeo, aut ſiligineo ſtramine factarũ cõmiſceat: et cum iſto totum caput ſuum intingat, et ibi præcipue ubi crines effluere inci piunt. Poſtea diu ſe abſtineat, ne caput ſuum ab iſta unctione lauet. Et ſic ſæpe faciat, et crines eius qui nondum ceciderunt, per iſtam unctionem ita humectantur, & confortantur, quod per longa tempora non cadent.

Si autem quilibet homo timidus, tremebundus, et anxius eſt, ita quod ſemper in pauore eſt, pelliculam quæ inter aures urſi eſt, uelut aliud cori um purget, & illam ſuper præcordium & cor ſuum ponat, uſq; dum ab ea incaleſcat, & ſtatim audax erit, & pauor ab eo recedet.

DE VNICORNO. CAP. VII.

VNICORNVS calidus eſt, ſed fortitudo eius maior eſt quã calor ipſius, & mundas herbas comedit. Iecur unicorni pulue rizetur, & puluis iſte ſagimini de uitellis ouorũ parato inmittatur, & nul la lepra eſt cuiuſcunque generis ſit, ſi cum hoc ſæpe perungitur quin ho mo curetur, aut mors illius eſt, aut deus eum curare non uult. Et homo de pelle unicorni cingulum paret, & cum eo ad cutem ſuam ſe cingat: & nulla fortis peſtis, ſeu febris eum interim lædet. Sed & homo calceos de pelle animalis huius paret, & eos induat, & ſemper ſanos pedes, & ſa na crura, & ſanos renes interim habebit. Et homo qui timet ueneno ſe occidi: unguem unicorni ſub ſcutellam in qua cibus eſt, aut ſub cyphum in quo potus eſt ponat: & ſi calidi ſunt, & uenenum in eis eſt, eos in uaſe feruere facit: ſi autem frigidi ſunt, eos fumigare facit, & ita uenenum ap poſitum eſſe ſcire poterit.

Ad Lepram. B

Contra peſtē.

DE TIGRI. CAP. VIII.

TIGRIS calidus eſt, & curſum in montibus & in uallibus ha bet, et naturę ibicis aliquantũ aſſimilatur. Sed caro eius liuoſa eſt, & homini ad comedendum non ualet. Si autem quiſpiam homo recen tem lepram in corpore ſuo habet: cor tigridis cum iam occiditur ita cali dum ſuper locum lepræ ponat, & lepra in cor illud tranſit, & homo ſana tur. Sed & qui comeſtos cibos digerere non poteſt: cum tigris occidi tur, iecur eius calidum ſtomacho ſuo per breuem horam ſuperponat, ſci licet dum calorem amittat: et ſtatim ſtomachus eius ſoluetur, et digerit. Et ſi ulcus, aut ſlier in corpore hominis eſt, ita tamen quod non ſit quod eiſſlichaz dicitur: tunc puſtulæ quæ in tigride ſunt iiſdẽ ulceribus ſuper ponantur, & rumpentur, & ille ſanabitur.

Lepram.

DE HELIM. CAP. IX.

HELIM CALIDVS EST, ET MAGNAE for titudinis, atq; audax eſt. Et caro eius prę fortitudine ſua cibo ho

C minis inutilis est. Iecur eius pulverizetur,& huic pulueri aruina ursi, uel butyrum uaccarum commisceatur,et ille qui freneticus est, uel quem paralisis in capite lædit,cum eo sæpius inungatur,et melius habebit.

DE DROMEDA. CAP. IX.

DROMEDA ardorem ignis,et temperamentum aquę in se habet,et fortitudinē leonis,et uelócitatem uolatus fortium et magnorum uolucrū retinet.Et si homo,aut aliud animal de carnibus eius comederet,fortitudo ignis,et fortitudo uelocitatis quæ in eo est, omnes uires comedentis destrueret. Sed si quis de pelle,aut de ungulis pedum eius habet,magica et fantasmata eum fugiunt.

Contra magica fantasmata

DE EQVO. CAP. X.

EQVVS calidus in temperamento est,& bonam naturā in se habet:& tam magnæ fortitudinis in corpore suo est, quod eam in se esse nescit,& semper desyderium habet in ante procedere:& muuda comedit:& caro eius tenax, & grauis est,& homini ad comedendum contraria. Homo autem qui scabiem,quamuis fortem,in corpore suo habet,sanguinem de aure equi emittat,& hircino sepo cōmisceat, & se cum eo ad ignem sæpe perungat,& sanabitur. Sed & homo qui de iracundia lepram contrahit:uadat ubi sanguis modicus equorum in terram defluit,cum sanguis eorum in uena minuitur,& ubi munda animalia occiduntur:& ipsum sanguinē cū terra infecta tollat,& in caldario cum aqua feruere faciat,cauens ne tanta sit aqua q̄d sanguini uires auferat.Postea in balneo isto usq; ad guttur suū sedeat,& de eodē sanguine et terra modico saccello inmittat,quem in faciē suā ponat,si ibi dolet. Qui cum de balneo exierit,in lectū se redinet,& saccellū cum sanguine et terra super cor suū ponat,ne debilitetur.Et sic quater,uel quinquies,uel ad amplius faciat.

Ad scabiem.

D

DE ASINO. CAP. XI.

ASINVS calidus est,& stultus,et fere cæcus de superfluitate naturæ quam in libidine habet:et acer non est,sed subiectionem tenet.Sed & caro eius homini ad comedendum non ualet. quoniam fœtida est. Lac autem de asino procedens leproso homini prodest, si illud frequenter bibit. Sed & qui scrophulas in corpore suo habet: si idem lac sæpius bibit,eas plus exurgere prohibet. quia quod inmundum est in mundum expellit. Si uermis carnem hominis comedit: de ossibus asini pulverizet,& super locum illum ponat,& uermis morietur.

Scrophulas.

Vermem.

DE CERVO. CAP. XII.

CERVVS repentinum calorem in se habet,et aliquantū temperatum:et mansuetus est,et munda pabula comedit:et caro eius sanis & infirmis hoībus ad comedendū bona est. Si aūt homo carnes cerui cal.comedit,stomachū eius purgāt. Sed & qui iecur eius sępe comedit,paralisim ab eo cōpescit,stomachū eius purgat,& lenē illū facit. Et si quispiā homo in aliq̄ mēbro a paralisi fatigatur; ceruinū sepū in patella

Paralisim.

dissoluat, et ad medietatẽ eius de hircino sepo, & modicũ de pulueriza- A
ta mirrha addat, & cambineum pannũ intingat, & calidum super mem-
brum in quo paralisis furit constringat & sic sæpe faciat, et paralisis cessa-
bit. Et homo de cornu cerui radat et scobat, et minus de thure addat,
et ad ignem simul incendat, et aëreos spiritus fugat.

DE ROECH. CAP. XIII.

ROECH frigida est, et mansuetudinem habet, et mundam na-
turam, et montes libenter ascendit: et bonis ac sanis pascuis utiẽ:
et caro eius sanis, et infirmis ad comedendum bona est. Sed qui inter
scapulas de paralisi fatigatur: cor eius exsiccet, et cum ita dolet, idem cor
oleo oliuæ intingat, & super locũ doloris liget, & melius habebit. Qui
autẽ de uich sępe fatigatur: de iecore eius sępe comedat, & uich in eo com-
pescitur. Sed et qui in stomacho dolet, ita quod frigidus, uel induratus, Ad Stomachum.
uel liuosus est, & cibos digerere non potest: sepum animalis huius, &
ad eius tertiam partem oleum de fructu hagebuchim, uel de fago addat,
& super cambineum pannum liniat, et super stomachum suum ponat: &
quamuis dolor fortis sit, melius habebit. Sed & homo de pelle eius cin-
gulũ, et chirothecas, et etiã uelut camisiã de pelle eius faciat, et illã ad cutẽ,
uelut super lineã camisiam induat, et fortis pestis interim eũ non lædet.

DE STEINBOCK. CAP. XIIII.

STEINBOCK frigidus est, et tortuosus in moribus suis: et caro B
eius liuosa est, et infirma, nec sano, nec infirmo ad comedendũ ualet:
sed tamen sanus eam comestam superare ualet. De pelle autem eius ho-
mo cingulum, et sotulares paret, et induat: et sanitatem corpori suo con-
ferunt. Homo quoq; caudam eius, cum pelle, et cineribus ipsius exsic-
cet, et in manu semper ferat, et interim per magica extra uoluntatem suã
duci nõ poterit. Quod si uenenũ, aut in potu, aut in cibo sumpserit: sta- Venenum.
tim eandem caudam aut in uinum, aut in alium quemlibet potum per a-
liquam horam ponat, et bibat: et uenenum aut per nauseam, aut per seces-
sum per ipsum transibit, et curabitur. Sed et homo de cornu huius ani-
malis manubrium cultelli faciat, et apud se frequenter habeat, et sanitatẽ
corpori suo conferet.

DE VVISANT. CAP. XV.

VVISANT calidus est, et fere mores cerui habet: et caro eius
sana est, et ad comedendum homini bona. Si autẽ pestilentia
quos, et asinos, boues et oues, capras, et porcos, et alia quęlibet animalia
atigat, et occidit: de ossibus, aut de cornibus eiusdem animalis scabendo
n aquam mittat, et per nouem dies illis ad bibendum detur, et pestis ab
is cessabit.

DE BOVE. CAP. XVI.

BOS FRIGIDVS, in temperamento est, et siccus, et caro
eius frigido homini ad comędendũ nõ ualet, sed illi qui ex natura

C ſua calidus eſt nõ multum obeſt. Si quis albuginem in oculis patitur, cum adhuc recens eſt, recens fel bouis oculis ſuis in nocte ſuperponat, & liget, ne labatur. Et ſic per triduum faciat, ſed tamen modice. Poſt triduum autem, fœnumgrecum roſato oleo inmittat, et oculis ſuperponat.

Ad caliginem oculorum.

Calculum. Sed et qui calculum in ſe habet: recens fel iuuenis tauri, & bis tantum de ſanguine eius exſiccet, & de puluere ſaxifricæ tantum quantum fellis eſt addat, & in ſubtilem pannum ſimul liget, & in forte, bonum, & purũ uinum ponat, & ieiunus & pranſus inde bibat: non autem infra cibum.

Et ſi aliquis pungentem peſtẽ in membris ſuis habet: induratas plantas pedum bouis coquat, & ſæpe & ſufficienter ex eis comedat, & curabitur. Et in uaccā eandem naturam homo ſentiat. Et ſi quiſpiam homo ſcrophulas in corpore ſuo habet: matricẽ iuuenculę uaccæ quæ nondum genuit, & ad quam nondum taurus in coitu acceſſit, ſuper ignitum lapidem exſiccet, & pulueri zet, & puluerem iecoris talpæ addat: & de puluere hoc in ſorbicio triticea farina parato, et per nouem dies, uel per plures ſorbeat, & ſcrophulæ in eo deficient. Lac autem uaccarum, & aliorum animalium, ſcilicet ouium, & caprarum, & omne lac in hyeme ſanabilius eſt quam in æſtate. Sed qui in æſtate lac comedũt, nec ſani ſunt, eos aliquantum lædit: ſed ſi infirmi et debiles ſunt, modicum de ea comedant.

Scrofulas.

D Butyrum autem quod de lacte exprimitur, ſuauem calorem habet: ſed butyrum uaccarum melius et ſanabilius eſt, quam ouium, aut capræ.

Ptiſim. Et homo qui ptiſicus eſt, et in corpore ſuo aridus: quodlibet butyrum comedat, et eum interius ſanat, et refocillat. Sed et ſano homini qui moderatas carnes habet, butyrum bonum et ſanum eſt ad comedendum: ſi autem pingues carnes habet, moderate comedat: ne plus ingroſſeſcat. Itaq; lac, et butyrum, et caſeos qui ex lacte uaccarũ ſunt, infirmus et ſanus, frigidus et calidus moderate comedere poſſunt. Caſeus autẽ qui de quolibet lacte fit, diuerſam naturam, ſecundum naturam eorundem animalium de quorum lacte paratur, in ſe habet, et ſic comedenti adhæret. Nam hominem qui ſanam, et duram, et aridã carnem in corpore ſuo habet, durus et aridus caſeus comeſtus non multum lædit. Illum autem qui molles, pingues, et humidas carnes habet, mollis et recens caſeus nõ lædit.

Ad Boum infirmitatem. Cum uideris boues, aut de noxio ſanguine, aut de forti labore infirmari: accipe de conchis arenarum quę in littore iacent, et eas in puluerem redige, et puluerem iſtũ cum bathemia in aquã mitte, ita q̊d de puluere iſto plus quã bathemię ſit, et da eis in potũ. Nã quia boues aliquantum aquatiles ſunt, cũ concha arenarũ quæ de aquoſo aëre eſt, et quæ etiã ſicca et calida exiſtit, bathemię quę calida eſt, et quę etiã multiplices uires habet, in ſuauitate aquæ contemperantur, et infirmitatem boum minuunt. Puluis enim concharũ prauos humores in eis minuit, bathemia eos per omnia conſumit: et aridum fœnum interim ad comedendum dabis, ne de uiridi herba praui humores in ipſis augmententur.

DE OVE. CAP. XVII.

OVIS, siue aries, siue agna sit, frigida est, sed tamē boue calidior: A
et etiam humida et simplex est, et acerbitatem non habet: et caro
eius sanis et infirmis ad comedendum bona est. Sed qui toto corpore
defecit, et cuius uenæ debilitatę, et tepidæ sunt, de succo carnium ouium,
et de iure in quo coquuntur si uult sæpe sorbeat, et modicū de carnibus
earū comedat: sed cum conualuerit, sufficienter de eis comedat. Et ho
mo de iecore eius sæpe et sufficienter comedat, et flegma in eo minuit, et
fętida stomachi ipsius purgat. Sed & qui in pectore tussitat, & spira- Tussim.
men absq; dolore pulmonis difficulter immittit & emittit: de pulmone
eius sæpe comedat, et in pectore melius habebit. Mulier aūt cuius ma- Conceptum.
trix interius frigida, & tenuis est ad concipiendū prolem: matricē agnæ,
aut uaccæ cum adhuc mundæ sunt, ita quod nullo fętu grauatæ fuerunt,
nec sunt, cum lardo, & alijs pinguibus carnibus coquat, cum in coniun-
ctione mariti esse debet: & huiusmodi carnibus frequenter utatur. Et si
deus uoluerit, tanto facilius concipit. quia iudicio DEI multotiens fit,
q; uirtus generandi hominibus aufertur. Sed & pelles ouium ad indu
menta bonæ sunt. quia nec superbiam, nec libidinem, nec pestem ei infe-
runt. unde & deus Adæ indumentū de pellibus ouium dedit. Quod Febres.
si aliquis de quotidianis, seu tertianis, seu quartanis febribus fatigaē: uel- B
lus absq; pelle, de ariete tantū tonsum, ea parte ubi ad cutem arietis fuit,
cum sepo ouis ad ignem calefacto inungat, et denuo calefaciat: & cū præ
dicta febris eum fatigat, mox ipsum uellus super stomachum & pectus
suum, et circa scapulas suas ponat, ut ita incalescat, et modicum dormiat.
Et hoc faciat quotiens febris eum inuadit, & cito liberabitur.

DE HIRCO. CAP. XVIII.

HIRCVS repentinum calorem habet, & instabiles mores: &
caro eius infirmis, & sanis ad comedendum bona est: & si sæpe
comeditur, fracta & contrita uiscera sanat, & stomachū comedentes con-
fortat. Et capra si fortis est, usq; ad augustum comedi potest. Hircus aūt
in ipso augusto ad comedendum bonus est. Sed hædi, siue hirci, siue ca-
præ sint, usq; ad autumnum homini ad comedendū ualent. Et homo Stomachum.
qui in stomacho dolet: iecur hirci asset, & ad medium augusti sæpe co-
medat, et stomachum eius purgat et sanat, uelut bona potio. Sepum
quoq; hirci bonum et salubre est, et plurimis medicinis cōaptatur. Et ca-
pra eandem naturam habet quam et hircus: excępto, quod hircus forti-
or capra est. Et si quis in pulmone dolet: lac caprarum frequenter bi- Pulmonem.
bat, et curabitur.

DE PORCO. CAP. XIX.

PORCVS ardentem naturam in se habet, et liuosus est: quoniā
nullū frigus ipsum purgat: unde caro eius nec sanis, nec infirmis
ad comedendum bona est. quoniam nec flegma, nec alias infirmitates

C minuit, sed auget. Et homo qui in defectu corporis est, de iuuenibus porcellis modice, et de cocto iecore porci sufficienter & sæpe comedat, et eum refocilat & confortat. Qui autem leprosus est: porcinas carnes de uitet. quia lepram in eo augent. Et homo qui per guttam paralisis fatigatur: lardum per diem & noctem in uinum ponat, ut molle efficiatur, & in uino conteratur, ut succum reddat. Postea aserum terat, & succū istum succo lardi addat, ita ut succus aseri sexies minor sit quam lardi, & modicum de fauillis ex stramine auenæ factis in præfatum succum mittat, & simul feruere faciat: postea per pannum colet, & unguentum faciat: & quando de prædicta peste dolet, se ungat, et melius habebit. Homo autem qui qualibet lepra, cuiuscunque generis sit, leprosus est, porcinas carnes pingues, & iam occisas, temperatæ ætatis, in sola aqua, absque ullo alio condimento tam fortiter coquat, ut aqua illa sagimine tota perfundatur: sed tamen ita coquantur ut deinde edi possint. Quibus coctis, de aqua tollantur: & mox in eandem aquam stercus gallinarum ad sufficientiam ponatur, insuper & aruina cornicum, et bis tantum de aruina coruorum, & ter tantum de sepo ceruorum: & hæc omnia in prædicta aqua coquantur. Quo facto, pinguedo quæ desuper natat reseruetur. Leprosus autem qualicunque lepra infectus sit, præfata aqua in loco lepræ fortiter lauetur, & deinde unguento hoc perungatur: & hoc cum eadem D aqua non effusa, & cum eodem unguento tam diu fiat dum sanetur. Lenis enim lepra tali modo cito fugabitur: fortis autem per aliquod tempus durat, sed tamen emundabitur: aut deus fieri hoc non uult, aut mors eius succedet. Item si quis leprosus est, siccam cutis porci in qua parte carnes fuerunt, supra lepram ponatur, quatenus incalescat, et sudet: et lepra in cutem hanc transit. Et post sudorem cutis auferatur, & mox infirmus cum hircino sepo inungatur. Deinde idem leprosus cum alia porcina cute simili modo circumdetur, et hircino sepo ungatur: et sic tertia uice fiat, et etiam insuper usque dum sanetur. Et siluester porcus eandem naturam habet quam et domesticus: excepto quod mundior est domestico.

Ad paralisim

Lepram.

DE LEPORE.

CAP. XX.

LEPVS CALIDVS EST: et caro eius tam sanis quam infirmis ad comedendum bona non est. Homo autem qui leprosus est, simplex fel leporis super lepram suam fundat, et cum eo eam sæpe inungat, et rufæ pustulæ eiusdem lepræ soluebuntur, et ille sanabitur.

DE LVPO. CAP. XXI.

Ad frenesim.

LVPVS VALDE calidus est, et aliquantum nequitiæ aëreorum spirituum assimilatur. Si quis autem homo præ infirmitate malorum humorum in capite furit, et freneticus est: crines de capite

eius abscindantur, & lupus in aqua coquatur, pelle, & uisceribus ipsius A
abiectis: & caput furentis cum pinguedine eiusdem aquæ lauetur, oculis
& naribus, & ore illius cum panno primum ligatis. quia si de pinguedi-
ne illa corpus illius intraret, magis fureret. quoniam ei uelut uenenum
esset. Et sic per tres dies fiat: & ille ad sensus suos redibit: & cum melius
habuerit, caput illius calido uino lauetur, ut de pinguedine illa munde-
tur. Sed & homo qui a paralisi ualde fatigatur: folia gitboum, & ab-
rotanum æquali pondere contundat, & eis plus de sanguine lupi com- Ad paralisim.
misceat, & cum eo ubi dolet se inungat. Postea uero secunda, aut tertia
die assum balneum intret: & gutta paralisis ex eo sudabit, & fortiter se
abluat. In quacunque autem domo pellis, seu crines lupi sunt, in illa ho-
mines libenter rixantur.

DE CANE. CAP. XXII.

CANIS VALDE calidus est: & quiddam naturale sibi in
moribus hominum habet: et odium, et iram, et perfidiam in ho-
mine cognoscit: et in quo perfidiam scit, in ipsum sæpe frendet: et si odi-
um et iram in domo esse nouit, in ipsa in semetipso silenter submurmur-
at. Et si etiã aliquis homo consilia perfidiæ in se habet, canis in eum fren-
det, quamuis eum diligat. Quod si etiam aliquis in domo est qui uolun-
tatem furandi habet, in eum submurmurat et frendet, et alios motus ad B
ipsum quam ad alium habet, et post illum uadit, et naribus odorem eius
tentat. Et hoc modo fur notari potest. Calor qui in lingua eius est, uul
neribus, et ulceribus sanitatem infert, si ea calore linguæ suæ tetigerit.

DE VVLPE. CAP. XXIII.

VVLPIS VALDE calida est: et caro eius homini ad co-
medendum non ualet: sed pellis eius sana est, et ad uestes bona
est. Homo autem qui scrofulas habet: cum aruina uulpis, et minus de Scrofulas.
sagimine uitellorum ouorum addito eas sæpe inungat. Deinde mettram
in eisdem sagiminibus commixtis calefaciat, et calidam super scrofulas
cum panno liget: et cum illa exsiccatur, aliam hoc modo factam superpo
nat. Et sic cum prædicta herba per tres dies et noctes, uel per plures fiat,
et deinceps cum præfatis sagiminibus cõmixtis scrofulas perungat, met-
tram abiecta, et euanescent.

DE BIBERO. CAP. XXIIII.

BIBER VALDE calidus est, et caro eius sanis et infirmis ad
esum bona est, et hominem confortat, eique bonam digestionem
facit. Homo autem qui in splene dolet, linguam eius coctam sæpe co- Splen.
medat, et curabitur. Et qui febrem patitur, iecur eius puluerizet, et Febres.
modicũ ex eo in calido uino sæpe bibat, et melius habebit. Sed et testi-

C culi eius eodem modo in calido uino bibiti, febrem ab hoie compescunt.

DE LINCE. CAP. XXV.

LINX calidus est, & gloriosus apparere desyderat, & uoluntatem suam sequitur: & natura sua fortis est: ideo oculi eius lucent uelut stella quæ noctem illuminat. Quod si pestilentia equos & asinos, boues & porcos deuastat & occidit: de sanguine lincis aquæ commisceantur, & per tres dies semel in die eis ad bibendum detur, & statim conualescent. Sed & ouibus & capris ad potandum detur, si infirmant. De urina autem animalis huius ligurius nascitur.

DE HELO. CAP. XXVI.

Ad paralisim. HELVS calidus est: & tacitam naturam habet: sed tamen alíquantum nequam est: Homo autem iecur eius in aquam tam fortiter coquat, usque dum per omnia comminuatur: & postea de aruina eiusdem animalis ei addatur: & etiam de githboum, & minus de abrotano: & simul in prædicta aqua coquantur, & sic unguentũ fiat: & hoc optimum est contra paralisim, et dissoluta membra in nodis membrorum.

Qui etiam infirmas, & nigras, et maculosas carnes habet, cum hoc unguento se inungat, & caro eius pura erit. Sed & homo caligas ex pelle dachsis faciat, & eas induat, & ei sanum est.

DE ERICIO. CAP. XXVII.

D ERICIVS, scilicet schueinygel, frigidus est, & inmundæ naturę: sed inmundicia quæ in carne eius esse deberet, in spinas transit, & ideo porco mundior est. Et homo quem vich fatigat, cor ericij huius pulverizet, & in calido uino sæpe bibat, & cessabit.

DE ERICIO CANIS. CAP. XXVIII.

ERICIVS qui canem imitatur, frigidus est: & caro eius homini ad comedendum nõ ualet, quemadmodũ nec canis. Sed si in aliquo homine scrofulæ diruptę sunt: uiscera ericij huius abijciat, & totum corpus cum pelle & spinis pulverizet, & super eas sæpe ponat, et exsiccabuntur.

DE SPIRIOLO. CAP. XXIX.

SPIRIOLVS calidus est, et pellis eius ad uestes hominis bona est, quia semper in aëre conuersari solet. Si aũt in iuncturis membrorum hominis horribilis gutta paralisis iacet, spiriolum, capite, uisceribus et pelle abiectis, ad ignem asset, et cum aruina ursi superius modice perungat, ut sagimen ab eo effluat, et illud excipiat. Et postquam id assauerit, omnem succum qui in eo est per pannum extorqueat, et prædicto sagimini se ubi dolet perungat, et curabitur.

DE HAMESTRA. CAP. XXX.

Scrofulas. HAMESTRA frigida est. Homo autẽ qui scrophulas, aut glandes habet: iecur animalis huius pulverizet, et cum pane, aut

in ſorbicio comedat, & plus euaneſcent quam de carne talpæ. Sed & ſi
aliquis inter ſcapulas de paraliſi dolet: dexteram ſcapulam cum dextero
pede inter ſcapulas liget, et melius habebit.

DE MARTARO. CAP. XXXI.

MARTARVS ſilueſtris calidus eſt, et manſuetam naturã ha-
bet: et pellis eius bona eſt ad ueſtes hominum. Quod ſi quiſ-
piam homo ſcrophulas habet: beſtiam excoriet, et aruinam quæ in ea eſt Scrofulas.
diſſoluat, et capiti et uiſceribus abiectis, reliquũ in modica aqua coquat,
et ſagimẽ quod ex illo habere poterit priori addat, et etiã minus de ſagimi
ne uitellorũ ouorũ cõmiſceat: et ſcrophulas cũ eo pungat, et euaneſcent.

DE VVAZEMART. CAP. XXXII.

VVAZERMART frigidus eſt. De ſanguine eius, et uitello-
rum ungnentum fiat, quemadmodum de ſilueſtro martaro præ Paraliſim.
dictu eſt: et ſi quis de paraliſi dolet, ſe cũ eo perungat, et melius habebit.

DE TALPA. CAP. XXXIII.

TALPA frigida eſt, et in terra quę bona et ſana eſt manet. Nã B
homo qui interius in corpore ſuo putreſcit, et qui ſcrophulas ha-
bet, talpam cum aqua comedat, aut eum pulucrizet, et quomodocunq;
poſſit comedat, et interius ſanus erit, et ſcrophulæ euaneſcent ſi nondum
ruptæ ſunt. Qui autem a caduco morbo fatigatur: ſanguinem talpæ,
et roſtrum anetæ, ſcilicet fœminæ, et ungues anſeris etiam fœmine pulue- Morbum caducum.
rizet, ita ut puluis roſtri anetæ bis tantus ſit ut puluis unguis anſeris, et
ſanguis talpæ bis excedat puluerem de roſtro anetæ: et hæc ſimul in pan-
num ligata, in loco ubi talpa terrã nouiter eiecit, per triduum ponat. Poſt
ea inde ablata ubi glacies eſt ponat, ut congeletur. Et iterum inde abla-
ta in ſole ſiccari faciat. Deinde ſumat partem iecorũ cuiuſq; animalis et
uolucris quæ comeduntur, quantũ de his habere poterit, et ex ipſis cum
parua farina ſimilæ tortellos paret, et de prædicto puluere minus addat,
et modicum cimini, et ſic comedat. Qui autem præfatum morbum pari-
tur, per quinq; dies prædictos tortellos comedat: et ſi nondum conua-
luerit, per alios quinq; dies eis utatur: et ſi nondũ ꝓderit, ita ſepties eo-
dem numero quinq; dierũ faciat. Panẽ aũt, et carnes hędi interim come
dat, cũ apio et petroſelino coctas, et etiã agninas edere poteſt: ſed porci-
nas, et bouinas carnes, et anguillã, et caſeos, et oua, et crudapoma, et cru
da olera interim deuitet. Vinũ aũt ſuaue, et aqua permixtũ, et ceruiſiam
bibat.

DE MVSTELA. CAP. XXXIIII.

MVSTELA calida eſt. Caput autem muſtelæ abſcindatu-
tur, et reliquũ corpus in duo fruſta diuidatᷣ, cauda, pedibus, et
uiſceribus abiectis, et prædicta tria fruſta exſiccentur, et in cingulo hoĩs
unũ ad umbilicũ ad utrũq; latus unũ conſuatur: & cũ ipſo ad nudã cutẽ

C suam se homo semper cingat. Ex hoc enim confortatur in eo uirtus, & robustus reddit, et paralisis eum interim nō fatigat. Sed & cor mustelæ tenui cera circumponatur, & cum homo in capite dolet, ceram cum corde in utramq; aurem per breuem horam ponat, & melius habebit. Homo quoq; pellem eius super balsamū teneat, uel ad muscum, ut odorem de eis accipiat: & ipsam ad oculos suos, ad aures, ad os, & ad nares suas sæpe ponat, & sanitatem in eis retinebit.

Capitis dolorem.

DE MVRE. CAP. XXXV.

Febres.

MVS calidus est, & insidiantem naturam, & diabolicas artes habet. Si quis q̄tidianas, seu tertianas, seu quartanas febres habet, murem capiat, & eum modice percutiat ne effugere possit: & antequam moriatur, dorsum eiusdē muris inter scapulas suas ligari faciat, ut ibi moriatur, & homo ille curabitur. Et si quis in stomacho dolet: murem uix uiuentem super stomachum suum liget, dorso muris ad stomachum uerso: & quicquid in ipso est euertitur, & stomachus eius purgabitur, et melius habebit. Sed & si quis caducū morbum habet, & super terram cadit, postquā surgit mox panis quæratur de quo mus comedit, & morsus panis qui residui sunt in aquam ponantur, & illi ad potandum detur: psaq; aqua frons et pedes illius lauentur: & hoc fiat quotiens cadit, & curabitur. Et quia mus omnia fugit, ideo & caducū morbū fugat.

Ad morbum caducum.

D

DE FORMICA. CAP. XXXVI.

Paralisim.

FORMICA calida est. Homo qui superfluitatem malorum humorum, id est, guttæ paralisis in se habet: cumulum formicarū cum ipsis formicis in aqua coquat, & balneū paret, ipsumq; intret, & totum corpus in balneo teneat, capite tantum exposito, & pañiolo cōoperto in eadem aqua madefacto: & sic sæpe faciat, et paralisis ab eo cessabit.

Lepram.

Et qui lepram in se habet, cuiuscunq; naturæ sit: ille terram hanc ubi cumulus formicarum est, quantum de ipsis madefacta est, inter ardentes fauillas de fago factas ponat, quatenus de ipsis fauillis inardescat, ita ut terra quantitatē earundē fauillarū excedat: et calidā aquā nouies per eandē calidam terrā uelut lexiuā transire permittat, et roum eiusdē aquæ in uas excipiat: deinde sepum hirci, et modicū plus de aruina ueteris porci simul commisceat, et in prædictam aquam lixiuæ ponat: et postquam in illa conglutinat, ab ea auferat: postea pulueri huic puluerē haber suā, et modicū minus de puluere uiolę, et de puluere metræ minus quā uiolæ sit, et unguentū faciat, et se in loco leprę per nouē menses, uel per plures iuxta

ignem inungat, et sanabit̃, aut dominus eum sanari nõ uult. Homo aut A
em qui aut glandes, aut scrophulas habet: oua formicarum super uiride Ad Scrofulas
folium quercus liniat, et stercus gallinarum in aqua calefaciat, et stercus
super ipsum folium ad oua componat: et hæc calida super glandes, et su=
per scrophulas sæpe ponat, et euanescent. Sed et si quis homo iratus
est, aut oppressus in mente, aut tristis: iuuenes formicas cum adhuc oua
sua ipsis adhęrent, cum ipsis nidulis in quibus iacent, in lineum pannum
liget, et postea cum se grauatum senserit, pañum in quo formicę sunt dis=
soluat, et super cor suum tam diu ponat usq; dum ab illis sudorem capiat,
et suauem mentem habebit, et lęius erit.

DE PVLICE. CAP. XXXVII.

PVLEX calidus est, et de puluere terrę nascitur. Homo testam
figuli ualde calefaciat, et in lectum suum dissemninet, et cum puli=
ces ariditatem eius senserint, fugiunt.

DE DRACONE. CAP. XXXVIII.

DRACO quendam siccum calorem in se habet. Nam homo Caliginem
cuius oculi coligant, de sanguine draconis per breuem horam oculórum.
in aquam ponat, et de eadẽ aqua sanguine ablato, palpebras, et cilia ocu=
lorum ad noctem modice inungat, cauens ne oculos interius tangat, et sic
tantum ter in mense faciat, et caliginem ab eis fugabit. Et qui calculum B
in se habet, de sanguine draconis in humidũ locum ponet, ut modice hu= Calculum.
mectetur, et postea in modicam aquam per breuem horam ponat, scilicet
dum aqua aliquid coloris inde capiat, et sanguine ablato, de aqua illa mo
dice ieiunus bibat, et mox aliquem cibum comedat, et ita per nouem di=
es moderate faciat, & calculus dirumpitur.

DE RVBETA. CAP. XXXIX.

RVBETA ex parte magnum calorem, & ex parte magnam a=
cerbitatem in se ostendit. Homo autem qui scrophulas habet: Scrofulas.
iecur rubetæ in humida terra inuoluat, & tunc cum eadem humida terra
in alia qualibet terra per nouem dies sepeliat: sed in decima ipsum iecur
abijciat, et humidam terram in qua iecur inuolutum fuit, in testa calefaci=
at, & super scrophulas quæ diruptæ non sunt per tres dies ponat, & sine
dubio euanescent. Quod si scrophulæ dirruptæ sunt: homo eandem ad
gnem calefaciat, & in uetus lineum pannum ponat, qui aliquando sudo
em hominis in se recepit, telam araneæ super eadem ulcera prius ponat,
& tunc pannum cum calida terra desuper ponat: & hoc ter, aut bis in die
ciat per tres dies, et exsiccabuntur.

DE LACERTA. CAP. XL.

LACERTA cal. et sic. est. Homo aũt qui in capite suo inmun Scabiem. ca-
dam scabiem habet, lacertã ad puluerẽ comburat, et puluerẽ istũ in pitis.

C purum & bonum uinum ponat, & huic uino ueterem lardum intingat, & cum eo scabiem capitis perungat, & sanabitur.

DE ARANEA. CAP. XLI.

ARANEA calida est: & est in periculo ueneni sui fere ut scorpio. Et interim dum in cauernula sua iacet, ferox in insidijs tam homini quam alijs animalibus existit. Ipsa uero tela araneæ utilitati non multū conuenit, nisi quod super quædā ulcera hominum uelut sua uis sit sentitur.

DE VLVVIRM. CAP. XLII.

VLVVIRM ualde calidi sunt, & in uiriditate illa nascūtur, quæ gramina germinare incipiunt. Homo autē qui in splene dolet prædictos uermiculos ordeaceo fumo suffocatos in testeo uase comminuat, & in subtilem lineum pannum positos super splen suum ponat: & super pannum illum triticeos furfures cum aceto distemperatos, & calefactos, extrinsecus ponat, & per noctem & diem circum se habeat, & dolor splenis cessabit. Si quis etiam in stomacho dolet: stercus eorundē uermiculorum, quod in terra inuenit, in testeo uase ad ignem calefaciat, & in lineum pannum ponat, & calidum super præcordium & stomachum suum ponat: & hoc sæpe faciat, & stomachus eius purgabitur, & lenis erit.

Ad splenis dolorem. *Stomachum*

D Homo autem qui scrophulas habet: hora illa cum ad descensum pluuię ijdem uermiculi procedunt, sufficienter de eis in ollam ponat: & cum ordeaceo stramine modice suffumiget, ut moriantur: & postea eis farinā de tritico apponat, & etiam uinum, & acetum æquali mensura addat, et fortiter commisceat, quasi pastam faciendo. Eandem pastam super scrophulas antequam rumpantur per tres dies ponat, et mundicia uermium istorum, inmundiciam illam minuit, nec ibi diutius durare permittit. Quod si scrophulæ ruptæ sunt: præfatam pastam hoc modo paratam, in supereminentia acerbę lixiuię intingat, et super eas ponat, et putredinem earum aufert, et eas sanat. Sed et homo præfatos uermiculos, cum ordeaceo fumo suffocet, et in testeo uase cum ligno quærens comminuat, et ipsis eiusdem mensurę maluam addat, et uelut tertiam partem eorum hircinum sepum commisceat, et plus butyri quam omnium istorum sit addat, et cum eo scrophulas siue integras, siue ruptas inungat, et etiam carnē illam quam uermes corrodūt, et magna ulcera corporis sui, et sanabitur.

Scrophulas.

Qui autem de hagedrusen, aut de alijs glandibus dolet: stercus præfatorum uermiculorum, quod in terra reperit, in testeo uase calefactum, in lineo panno ponat, et calidum superponat: et dolor cessabit, et glandes euanescēt. Sed et homo qui uulneratus, seu ulcerosus est: prędictos uermiculos in testeo uase cum ordeaceo fumo suffocatos comminuat, et super uulnus, seu ulcus ponat, et liuorem uelut bonū emplastrum extrahit, et sanat.

A

DE TESTVDINE IN TESTA CAP. XLIII.

TESTVDO quæ in testa est, & quæ super terram incedit, frigida est, & non multum ualet. Attamen si uermis carnem alicuius comedit: testam testudinis huius puluerizet, & super illum ponat, & uermis morietur. Et cum porcus infirmatur: conchas istius, & modicum plus de aneto comminue, & in hartz pone ut comedat, & curabitur. Contra uermem.

DE TESTVDINE SINE TESTA. CAP. XLIIII.

TESTVDO quæ absque testa est, ad eadem medicamenta ualet, si eam homo ita parauerit quemadmodum de uluürme supra dictum est: excæpto quod medicamentum de uluürme multo melior & fortior est.

¶ PHYSICAE S. HILDEGARDIS FINIS.

Q

PRAEFATIO. A



Herbarum & Simplicium uirtutes, quę in usu sunt, & quę Graeci ... uocant, medicum in primis cognoscere oportet, ad custodiam sanitatis: ut dictum est ab Antiquis. Tempus ergo nos hortatur, ut uirtutes exponamus Herbarum uniuersarum, Simpliciumq;, & eorũ medicamentorũ quae nos facile inuenire possumus, & quae singulis passionibus subuenire possunt. Sic & de cibo earũ, sic & de simplicibus medicamentis disponimus agere: ut unicuiq; uirtutem, substantiam, & operationes adscribamus. quia facile per agros inueniuntur utiles ad sanandum, quae unicuiq; passioni, singulari adiutorio subuenire possint.

ORIBASII MEDICI,



De Herbarum, & Simplicium, quae & Medicis in usu sunt, uirtutibus. LIB. I.

De Herba PRIAPISCO CAP. I.

Herbae PRIAPISCI RADICES B tunsae, & impositae, cicatrices eludent. Item ad lippitudines oculorum. Herbae Priapisci succo si inunges oculos, lippitudines & dolores tollet sine mora. Ad oculorũ lippitudines.

De Herba Gentiana. CAP. II.

Gentianae Herbae radices siccatas, & in puluerem redactas 3 i. dabis in uino cyathorum. iij. & proderit.

De Herbae Orbiculari. CAP. III.

Orbicularis herbae nomina. A Graecis dicitur Cyclaminos, alias Chiferon, alias Anthemon, alias Cassophyllon, alias Chelonion, alias Chillena, alias Ostenes, uel Aspiei, uel Palalia, alias Orbicularis. Nascitur in locis incultis & montosis. Ad caput depilandum, herba Orbicularis naribus immittitur. Item ad aluum cõcitandam, herbae Orbicularis collyrio facto, & iniecto, catharticum est. Item ad Splenis dolorem, herbae orbicularis succum cyathum i. & aceti optimi codearia v. diebus continuis viiij. potui dabis: miraberis effectum. Item radix eius collo suspensa, ut contra splenem pendeat, efficaciter medetur. Nam & Cyclaminis succo quisquis anum tetigerit, mira celeritate alui solutionem experietur. Leges eam omni tempore. Splen.

De Herba Proserpinaca. CAP. IIII.

Proserpinacae herbae nomina. A graecis dicitur Polygonos, alias Polygonatus, alias Aspalthion, alias Polycarpon, alias Carthinon, alias Zadia, alias Thephin, alias Sanguinaria, alias Proserpinaca.

Nascitur ubiq;, locis cultis, & aggeribus. Legis eã æstiuo tempore. Ad eos qui sanguinẽ reijciunt. Herbę Proserpinacæ succum cum uino optimo, austero, fine fumo tepefactum, ieiunus ebibas per dies ix. miras res experieris. Item ad lateris dolorem. Herbæ Proserpinacæ succum, cum oleo rosaceo si se sæpius perunxerit, dolorem tollet. Item ad mammillarum dolorem mulierum quæ lac habent, & tumorem. Herba Proserpinaca tunsa, & cum butyro subacta, imposita, mire discutit dolorem & tumorem. Item ad aurium dolorem. Herbæ Proserpinacæ succus tepefactus, & auribus instillatus, dolorem mirifice discutit, et ulcera quoq; aurium sanat. Item ad dysentericos. Herbæ Proserpinacę succum foliorum cum aqua calida potui da quantum tibi uidetur: & sanus efficietur: ipsi experti sumus.

Ad sputum sanguinis.

Dysenteriam.

DE HERBA Aristolochia. CAP. V.

Aristolochię herbę nomina. A Græcis dicuntur Aristolochia, alias Melocarpon, alias Hephesia, alias Dardanos, alias Chamemelos, alias Absinthium rusticum. Nascitur locis montuosis & solidis, & cultis. Ad uim ueneni. Herba Aristolochia trita, uel pisata cum mero potui data, uim ueneni uincet. Item ad febres acerrimas. Herba Aristolochia sicca suffumigabis eum, & hilariorem eum facies. Fugat & dæmonia. Item ad fistulas. Herbæ Aristolochiæ radix fistulis inserta, celeriter expurgat, & ad sanitatem perducet. Medici quoq; sine ea nihil percurare possunt. Item a frigore exustis. Herba Aristolochia ex oleo usq; ad calefactoria uim habet cum axungia porcina. Item cõtra serpentium & hominum morsus. Herbæ Aristolochiæ radicis pondus denarij unius in uini hemina sępius bibit, discutit uenena serpentis. Item si infans cõtristatus fuerit. Herba Aristolochia suffumigabis eum, & hilariorem eum facies. Item ad carcinomata quæ naribus nascuntur. Herba Aristolochia cum cypero, & dracontæa, semen cum melle ei impositum emendat.

Fistulas.

D.

DE HERBA Oxylapatio. CAP. VI.

Oxylapatij herbæ nomina. A Græcis dicitur Oxylapation, alias Laparium acutum dicit. Ad duriciam in corpore. Herba Oxylapation cum axungia ueteri suilla pisata, & ex pane domestico facta ut malagma, & imposita, mirifice sanat.

Duriciem corporis.

DE HERBA Centaurea Maiore. CAP. VII.

Centaureæ Maioris herbæ nomina. A Græcis dicitur Nession, alias Maronion, alias Plectronia, alias Polyidos, alias Fel terræ. Ad epatis dolorẽ. Herba Centaurea maior in uino decocta, & potui data, mirifice auxiliatur. Item ad uulnera, & ulcera, et carcinomata. Herba Centaurea maior cõtrita, et imposita, tumorẽ fieri nõ patitur. Item ad suggillatiões et liuores. Herbę centaureæ succo punctos ex aqua, sume facit.

Epatis dolorẽ

Item ad uulnera recentia. Herba Centaurea ita efficax est ad plagas glutinandas, ut etiam carnes coherescant quæ ex aqua eius coquuntur. Itẽ ad splenericos. Herba maior centaurea ex uino decocta, et potui data, splenem sanat. A Splen.

De CHAMAEDRY. CAP. VIII.

CHAMAEDRYS herbæ nomina. A græcis dicitur Chamedrys, alias Drys, aliter Drysites, alias Chamedrops, alias Trixago, alias Trimago. Nascitur locis montuosis, et solidis. Ad conuulsos. Herbam Chamedryn contusam de ligno in lignum, adiecto uino potui datã, etiã ruptos sanare assignat. Item ad uiperæ morsus. Herba Chamædrys in puluerem mollissimum redacta, & in ueteri uino potui data, uenenum uehementer discutit. Item ad podagram. Herbam Chamedrym ita da bis, ut supra calidam, mire paragoriã prestat. Legis tam mense Augusto, Podagram.

De CHAMELEA. CAP. IX.

CHAMELÆAE herbæ nomina. A græcis dicitur Chamelea, alias Labrum Veneris, alias Cicer rusticum, alias Murrana, alias Analentidũ, alias Sciare, alias Gersoiste. Ad epatis dolorẽ. Herbæ Chameleę succũ potui dato, cum uino, febricitanti cum aqua calida: mire proficit. Item contra uenenum, si quis acceperit. Herba Chamelea siccata, et in puluerem redacta, & in uino potui data, discutit uenenum. Epar.

De CHAMEPYTI. CAP. X.

CHAMEPYTIS herbæ nomen. A græcis dicitur Chamepytis, alias Olocyron, alias Sideritis, alias Spicula, alias Dordila. Ad uulnera. Herba Chamæpytis tunsa, et imposita. Si autem altius fuerit uulnus, succum eius mitte in uulnus. Item ad strophi dolorẽ, hoc est, interaneorum. Herba Chamepytis potui data, tollet dolorem strophi. B Vulnera.

De Chamædaphni. CAP. XI.

CHamedaphnis herbæ nomina. A græcis dicitur Diasinites, alias Mustellago, alias Lactilago. Ad aluum concitandum. Herba Chamędaphnis in puluerem mollissime redacta, et in aqua calida potui data, aluum concitat.

De Ostriago. CAP. XII.

NAscitur circa monumenta, aut in monumentis, aut in parietibus qui sunt circa montium radices. Ad eas res quæ in corpore nascuntur. Herba Ostriago tunsa, et imposita, eas res quæ in corpore nascuntur depellit.

De Britannica. CAP. XIII.

BRitannicæ herbæ nomina. Græci dicunt eam Britannicam, alias Betam plantaginalem. Ad uitia quæ in ore nascuntur. Herba Britannica sumpta utridis in modum esi lactucæ, sanat. Item ad oscididiem. Herbam britannicam, si uiridem non habueris, recipe aridã contusam cum uino, ut mellis crassitudo fiat: eodẽ modo sumpta, eundem effec-

C ctum habet. Item ad dentium dolorem, & si laxi fuerint. Herba britannica mira quadam potentia succurrit. Reponenda autem est in hyeme. Succum autem eius seruabis in uase arietino: arefacito, & puluerem eius reponito. Nam ad eosdē usus cum uino sumpta, ęque efficaciter prodest.

Ad solutionē uentris. Item ad aluum concitandum. Herbæ Britannicæ succus pro uiribus cuiusq; sumptus potu, per se sine periculo purgat. Item ad paralisim. Herba britannica uiridis cū radicibus contusa, uini meri optimi cyathis duobus, uel tribus potu sumpta, mire proficere creditur. Item ad sanguinem, et quod græci Synanche uocant. Herbæ britannicę flos anteq; tonitruū audiatur, collectus, et deuoratus, per annū totum anguē non experietur.

DE BETA. CAP. XIIII.

BETAE genera duo sunt. Nigra, & Alba. Nigra uentrem stringit, maxime cum lenticula & aceto cocta: Alba commoda uentri

Caput. emolliēdo. Succus radicis eius cū melle mixtus, naribus iniectus, caput purgat. Elixatura eius furfura capitis tollit. Betę succus deducit uentrē; olus ipsius restringit. Succus radicis eius in elixatura fortius deducit.

DE LACTVCA hortensi CAP. XV.

D LACTVCAE genus frigidum est, non tamen noxiỹ frigoris. In cibo sumpta, fastidio languentes iuuat, priusq; habeatur succus: imbecille tamen corpus facit: ex parte sanguinē adquirit: lac plurimū nutrit in fœminis: trita cum sale combustis medetur.

DE LACTVCA syluatica. CAP. XVI.

LACTVCAE SYLuaticæ nomina. A græcis dicitur Tridaxagna, alias Hieration, alias Hespedeion, alias Pirris, alias Hibocistis, alias Lactuca syluatica. Nascit̃ locis cultis, et sabulosis. Dicitur aquilam cum in altum uult uolare, ut prospiciat rerum naturas, lactucæ syluaticæ folium euellere, & succo sibi tangere oculos, et accipere maximā claritatem.

Ad caliginem oculorum. Ad Caliginem oculorum, herbę lactucæ syluaticæ succum mixtum cum uino uetere, & melle a canna, qui sine fumo collectus est optimus, succū herbæ & mel in se commiscebis, & teris, & in ampulla uitrea condito, & ex eo utere: summam medicinam experieris.

DE AGRIMONIA. CAP. XVII.

AGRIMONIAE herbæ nomen. A græcis dicitur Agrimonia uiridis.

Oculorum dolores. Ad oculorum dolores. Herba Agrimonia uiridis per se trita, si arida fuerit, in calida aqua intincta ut facilius teri possit, illita, suggillationes & liuores in oculis mature discutit. Ad uentris dolorem. Herbæ Agrimonię radicem bibere dato, mire prodest. Item ad uulnera, & ulcera carcinomata. Herba Agrimonia uiridis contrita, & adposita, ulcera sanare apta est. Si autem arida fuerit: in aqua tepida remissa idem perficere creditur. Item ad morsum serpentis. Herbę Agrimonię

3.ij. cum uini cyathis duobus data, discutit uenenum mirifice. Item ad A
luxum. Herba agrimonia contrita, & adposita, mire doloribus, uel tumo
ribus, & luxu concitatis, succurrit. Itē ad percussum ferro, uel fude. Her
ba agrimonia contusa, & imposita, mirifice sanat. Item ad uerrucas tol-
lendas. Herba agrimonia cū aceto imposita, tollit uerrucas. Item ad Sple Ad Splen.
nisuitium, uel dolorem. Herba Agrimonia in cibo sumpta, lienem con-
sumit. Item ad ea quæ secanda sunt. Herba Agrimonia contrita, & im-
posita, aperit & sanat.

DE ASPHODELO. CAP. XVIII.

ASPHODELVS .i. Albucum. Radix ipsius si cum uino tri-
ta bibitur, menstrua mulierum mouet, & dolorem laterum miti-
gat, & tussim sedat. Contra ictu læsos. Qui interius dolent serpentium
percussu, triti bulbi eius locis dolentium imponantur, & uulnera sordida
expurgant. Succus radicis eius cum thure, melle, & uino tepefactus, auri
um uulnera curat. Succus eius infusus in aurem aliam ubi dolor denti-
um non est, mitigat faucium dolorem. Radix eius combusta, super a-
lopetias sparsa, capillos nutrit. Oleum autē quod in ipsius herbæ radi-
cibus excoquitur, si igni superpositum fuerit, concoctum, combusturis et
pernionibus superlitum prodest. Surdorum quoq; auribus instillatus,
uelocem reddit auditum. Radix eius trita, maculas albas, hoc est, uarie
tates tollit. Flos eius ex uino tritus, potui datus, uenena scorpionum tol-
lit. Si & radix eius trita morsui imponatur cum uino, impetigines anti- B
quas extergit.

DE AFFODYLO. CAP. XIX.

AFFODYLI herbæ nomen. A græcis dicitur Affodylos, sed
alia ab hastula regia prædicta. Ad dolorem tibiarum, uel pe-
dum. Herbæ Affodyli succus, cum oleo amygdalino uncta quæ dolent,
mirifice sanabuntur. Item si tumores fuerint, ipsam contusam & suba-
ctam imponis. Ad Epatis dolorem. Herbam Affodylum, et radicem ci-
us discoque cum aqua mulsa, & potui da, epatis dolorem mire tollit. Epatis dolorē

DE CENTAVREA Minore. CAP XX.

CENTAVREAE minoris nomen. A græcis dicitur Ellebori
tes, alias Amaratha, alias Stirsozila, alias Febrifuga, alias Matro
na, alias Multiradix. Chiron centaurus has herbas ferē inuenisse, unde
tenent nomen Centaurca. Nascuntur locis solidis, & fortibus. Ad uipe
re morsum, uel dolorem. Herbę Centaureę minoris puluis pisatus, & in
uino ueteri potui datus, ualidissime proficit. Ad oculorū uitia uel dolo- Oculos.
rem. Herbæ Centaureę minoris succo oculi inuncti, faciē extenuatam sa-
nat: adiecto melle idem proficit. Caligantibus quoq; oculis uim clarita-
tis restituit, si Centaureæ minoris manipulus in uino coquatur, et per tri-
duum maceratum eximitur: inde quotidie heminam mixtam cum melle

C ieiunus bibat. Item ad Auriginem. Herbam centauream minorem decoque in aqua ad tertias, & ex ea dabis bibere quantum potueris: sanabitur. Item ad lumbricos & tineas. Herbã Centaureã minorem simili modo ut supra dabis, lumbricos eijciet, & tineas exterminat. Item uenenũ qui sumpserint. Herbam centauream minorẽ ex aceto tritam dato: bibat, mox discutit uenenum. Similiter Centaureæ minoris radicis pondus denarij unius in tribus cyathis uini bibitur.

Contra uenenum.

DE PERSONATIA. CAP. XXI.

PERSONATIAE herbę nomen. A gręcis dicitur Prosopos, alias Bachion, alias Elephantosis, alias Personatia, alias Malifolium, alias Riborasta. Ad uulnera omnia serpentium, uel colubrũ. Herbę personatię succum cum uino ueteri dato potionem, omnes morsus serpentum, uel colubrũ sanat. Item ad febres. Herbæ personatiæ folia cinges febricitanti, statim mirifice effugat febrem. Item ad uulnus si cancera uerit, herbę Personatię aqua foueto: deinde ipsam cum nitro, et axungia, & picula ex aceto tere, & panno indue, & superpone. Item ad intestinorum dolorem, herbę personatię succo cyathum I. ex melle cyathis ij. ieiu

Febres.

D nus bibat. Item ad rabidi canis morsum. Herbæ personatiæ radicem, cum sale marino tritam morsui imponito. Item ad uulnera uetera quæ humorem prestant. Herbæ personatiæ radicem, & spinam quæ in siccis locis nascitur, æquali pondere conteris, & imponis. Item ad combustũ. Herbæ Personatiæ succum cyathum .I. & ex melle cyathis duobus bibat.

DE FRAGA. CAP. XXII.

NASCITVR locis opacis, et mundis, & collibus. Ad splenis dolorem Herbę fragę succus, cum melle potui datus, mire proficit. Itẽ ad suspiriosos, uel colicos. Herbę fragæ succus, cum pipere albo, & melle mixtus, et potui datus, mirificum est.

DE ALTHEA. CAP. XXIII.

NOMEN herbę Alteæ. A gręcis dicit Altea, uel Altearıza, alias Sicofyllon, alias Ibiscus. Nascitur locis humidis, et campis. Ad Podagram. Herba ibiscus pisata cum axungia uetere, imposita, tertia die sanabit: ipsius herbę experimentum autores affirmant. Item ad collectiones quę in corpore nascuntur. Herba Ibiscus decocta cum fœnugręco, et lini semen cum polline imposita, duricies omnes discutiunt. Item ad omnes encarimas. Herba ibiscus decocta cum malua erratica, & fœnugręco imponatur. Item Altea, malua asinina, siue ibiscus in mulsa cocta, trita, omnes collectiones & tumores, etiã mammillarum spargit. In uino cocta, fouet ani uitia & duricias. Succus radicis eius in aqua coctus, ad mixto adipe anserino, aut uitulino, & terebentina modica in lanam iniecta, matricis feruorem & præfocationem, & tumorem tollit. Radix eius in uino cocta, & pota, difficultates urinarum soluit: calculosis, & sciati

Podagram.

Matricis suffocationẽ.

cis, & colicis prodest. In pusca radices eius dentium dolorẽ tollit. Se A
men eius tritum: cum aceto in sole illinitum, maculas corporis tollit. In
aqua cocta radix eius, per clisterim iniecta: dysentericos, & fluxum uen-
tris, & renũ mox curat. Semen in uino coctum, apum, & uenenosorũ
ictus omnium curat. Item folia eius trita cum oleo, osturis medentur.
Folia eius trita cum axungia ueteri, podagrę humorem tollit, uel geni- Ad podagrã.
culorum. Item ad suffocationes matricis, et dolorem testium, uel uere-
trorum tumores, uel duriciã, radices eius in aqua cocta foueto: ipsamq;
tritam cum axungia impone.

De Equiseia. CAP. XXIIII.

EQVISEIA herba, quæ a grecis dicitur Hippurin, Itali Equisei-
am dicunt. Ad dysentericos. Herbæ Equiseię succus ex uino dul
ci cyathis duobus potui datus, dysenteriam sanare creditur. Item qui Dysenteriam.
sanguinem per os eijciunt. Herbæ equiseię succum cum uino austero
ieiuni bibant, mox restringet.

De Malua Hortensi. CAP. XXV.

MALVA hortensis uirtutẽ habet purgatoriam, mollit uentrem,
urinam, & uesicam mouet in cibo sumpta. Cum rosaceo, apũ
ictus compescit. Folia eius cum axungia attrita, uulnera recentiora cu-
rant. Semen cum uino tritum, contra serpentium ictus potatur.

De Malua Erratica. CAP. XXVI.

MALVAE Erraticæ nomen. A Græcis dicitur Malocinagria, B
alias Acopon, alias Collyris, alias Malua rustica, uel Malua erra
tica. Nascitur ubiq; in locis cultis. Ad uesicæ dolorẽ. Maluę erraticę ra
dices lib. I. coque in aqua ad dimidias, et per triduum ieiuno da bibere,
sanabitur. Item ad neruorũ dolorẽ, & tumores omnes. Malua erratica
pisata cum axungia uetere, & imposita, neruorũ dolorem mirifice sanat. Neruorum dolorem.
Facit etiam ad omnes enchatesmas, si decocta cum ibisco, & fenugræ-
co. Item ad lateris dolorẽ. Maluam erraticã coques in oleo: postea strin
ges, & folia in mortario teris, & panno inducis, & imponis, & per tridu-
um non soluis: emendasti dolorem. Item ad uulnera recentia. Maluæ
erraticæ radices combure, & cineres contere, & impone.

De Molocinagria. CAP. XXVII.

MOLOCINAGRIA, id est, Malua agrestis. In hora qua-
cunq; sol gyrat, folia eius trita cũ modico sale & melle, collectio-
nes in angulis oculorum ueluti tubera, quæ ægilopę dicuntur, spargit.
Succus eius cum oleo illitus, percussum apum & uesparũ compescit.
Trita cũ luteo, acoras capitis tollit. Folia eius cocta, & cum oleo tri-
ta, cõbusturas sanat. Caldam ubi coxerit, supersedeat mulier, quę suffo Matricem.
catur a matrice. Radices eius cum sale & oleo coctas, et succũ sorben-
dum da qui uenenum biberit. In cibo sumpta, lac de mammillis prouo-
cat. Semen eius cum bacca lauri ex uino tritum, uesicæ dolorem tollit.

C

De Buglossa. CAP. XXVIII.

Adfebres.

BVGLOSSAE herbæ nomina. A Græcis dicitur Buglossa, alias Lingua bubuli, alias Corrago. Nascitur locis cultis & sabulosis. Ad tertianas, siue quartanas. Herba bouis lingua quæ tres tyrsos seminis mittit, teris radicem totam, & ex aqua decoques: potum dabis, remedabit. Quæ autem quatuor tyrsos habet, dabis ut supra. Item ad suspirationes in corpore. Herba bouis lingua ex melle & pane spissata, uice malagmatis, mirifice rumpit. Hanc leges mense Iulio.

De Scylla. CAP. XXIX.

SCYLLITICI bulbi herbæ nomina. A Græcis Scytecas, alias Pancration, alias Tyfonos, alias Sybto, alias Scylla rubra mascula, alias Bulbus scyllites. Ad hydropitiam. Herbæ Scyllæ bulbus torretur, deinde circumpurgatur, medium eius in aqua proijcitur: cum madidum fuerit eximito, & ex eo patienti dato potui ex melle & aceto; & euacuatur per urinam. Item ad perniones. Herbæ scyllæ quod est in medio eius, hoc est, interius, cum oleo feruefactum, ea quæ dolorem exhibent perungito, sedabuntur. Item ad paranycia. Herbę scyllæ radix pisata cum aceto et pane, imposita, paranycia, id est, parotyda mirifice sa-

D

nat. Item hydropicis sitim extinguendā. Herbæ Scyllæ folium subiecta sub lingua, sitim compescit. Leges eam omni tempore Item de

Acetum Scylliticum.

Scylla fit acetum scylliticum in multis causis utilissimum. Bulbum eius tritum imponito omnibus morsibus uenenatorum, canino recenti, scorpionum ictui: & subinde renouato per singulas horas, donec dolor mitescat. Succus eius cum melle infusus, uitia narium, fœtorem, & polypū tollit: & oculis infusus, etiam extergit.

De Cotyledone. CAP. XXX.

COTYLEDON herbæ nomen. A Græcis dicitur Cotyledon, alias Phales, alias Stychas, alias Stergetrō, alias Vmbilicus ueneris. Nascitur in tectis, aut in monumentis. Ad Strumas discutiendas. Herba Cotyledon pisata cum axungia suilla, sem. sine sale, æquis ponderibus calidum imponit, strumas discutit. Legis eā hyemis tempore.

De Gallicrus. CAP. XXXI.

Morsum canis.

GALLICRVS herba nascit locis solidis, circa uias. Ad morsum canis. Herbam gallicrus teris cum axungia, & pane domestico, & imponis, & sanabitur.

De Marrubio. CAP. XXXII.

MARRVBII herbæ nomen. A Græcis dicitur Prassion, alias Philophes, alij Asteritam dicunt. Ad tussim grauem. Herbam marrubium coque in aqua, & ex ea dabis bibere eis qui grauiter tussiunt, mirifice sanat. Item ad Stomachi dolorē. Herbæ Marrubij succum potui da, stomachi dolorem tollit. Et si febricitat: ex aqua

potum da, satis eleuat se. Item ad lumbricos. Herbæ Marrubij, & ab-
sinthij, & lupinorum paria pondera in aqua mulsa cocta, et cum uino bis. A
aut ter in umbilico posita, necat lumbricos. Itẽ ad cõdilomata. Herbã
marrubiũ combure, & ex eius cinere infrica, sanabitur. Item si quis ue
nenum accęperit. Herbæ Marrubij succum dabis ex uino ueteri, discutit Ad uenenum
uenenum. Item ad scabiem, uel impetigines. Herbę marrubij discocta
aqua corpus lauato: scabiem ipsam discutit, & impetigines. Ad Pul-
monis extensionem. Herbam Marrubium ex melle coctam sumat, mire
curabitur. Item ad omnem duriciam. Marrubium tunsum cum axun
gia, & impositum, mire sanat. Item si quis ab opere, aut lassitudine lan-
guorem inciderit, & habuerit neruorum dolorem & tremorem. Herbæ
Marrubij, cum oleo rosaceo succo permixto, perunges eum: sine mora
curabitur.

De Xifion. CAP. XXXIII.

XIFION herbam, alij Fascanion dicunt. Ad fistulas quæ
in corpore nascuntur. Herbæ Xifion radices unc. vi. aceti cya-
thos ij. adipis uulpini unc. iij. ex uino pisabis, in pannum linis, & im-
ponis: miraberis. Item ad capitis fracturã. Herbæ xifion superior pars
eius siccata, contrita æquis ponderibus, mixto uino, capitis ossa fracta Capitis fracturam.
extrahit, aut si quid in corpore suppuratũ fuerit. Item si in pedibus cal
cata sint ossa serpentis, eadem contra uenena efficax est.

De Callitricho. CAP. XXXIIII.

AD STRVMAS unguium, Herba Callitrichon pisata per B
se, & imposita unguibus, strumas sanat. Item ad capillos ungen
dos. Herba gallitricho in oleo trito, capilli uncti inficiuntur.

De Imolo. CAP. XXXV.

IIMOLVM clarissima herbarum est, Homero teste, & inuentio-
ne Mercurij adsignata. quia eius succus beneficia demonstrat: & est
radice rotunda, nigraq;, & magnitudine cepe. Ad matricis dolorem. Matricem.
Herba Imolum contusa, & imposita, dolorem matricis sedat.

De Heliotropio. CAP. XXXVI.

HELIOTROPII nomen. A Græcis dicitur Heliotrophos,
alias Tcliogerõ, alias Scorpion, alias Heraclia, alias Hæmatites,
alias Insene, alias Vertumnum, alias Inribum syluaticum. Nascitur ubiq;
in locis cultis & mundis, & pratis. Eius herbæ diuinæ, ad solis cursum
floscelli se uertunt, & cum sol occidit flores se claudunt, rursum cum sol
oritur, floscelli eius aperiuntur. Facit ad remedia. Ad omne uenenũ.
Succus eius cum uino potatus, uarietates corporum tollit. Herbæ Helio-
tropij puluis mollissimus ex ea factus, aut succus eius cum uino ueteri
optimo potui datus, mire uenenum discutit. Item ad luxum. Herbæ
Heliotropij folia contusa, & adposita, efficaciter sanare creditur. Item

C Heliotropium, siue Cicoreon, id est. Intyba agrestis in cibo sumpta, uel alias pota, stomachi dolorem tollit. Succus eius cum rosaceo, aurium dolorem tollit. Semen eius tritum, cum uino potatũ, tertianas & quartanas tollit. Trita cum axungia, omnes collectiones, strumas, furunculos, condilomata, & parotidas aufert.

De Intybo. CAP. XXXVII.

INTYBORVM genera sunt duo, subamari, & dulciores. Stomacho adcomoda, & uentrem restringunt, trita cum aceto. Cardiacis impone sinistræ mamillæ.

De Gria. CAP. XXXVIII.

NASCITVR in Lucania: marmoris albi colores habet: quatuor rubicundis ornata coliculis. Ad Scyaticos. Herba grias contusa, & imposita, scyaticos tertia die sanat: ut quasi malagmatis genus imponatur. Item ad omnes dolores in corpore. Herbæ griæ radix pisata, & imposita, omnes dolores sedat.

De Carduo. CAP. XXXIX.

Ad matricem CARDVI natura mordax, & submollis: frigidus, indigestus. Ideo succus eius alopetias expellit. Matrici utilissimus est cibus. Folia trita cum pipere & uino potui data, collectiones sananr.

Succus foliorum eius alopetias capillorum prouocat. In iure gallinarum comesti, uentrem solutum nimium reprimunt.

De Polytricho. CAP. XL.

D POLYTRICHI herbæ nomen. A Græcis dicit Adianton, alias Polytrichon, alias Tricomanes, alias Coriandrũ agreste, alias Capillus ueneris, alias Terræ capillus, alias Superciliũ terræ. Ad coli dolorẽ. Herbæ Polytrichi quæ habet ramusculos quasi seta porcina, folia trita cũ piperis granis. ix. et coriãdro gra. ix. simul in uino optimo dabis bibere introeunti balneũ, sanat. Facit etiã ad capillos mulierũ nutriendos.

De Hastula regia. CAP. XLI.

Dysenteriam. HASTVLA regia, a Græcis dicitur Molocinagria. Ad dysentericos. Herbæ hastulæ regiæ radix cum uino trita, potu datur dysentericis, statim sentiũnt beneficium. Item ad uentris fluxum ut restringat. Herbæ hastulæ regiæ semen mixtum cum aceto acerrimo, potui datum, uentrem restringit.

De Papauere. CAP. XLII.

PAPAVER stringit quidem, & replet, & est fortissimũ: sed fortius est quod nigrum est. Eorum omnium succus magis egeritur quàm carnes. Coquendo ergo feruabis ita, ut cum uolueris aliquid deficcare, succo prius quàm recentibus carnibus non utaris: ubi autem mollire, magis succo eorum quàm carnibus utaris. Nam grana Papaueris multa sunt: et agrestia quidẽ ad medicinæ usum efficatissima sunt. Papauer albũ, quod in hortis serunt, minus efficax, soporiferum est quidem: quoniam minus

frigoris in se continet, quod paulatim coctura decoxerit. Folia eius cū A
rosaceo trita, tumorem articulorum tollunt. Calda in qua decoxerint
capita eius, foueto caput freneticorum, somnum facit.

De Papauere Agresti. CAP XLIII.

PAPAVER syluaticum a græcis dicitur Mœcorias, alias Oxy-
tonon, alias Nemon, alias Papauer albū, alias Papauer syluaticū.
Ad epiphoras oculorū. Herbæ Papaueris syluatici succū, uel coliculos
cum suo fructu oculis imponito. Item ad hemigraneā, uel capitis do- Ad epiphoras.
lorem. Herbæ papaueris syluatici semen cum aceto teris, & fronti impo-
nis, sedabit dolorem. Item ad somnum qui non dormiunt. Herbæ pa-
paueris succo si quem perungas, somnum ei cum sopore obijcis. Item
Codionagrion, idest, papauer agreste: eius duo sunt genera, albū scilicet,
& nigrum. Semen eius teris in aqua, & fronti illinito, capitis dolorem tol
lit. Et est tertium genus, capite grandi, & oblongo, efficacissimū somno.

De Oenante. CAP. XLIIII.

AD STRANGVRIAM. Herbæ Oenantis radicē in pul-
uerem redactā, dato ad stranguriā in uini cyathis duobus, sume
prodest. Item ad tussim. Radicē dabis herbæ Oenante, ut supra.

De Splenio. CAP. XLV.

NOMEN herbæ. A græcis dicitur Splenion, alias Herminon, a- B
lias Lenehites, alias Prygia, alias Prigites, alias Imagales. Ad sple
nis dolorem. Herbæ Splenion radix in puluerē mollissimū redacta, uino
bono potui datur: summam rem experieris. Hæc herba sic inuenta est: Splen.
cum exta super eam proiecta essent, adhæsisse lien, eumq; exinanisse di-
cunt; propter hoc a quibusdā Splenion uocatur. Narrant, sues qui ra-
dicem eius edunt, sine splene inueniri. Quidam eandem dicunt, ramis
hysopi surculosam, folijs fabę, eodē nomine adpellantes. Legunt cā dum
floret, maxime ex Ciliciæ & Pisidiæ montibus: & hæc laudatissima.

De Polio. CAP. XLVI.

NASCITVR locis asperis herba Polion. Ad lunaticos.
Herbæ Polion succum commisces cum aceto scillitico, & perun Lunaticos.
ges eos qui patiuntur ante accessum. Item, Herbæ Polion pillulam, &
radicem eius linteolo mundo circa collum eius qui patitur ligabis: expe-
rimento res facta est.

De Victriola. CAP. XLVII.

VICTRIOLAE herbæ nomen. A græcis dicitur Daphnoi-
des, alias Diglosson alias Eupetalos, alias uictoriæ foliū, alias
Laurus alexandrina, alias Victoriola. Ad flegmata intercidenda. Her
bæ uictoriolæ succus cyathos duos dabis cum melle bibere ieiuno: mox
flegmata intercidet.

De Symphito. CAP. XLVIII.

SYMPHITI herbæ nomen. Conferuam dicunt alij, alias Anagallicũ. Nafcitur locis paluftribus, et campeftribus, uel pratis. Ad profluuiũ mulieris. Herbæ Conferuæ puluerem molliffime detritũ, potui dabis in uino: mox reftringet. Item ad conuulfos, uel intus ruptos, Herbæ conferuæ radicẽ in cinere tepido coquito, & ex melle ieiuno dabis, ut edat: fanabitur, & thoracem totum purgabit. Item ad ftomachi

Ad Stomachum.

languorem. Herbam Conferuam fi quis cum oxycrato edat, magnũ beneficium fentiet. Item ad tuffim. Herbæ Symphiti radicem de calda coques cum melle, et pipere, & caftoreo ad quartas, & ieiuno potui uino ueteri dabis. Hæc herba eodem, argumento cum carne bubula concifa, & in cacabum miffa, eius radicem fi miferis 3. ij. cocta bubula caro in uinum cohęrebit. Item Symphitum. i. Anagallicum facit ad profluuium omne fanguinis narium, fiue mulieris, feu fanguinem uomentis, uel ex ictu aliquo, fiue dyfenteria, uel hemorrhoida, radix eius ex pufca trita, potui data, fanat.

De Afterion. CAP. XLIX.

NASCITVR in petris et locis afperis. Hęc herba in nocte tanquam ftella in cœlo fic lucet: ut qui uidet ignorans, dicet fantafma fe uidere, metu plenus, irridetur tamen a paftoribus pecorũ. Ad caducos. Herbę Afterion baccas, fi dederis manducare, luna decrefcẽte, cũ fol erit in figno uirginis, et ipfã herbã in collo habeat fufpẽfam, remediabitur.

De Dictamno. CAP. L.

DICTAMNI herbæ nomina. A græcis dicitur Arthemideon creticon, alias Bubulcos, alias Ephemeron, alias Darcadion, alias Tuffella ruftica, alias Dipfacos, alias Labrum Veneris, alias Dictamnum. Ad plagas fiue a ferro, fiue fude, fiue a ferpentibus. Herbæ dictamni fuccum infunde in plagã, & aliquid da ei bibere, & mox fanus erit. Ad ferpentium morfus. Succũ eius in uino bibat: mox difcutit uenenum. Item fi quis uenenum fumpferit. Herbæ dictamni fuccũ cum uino potu fumat. nam tanta uis eft ipfius dictamni, ut non folum interficit, ubicunq; fuerint ferpentes pręfentia fui, fed & fi odor eius a uento ad eos peruenerit, ubicunq; eos tetigerit, mox occidet. Fertur & hoc exemplum. Si caprea in uenatione telo. i. fagitta percuffa fuerit: ftatim ut peruenit ad herbam dictamnum, & pafcitur ex ea, telum a fe eijciet, & plaga fanatur pafcendo dictamnum. Item ad uulnera recentia. Herbam dictamnum, & agrimoniam, & ambrofiam contritas cum butyro imponito plagæ: miraberis in omnibus dictamni effectum.

Plagas. Vulnera.

De Solidagine. CAP. LI.

SOLIDAGINEM minorẽ Heliotropion uocãt. Ad lumbricos necandos. Herba Solidago minor ficcata, & in puluerẽ redacta,

redacta, in aqua calida potui data, lumbricos occidit.

A

De Peonia. CAP. LII.

INuenta Peonia nomen autoris retinet. Nascitur Cretę. Quam Homerus sacer autor suis in libris inseruit. Inuenitur plurimum a pastoribus in nocte. Ad lunaticos. Herba Peonia si lunatico iacēti imposita fuerit, nunq̃ ei morbus redit. Item ad sciaticos. Herbæ peoniæ radicem partim alligabis lino, & eum qui patitur circumcinges.

Ad lunaticos.

De Peristerion. CAP. LIII.

PERISTERION, alias Columbinam uocant. Hęc herba columbis est admodum familiaris, unde & nomen habet. Ad omnia uenena. Herbæ peristerion puluerem si quis potui dederit, omnia uenena discutit. Dicitur, quod & magi ea sua arte utantur: et uerū est (ex parte.

De Brionia. CAP. LIIII.

BRIONIA a gręcis etiam simili nomine dicta. Ad splenem. Herba brionia in cibo data, per urinam splenis uitia digerit. Hæc herba tam laudabilis, ut & in teriacas potiones mittatur.

De Nimphęa. CAP. LV.

NIMPHAEA. Ad dysentericos. Nimpheæ semen cum uino tritum, potui datur. Item radicem eius radis, & dabis manducare dysenterico diebus decem. Item cum uino austero data fuerit, uentris cursum restringit.

B

De Crision. CAP. LVI.

CRISION. Ad faucium dolores. Herbæ Crision radicē si quis in collo secum portauerit, fauces ei nunq̃ dolebunt.

De Isatide. CAP. LVII.

AD MORSVM serpentis. Herbæ Isatidis folium contritum cum aqua, plagę impositum, adiuuat, et dolorem tollit.

De Scordion. CAP. LVIII.

SI QVEM serpens percusserit. Herba Scordion coquit, et datur sucus eius potui cum uino: ipsa aūt contusa, in plaga imponitur. Ad neruorū dolorē. Herba Scordion trita, cum oleo laurino subacta, dolorē tollit. Item ad quotidianas, & tertianas. Herba Scordion alligata circa corpus hominis, tollit quotidianas, uel tertianas.

Febres.

De Verbasco. CAP. LIX.

VERBASCVM a græcis dicit Flomus. Nascitur locis sabulosis, & aggeribus. Ad Podagram. Herba Verbascū contusa & imposita, inter paucas horas dolōrē adeo efficaciter sedabit, ut etiā ambulare audeat.

De Chelidonia. CAP. LX.

CHELIDONIAM, Itali hyrundininā uocant. Ad Caliginē oculorū, & qui ulcera in oculis, et scabredines habent, et etiā

C albuginem extenuatam. Herbæ Chelidoniæ ſuccum de radice eius teris, cum uino ueteri, & melle attico, & piper albũ in ſe bene contritum, inunge deintus. Experti ſunt aliqui de ſucco eius. i. lacte, oculos ſibi inungentes contra caliginem. Item caligantibus oculis. Succus eius, uel floſrũ, expreſſus, mixtus cum melle attico, in uaſe æneo, leniter cinere ferueute commixtus, decoctuſq;, ſingulare remedium contra caliginem oculorum habet. Quidam ſucco tantum utuntur. Item ad Parotidas. Chelidoniam cum axungia tritam impone: ſed ante aqua foueto. Item ad auriginem. Chelidoniam tritam ex aqua bibe, miraberis. Item ad combuſtum. Chelidonia cnm ſepo caprino contere, & impone. Item ad capitis dolorem. Chelidoniam ex aceto contritam illinito capiti, & fronti.

Adoculos caligantes.

Item ad dentium dolorem. Chelidoniæ radicem, & folia cupreſſi trita, & tędam maſculam in aceto decoque, tepefactum gargarizet.

De Solata. CAP. LXI.

SOLATAM Græci dicunt Strignon. Ad ignem ſacrum. Herbæ ſolatæ ſuccus illitus cum aceto, ſumme prodeſt. Ad tumorem corporis. Herbam ſolatam tunſam, cum oleo ſubactã impone, prodeſt. Item ſi qua mulier ab inferiori parte laborat. Herbæ Solatæ ſucco ſe ſublauet. Iteem ad Auricularum dolorem. Herbæ Solatæ ſuccũ cum oleo crinino miſce, & tepefactum in aures ſtilla. Item ad dentiũ dolorem. Baccas eius commanducet. Item ad ſanguinem de naribus fluentem. Succo eius lintheolum madidum nares obturet, mox reſiſtit.

D

Dentes.

De Senetione. CAP. LXII.

SENETIONIS herbæ nomen. A grecis dicitẽ Geranthea. Naſcitur in tectis, & circa parietinas. Ad uuulnera quamuis uetuſtiſſima. Herba Senition tunſa, & ſubacta cum axungia ueteri, impoſita, ſanat. Item ſi quis ferro percuſſus fuerit. Si mane herbam ipſam, et ad horam ſextam collectam, & contuſam cum axungia ueteri in plagã impoſuerit, eam aperit & expurgat. Item ſimili modo ſi eam poſt meridiẽ colligis, & cum axungia pinſis, & miſces, impoſita plagã claudit, et perſanat. Item ad ſtomachi dolorem. Senetionis floſculi, cum cariota bene ſubacti, ut ſit malagmatis genus, ſuperimpoſitum, ſumme dolorẽ ſedat. Item ad lumborum, et coxarum dolorẽ. Senetion per ſe ieiuno potui data, ualiđiſſime prodeſſe creditur. Item ad Podagram. Ipſa herba trita cum ſale, ut ſit genus malagmatis, appoſita pedibus, proficere fertur.

Stomachum.

De Filice. CAP. LXIII.

FILIX, alias Pterineon appellaẽ. Herbæ filicis radix contrita, uulneri appoſita. Argimonitidis unc. duabus, cum uino potui data, certum eſt remedium. Ad ramicem puerorum. Filicem quam in radice fraxini arboris inueneris, tundes cum axungia, & panno inducis, & imponis, ac faſcia ſurſum uerſa ligabis, quinq; diebus ſanabiẽ. Item

ad dolorem femoris, uel suræ. Ex herba Filice fumigabis loca, & cessabit A
dolor. Item infantem languidũ si ex ea fumigaueris, facilime cõualescit.

De Gramine. CAP. LXIIII.

GRAMINIS herbæ nomen, alias Agrostis. Ad splenis Ad Splen.
dolorẽ. Herbam graminis decoquis, & eius flores teris, & pan-
no illinis, & imponis, in splene senties beneficium. Item ad epiphoras
oculorum. Herbam graminis quod in se summũ trifurcum habet (nam
& in plura diuiditur) decrescente luna sublatam, plurimum uelis habe-
re repositum: deinde unum ex his ad collum ligato, celeriter impenden-
tem epiphoram discutere creditur.

De Gladiola. CAP. LXV.

AD VESICAE dolorem, & qui urinam non faciunt. Herbã
gladiolam effodies, & siccato: corticem, radices eius contere, ad-
dito uino, cyathis duobus, aquæ cyathos iij. coniungis, & sic potabis.
Item ad splenis dolorem. Herba gladiola maturrime lecta, siccata, & pi
sata, & in puluerẽ mollissimũ redacta, in uino lenissimo mixto puluere
potui data, mire dicitur splenem siccare. Item ad dolorem pręcordio-
rum. Gladiolę baccas tritas, ex lacte caprino, melius si asinino, tepefacias
bibere dato, desinit dolor.

De Roremarino. CAP. LXVI.

ROSMARINUS. A Græcis dicitur Lybanotis. Nascitur B
locis marinis, & hortis. Antequam thus sciretur, hæc herba homi-
nes, & deos placabat. Ad dentium dolorem. Herbæ rorismarini radix
commanducata, dentium dolorem sine mora tollit. Succum eius si super Dentium dolorem.
dentes tenueris, mox sanantur. Item ad languentes. Rosmarinus tritus
cum oleo, languidum perunges, mire sanabit. Item ad pruriginem.
Rorem marinum conteris, & succum eius cum uino ueteri, & aqua cali-
da per triduum bibat. Item ad epatis dolorẽ, aut interaneorũ. Rorisma
rini fasciculum concidis ex aqua, adijcies illi amomum pusillum, aut spi-
cam nardi, et palmulas duas rutæ, & hæc ipsa in se coque: et aquã earum
dabis bibere, sanabis. Item ad tussim. Rosmarinus cum pipere, melle
facies pastillos, & dabis unum mane, & unum sero, cum dormitum ua-
dis. Item ad interaneorum dolorem. Rorem mariuũ herbam uiridem,
aut aridam dabis ut supra. Item ad album in oculis. Rorismarini cinerẽ
cõmisces cum melle attico, & inungis. Item ad uulnera recentia. Ros-
marinus contusus cum axungia, & imposita, optime facit. Item ad ter-
tianas. Rosmarinus contusus potui detur sub accessione.

De Pastinaca syluatica. CAP. LXVII.

HERBA Pastinaca syluatica nascitur locis saxosis, & aggeribus.
Ad mulieres quæ in partu laborant, neque purgantur. Pastina-
cam syluaticam coquant, & de aqua eius se fomentent. Item ad purga- Partu laborantibus.

C tionem mulieris. Pastinacam coctam, & tritam cum eadem aqua ubi cocta est, commisce, & dato bibere: purgabitur.

De Perdicali. CAP. LXVIII.

Ad podagrã. PERDICALEM herbam, Itali Muralem dicunt, alias Paritaliam adpellant. Ad podagram, aut genagram. Herba perdicalis coquitur in aqua, & ex ea aqua fouebis pedes & genua: deinde ipsam tusam cum axungia imponis panno inducto in pedes, uel in genua: mire sanat. Nascitur in parietibus, aut macerijs, uel aggeribus.

De Mercuriali. CAP. LXIX.

MERCVRIALIS herba, a Græcis dicitur Lmozostis agria. Ad uentris duriciam. Herbã Mercurialem coquis, & tritam ex passo dabis, statim detrahit, & stomachũ purgabit. Et semen eius tritum, ex passo datum, idem efficit. Item ad Menstrua prouocanda. Herbam Mercurialem admotã cum irino, uel rosaceo oleo, potui dabis, mox prouocat. Item ad oculorum epiphoras. Mercurialis folia cum uino albo & ueteri imponis. Item si aqua in aures introierit, Mercurialis succus tepidus instillatur, mox liberabitur.

De Radiolo. CAP. LXX.

D RADIOLVM alias Filicinam uocant: quia similis est filici. Nascitur in lapidibus, uel in parietibus, habens in folijs singulis Caput. binos ordines punctorum aureorum. Ad capitis dolorem. Herba radiolum cõtusa, ante curiose depurgata cum aceto scyllitico, usque adeo decocta donec nõ pateat: peruncto capite, dolor sedatur. Item ad aluum concitandam. Radioli radicem euulsam, & cultro cortice depurgatam, coctam cum malua, bibe sine labore, uel aliquo tædio, uentrem deducit, & omnes æstus.

De Sparago agresti. CAP. LXXI.

SPARAGVS agrestis, a Græcis dicitur Miacantha. Ad uesicæ dolorem, uel tumorem. Sparagi agrestis radicem coquis in sextario aquæ, in pultario nouo ad quartas, & ieiunus diebus. vij. sumat potu, uel ad plures dies. Balneo utaẽ, in frigida non descendat, neque frigida bi-Dentes. bat: mirificas res experietur. Item ad dentium dolorem. Sparagi succus in ore tentus, iuuat. Item ad elephantiacos. Sparagi radix cocta, trita, imponitur. Item ad renum dolorem. Sparagi radix trita, cum uino potata, mire proficit.

De Sauina. CAP. LXXII.

SAVINAM græci dicunt Antirinon. Ad morbum regium, id est, auruginem. Herba Sauina cum melle & uino potata, auruginẽ discutit: cum uino trita, idem facit. Item ad capitis dolorem. Sauina diligenter trita cum aceto, & oleo roseo mixta, capite & temporibus illita, prodest. Item ad Carbunculos. Herba sauina cum melle illinitur.

Item ad ignem ſacrum. Sauina trita cum melle illinitur. A

De Canis Cerebro. CAP. LXXIII.

CANIS caput a græcis dicitur Antirinon, Itali canis cerebrum,
alias Digitum ueneris uocant. Ad Epiphoras oculorum. Her
bæ canis cerebri radix cum aqua decocta, de ea aqua ſubinde oculos fo Ad epiphoras oculorū.
uere celeriter emendat.

De Ruſco. CAP. LXXIIII.

RVSCI herba a græcis dicitur Bathoſſidia, Itali Sintix, alias
Rubus, alias Mora ſyluatica. Ad aurium dolorem. Herbæ
ruſci cymas teris, & ſucco expreſſo auriculis tepefactum & inſtillatum,
aurium dolorem ſedabis. Item ad Hæmorrhoidas reſtringendas. Ru-
bi teneri cymas. ix. & myrti ſyluaticæ cymas. ix. mali granati ſicci corti-
ces.iij. coquantur in ſe, & in calda eorum fiat encathiſma: & cum iam re
frigerauerit, fomentabis anum tibi: hoc triduo facies, mirifice reſtringit,
& ſanat. Item ad profluuium mulieris. Rubi cymas tenerrimas ter ſe-
ptenas coque in aqua uſq; ad tertias: & per triduum ieiuno potū dabis,
ita ut quotidie renoues potionem. Item ad Cardiacos. Rubi folia per
ſe trita imponantur mammillæ ſiniſtræ, ſudorem ſiſtit. Item aduerſus Cordiacos.
gingiuarum & labiorū uitia. Rubi caliculos teneros in uino decoctos,
bibe uinum, ſeu ore concineto. Item ad uuæ remedium. Rubi folia are-
fiant in umbra, & crementur in cineres: ipſos cineres per fiſtulam arun- B
dineam uuæ inſufflabis. Item ad uulnera recentia. Herba rubi, aut flos,
aut mora ſine collectionis periculo ſanant. Item ad Condilomata. Her-
ba rubi in uino decoquitur ad tertias, eo q; uino fouentur condiloma-
ta, & omnia uitia ſedis. Item contra ſerpentiū & hominū morſus. Mo
ræ folia recentia, trita, imponantur.

De Millefolio. CAP. LXXV.

MILLEFOLIVM a græcis dicitur Myriophyllon, alias
Supercilium ueneris. Hanc herbā Achilles inuenit, unde uul-
neribus percuſſos ferro ſanabat: & ob id Achillea uocatur: cum hac her-
ba ſanaſſe Telephona dicitur. Ad dentium dolorem. Herbæ millefo-
lij ieiunus radices manducet. Item ad uulnera ferro facta. Millefolium Dentium dolorem.
cum axungia piſata, & impoſita, uulnera purgat, & ſanat. Item ad tu-
mores. Millefolium cum butyro impone. Item ad urinæ difficultatē.
Millefolij ſuccus ex aceto bibatur, mire ſanat.

De Ruta hortenſi. CAP. LXXVI.

RVTA hortenſis a græcis Eriſion dicitur. Ad ſanguinem flu-
entem de naribus. Herba ruta, frequentius odorata, reſtringit
ſanguinem. Item ad inflationes. Herbam rutam paululum ede, uel in
potione ſume. Item ad ſtomachi dolorem. Rutæ ſemen, cum ſulphure
uiuo, & cū aceto tere, & ieiunus guſtato. Item ad inguina. Ruta uiridis
coquitur ex oleo, dein cōmiſcetur cera: & ut cerotum in linteolo utatur.

C Item ad epiphoras oculorum. Ruta cum polenta bene trita, & imposita, lenit epiphoras. Nam & radix contusa, & lita, emendat. Item ad

Ad oculorũ caliginem.

oculorum caliginem. Herbæ rutæ rore matutino madente succus collectus in uasculo feruetur, & ex eo inunges oculos. Item ad Carbunculos. Ruta ex aceto tunsa imponatur. Item ad morsum canis rabidi. Rutæ succus per. xv. dies ex uino bibatur. Plagis imponuntur rutæ folia trita cum melle, sale, & pice. Item ad cardiacos. Rutæ fasciculum cum rosaceo decoquito, adiecta aloe uncia: & olei perunctio, sudorem sistit.

Item ad lethargicos excitandos. Ruta ex aceto infundit fronti. Item ad ignem sacrũ. Ruta ex aceto, & oleo illita, sanat. Item ad aciem oculorum. Folia rutæ subinde manducet ieiunus. Ipsa etiam ruta cum uino trita, potui data, antidotum est. Item ad fluens semen nimium. Her ba ruta manducatur in balneo cum liquamine. Item ad capitis dolorẽ. Ruta ex uino potui datur, & trita stillatur capiti cum aceto, & rosaceo.

De Mentastro. CAP. LXXVII.

MENTASTRVM, a Græcis dicitur Calamentũ, Itali Mentastrum dicunt. Ad aurium uitia, uel dolorem. Herbæ Mentastri succus cum uino austero mixtus. Etiam auriculis iniectus, uermes enatos necare dicitur. Item ad elephantiacos. Mentastri folia adhibentur commanducata.

Aurium dolorem.

De Ebulo. CAP. LXXVIII.

D EBVLVS, a Græcis dicitur Cascmete, alias Chamæactis. Ad Calculosos. Herba Ebulus tenera, cum foliis trita, ex uino potui data, calculos pellit. Ad colubri morsum. Ebuli radices contritas adponito continuo. Item ad hydropicos. Ebuli radicis succos expressos cyathos. iiij. bibe.

De Hedera. CAP. LXXIX.

AD CAPITIS dolores. Hedera, cum oleo rosaceo, & cum succo eius, mixto uino, tempora, uel frontem perfricabis. Item

Ad Splen.

ad splenis dolorem. Herbæ hederæ nigræ succo primo. iij. secundo. v. tertio. vij. quarto. ix. quinto. xi. sexto. xiij. septimo. xv. octauo. xvij. nono. xix. decimo. xxi. coclearia in uino bibantur diurnis diebus: si febrici tat, in aqua calida: maximum auxilium lienosis erunt. Item ad Phalangiarum morsus. Hederæ succus radicis bibitur. Ad ulcerum remedia. Hedera ex uino decocta imponitur. Item ad nares male olentes. Hederæ succus bene colatus infunditur. Item ad Aurium dolorem. Hederę succus mundissimus cum uino instillatus medetur. Item ad caput ne a sole doleat. Hederæ folia mollissime trita, cũ aceto, & rosaceo aduersum omnes dolores fronti liniatur.

De Serpillo. CAP. LXXX.

SERPILLVM, alias Cicer erraticũ dicunt. Ad capitis dolorẽ. Herbæ serpilli succus cum oleo, & sale fricto, & in puluerẽ redacto,

omnia cõmixta, caput perunctum sanat. Item serpillum decoctum in aceto, linitur temporibus. Item ad combustum. Serpillum, & anchu- A
sæ surculum unc. i. spumam argenti unc. iii. rosam: hæc in mortario teris, Ad Combustum.
& cum cera pomica, adipe ursina & ceruina simul decoquis, colabis, & uteris.

De Absynthio. CAP. LXXXI.

ABSYNTIVM, nascitur locis cultis, & montosis, & saxosis. Ad periculum fungorum. Herbæ absynthij succum ex aceto bibe: hoc serotinus uir centenarius euasit, cum fuisset a fungis tentatus. Item ad liuores tollendos. Absynthium in aqua decoctum, & panno inductum, impone: si corpus tenerum fuerit, ex melle impone. Ad lumbricos. Absynthium, & marrubium, & lupinorũ paria pondera, in aqua mulsa cocta, uel in uino, bis aut ter posita in umbilico, necat lumbricos.

De Saluia. CAP. LXXXII.

SALVIA a Græcis dicitur Lelisfagus. Ad ueretri pruriginem. Herba Saluia decoquitur, & aqua eius infrica ueretrum. Item ad pruriginem circa anum. Herba saluia decoquitur, et de ea aqua inferiores partes fomententur, summe sedat pruriginem.

De Coriandro. CAP. LXXXIII

AD LVMBRICOS. Herba Coriandrum coquitur usque ad tertias in oleo, & in caput mittitur. Item mulier ut cito pariat. Coriandri seminis grana. xi. aut. xiij. in linteolo mundo de tela alligato, puer, aut puella uirgo ad femur sinistrum prope inguen teneat, & mox in ipsa hora ut partus fuerit peractus, remedium cito soluatur: ne intestina sequantur. Item ad pulices. Herbæ Coriandri aquam sparges in domo.

B

Partus facilitatem.

De Poreagla. CAP. LXXXIIII.

POREAGLA a gręcis dicitur Alandragnitis, alias Capparus, Itali Poreaglam, alias Porcastrum uocãt. Ad semen nimium profluens. Herba Poreagla sumpta, benefacit, & per se, & cum oxygaro.

De Cerifolio. CAP LXXXV.

CERIFOLIVM alias Macedoniã dicunt. Ad Stomachi dolorẽ. Herbæ Cerifolij uiridis cymas tres colligis, & uiride pulegium in ligno teris, mellis coclearium i. fac bullire cum papauere uiridi, & induc stomacho.

Stomachum.

De Sisymbrio. CAP. LXXXVI.

AD VAESICE dolorem, & stranguriam. Herbam Sisymbrium contritum excæpto succo unc. ij. febricitanti, ex aqua calida, non febricitanti ex uino potui datur, remediabitur mirifice.

C

De Olusatro. CAP. LXXXVII.

AD VESICAE dolorem & ſtranguriam. Herba Oluſatrum a græcis Smirnion dicta, trita, & ex paſſo potata, potentiſſime e=mendat.

De Titimallo. CAP. LXXXVIII.

HERBA Titimallus naſcitur locis humidis, & riguis. Ad in=teraneorum dolorem, Titimalli fruticem teris, & in uino cyathis tribus, ex eadē herba mittis ſuccos cochlearium II. ieiunus bibat. Item

Ad uerrucas. ad uerrucas. Titimalli lac mixtum cum butraci herbæ ſucco, ſuperponis: tertio die ſanaberis. Item ad fiſtulas. Titimalli ſuccum cum uino mixtū ſuperexprime, & ſic cęteris fomentis obligato. Itē ad licenos, qui & le=proſi dicuntur. Titimalli flos cum reſina decoctus, illinitur.

De Lilio. CAP. LXXXIX.

LIlium greci Crinon uocant. Ad percuſſum ſerpentis. Liliȷ bulbū conterito, & in uino potui dabis, & ipſum bulbum tritum mor=ſui imponis, ſanabitur. Ad luxū. Liliȷ folia tunſa, impoſita, ſanabunt.

De Carduo ſyluatico. CAP. XC.

D

CARDVVS ſyluaticus aliȷs Camerion dicitur. Naſcitur in pra=tis, & ſecus uias. Ad infirmitatem ſtomachi. Herba cardui ſyl=uatici quod habet in capite in ſummo, medullam ſcilicet uiridem dato ex oxygaro.

De Lupino montano. CAP. XCI.

Lumbricos et tineas. LVPINVS montanus a gręcis dicit̃ Thermos. Ad lumbricos et tineas. Lupinū montanū tere cum eruo, & dato ex aceto cyathū I. bibere, ſine mora eȷciet. Idem infantibus, cum abſynthio tritum, in umbilico ponitur.

De Lacteride. CAP. XCII.

LACTERIS a Græcis dicitur Coccus indus, Itali Citoca=tiam. Naſcitur locis cultis & ſabuloſis. Ad uentris duriciam. Herbæ lacteridis ſemen, quod eſt granum, dabis ipſum purgatum potui in aqua calida, mox aluum citat.

De Lactuca leporina. CAP. XCIII.

LACTVCA leporina naſcitur locis cultis & ſabuloſis. Lepus æſtate cum animo deficit, eſt a hac herba ſe reficit, & ideo lactuca leporina dicitur.

De Ruta hortenſi. CAP. XCIIII.

RVTA hortenſis omnia uenena expellit cum uino potata. Ad inflationes ſtomachi. Succus foliorū rutæ cum melle ſumptus, inflationes ſtomachi tollit. Item ad Torſiones uentris. Semen rutæ tri=tum, & cum uino potatum, torſiones tollit.

De Ruta syluatica. CAP. XCV. A

RVTA syluatica a græcis dicitur Pegamon agrion, Itali dicunt Rutam montanam. Nascitur in montibus, locis asperis. Ad caliginem oculorum, et qui ulcera habent. Herbæ rutæ montanę folia cum rore matutino decocta, & in uasculo uitreo missa: uinum uetus admisce, & sic oculos inunge. Item ad præcordiorum dolorem. Rutam syluaticam siccam contunde in uase ligneo, & de ipso puluere quantum tribus digitis leuari potest, mitte in calicem uini cyathorũ II. hęc dabis bibere. Et contineat se a lecto modicum, mox sanus erit. Item ad epatis dolorem. Herbæ rutæ syluaticæ manipulum I. in ollam nouam mitte, & aquæ heminas III. mellis similiter adijcito, exempta ruta: & cum inferbuit aqua cũ melle, per triduum dabis bibere, aut plures dies, & poterit sanari. Item ad eos qui urinam emittere non possunt. Herbæ rutæ syluaticæ caliculos IX. conterito, additis aquę cyathis III. et aceti hemina I. subferueat: et da bibere per dies IX. statim sanus fiet. Item si mulier intrinsecus quid mali habuerit. Herbæ rutæ syluaticæ semen contritum, & ex uino austero potatum iuuat: & si sine partu est. Item si Scorpio quempiam percusserit. Herbæ Rutæ syluaticæ semen contritũ ex uino dabis potui: dolorem sedat.

Ad caliginem oculorum.

De Heptaphyllo. CAP. XCVI. B

HEPTAPHILLON Itali uocant Septifoliũ. Nascitur locis sabulosis, & cultis. Ad pedum dolorẽ. Herba Septifoliũ trita, cum oleo mixta, pedibus inuncta, die tertia sanabit. Item ad arpenas, & quiriadas, & omnes duricias. Herba heptaphyllon in aceto decocta, & trita, et corpori imposita, omnes duricias mire sanat: & si potata fuerit, omnes duricias et aneurismata, hoc est, humores reprimit.

Pedum dolorem.

De Ozymo. CAP. XCVII.

OZYMVS stringit, & stomacho prodest: inflationes & ructus discutit. Ad alium fluentem. Ozymus cocta cum aceto, supprimit aluum fluentem. Item ad urinam, & sanguinẽ reijcientes. Herba Ozymus urinam mouet, sanguinem reijcientibus, cum mulsa frigida prodest. Item ad sternutamentum. Herbæ Ozymi semen tritũ, austerum naribus sternutamentum compescit. Item ad capitis dolorem Ozymum tritum cum oleo roseo, aut myrtino, uel aceto fronti imponitur. Item ad epiphoras oculorum. Ozymus ex uino optimo trita, oculis illinitur. Item ad renes. Herba Ozymus in mali granati cortice bibitur.

Caput.

De Apio. CAP. XCVIII.

APIVM mingit magis quam egeritur: cuius magis radices egeruntur qua ipsum egeratur. Coctum in aqua, & bibitũ, stomachi

C ardores,& sitim compescit:urinam mouet. Folia eius trita cum pane et aqua,& rosaceo infuso,tumores & inflammationes tollunt si imponuntur. Ad epiphoras oculorum.Herba apium tritũ bene cum pane, oculos tegat:prodest.

De Cisso. CAP. XCIX.

Ad hydropisim.

HEDERA, Chrysantos a græcis dicit̃,Chrysocantos,uel Cissos. Ad hydropicos.Hedera herba Chrysocãtos ideo dicitur, quod grana fert coloris aurei. Hæc grana . xx . in uini sextario trita, ex uino ternis cyathis bibuntur:& per urinam exinaniuntur. Cissos autẽ,hoc est,herbę hederæ genera multa sunt. Alba efficax est omnis frigidæ uirtutis. Succus eius cum rosaceo fronti illinitus,capitis dolorem tollit. Folia eius trita ,& ex mulso potata,calculos expellunt. Grana eius trita cum uino,spleneticis sputum tollunt in splene. Radix eius ex uino potata,phalangiorum morsum tollit. Succus eius infunditur narium fœtori. Succus eius cum uino auribus instillatus,surdiciã emendat. Succus item eius cum rosaceo tritus,dolorem & tumorem tollit. Folia eius cum rosaceo trita & aceto,succum præstant:inunge,ceruicum dolores tollit.

De Menta. CAP. C.

D

Caliginem oculorum.

MENTA uirtutem habet refrigeratoriam. Succus eius cum melle agapino.i.recenti quando exit de brisca & felle perdicis, caligines oculorum extergit. Vomicam stringit si succus eius cum mastice catapocia facta glutiatur. Succus eius cum aceto potatus,sanguinem reijcientes stringit. Ad ignem sacrum . Herbæ mentæ succus expressus,adiecto sulphure,& aceto,& de penna inunctus,sine mora dolorem sedat. Item ulceribus in capite manantibus.Herba menta contrita, & imposita,siccat tumores & uulnera.

De Sisymbrio. CAP. CI.

SISYMBRIVM ad uesicæ dolorem facit,& stranguriam. Folia eius trita,si febrit, cum calida : si non febrit, ex uino: miraberis. Ad tumores oculorum . Folia eius trita cum melle modico , cataplasma ad aurium tumores cum rosaceo adhibe. Semen eius ex uino calculos frangit,singultum,& torsiones similiter tollit. Succus eius dolorem capitis tollit,fronti illinitus:& ad ictus apum , & uesparum. Succus eius potatus , uomitum restringit.

De Aneto CAP. CII.

ANETVM calefacit,& constringit: prohibet sternutamentum naribus oppositum. Defectum stomachi,capitis dolorem, & uertigines in aqua coctum tollit. Potatum , indigestiones , & acres ructus aufert. In oleo coctum,capite de eodem uncto,somnũ facit. Semen eius ex uino potatum,torsiones uentris & intestinorum tollit. Ad

ueretri dolorem. Herbam anetum combures, & cinerem eius commiſce A
cum melle: dein uulnus foue ex aqua: dein ex myrtino calido laues, & ſic
medicamen imponis. Item ad loca mulierum ſi dolent. Ex herbæ ane=
ti medicamine ſupraſcripto peſſum factum mittatur ab obſtetrice: pro=
batum. Item ad capitis dolorem. Aneti flos cum oleo, de eo tempora Ad caput.
illinito, & ligato.

De Coriandro. CAP. CIII.

CORIANDRVM calefacit & ſtringit, ſomnum etiam facit.
Cum melle, & uua paſſa contritum, impoſitum, omnes tumo
res, collectioneſq; compeſcit. Tritum cum aceto, morſui canino ſuc=
currit. Succus eius cũ oleo mixtus, potatus, lumbricos, & tineas tollit.

De Origano. CAP. CIIII.

AD TVSSIM. Herba Origanum commanducata, mirabe=
ris effectum.

De Semperuiua. CAP. CV.

AD APOSTEMA. Herbam ſemperuiuam cum axungia &
coriandro ſimul contritam, uice malagmatis impone. Item ad
hemitriteon. Herbæ ſemperuiuę folia. v. trita in aqua calida potui dant.

De Fœniculo. CAP. CVI.

FOENICVLVM uirtutem habet calidam, & infinitam, non
tamen ſimplicẽ, ſed cui etiã auſteritas mixta ſit: & hauſtum, oſten=
dit præter eam quam leuandi, & extenuandi, uel etiam exiccandi habet
poteſtatem, oculorum uulnera & cicatrices curat. Succi foliorum eius B
partes duas, mellis agapini partem unam ſimul miſceto, et tepidum ocu=
lis infunde. Radix eius in aqua cocta fouendo caligantibus oculis pro=
deſt. Succum eius infunde in aurium uulnera. Radices eius in uino Caliginem oculorum.
coctæ, hydropicos potatum ſanat. Veretrorum cauſam radices eius in
uino coctę fouent. Folia eius cũ uino trita, canino morſui ſubueniunt.
Semen eius tritum, ex uino potatum, urinarũ difficultates, & lac pro=
uocat. Ad tuſſim. Herbæ fęniculi radicem tunſam in mero ieiunus bi=
bat per dies. ix. Item ad ueſicæ dolorẽ. Herbæ fęniculi uiridis faſcem I.
& apij uiridis I. uel radicem ſparagi agreſtis, in pultario nouo mitte, &
aquę ſextarium. I. ut ſimul ferueat ad quartas: ieiunus bibat per dies. vij.
uel plures. Balneo utatur: frigida non bibat.

De Panacorace. CAP. CVII.

PANACORAX cauſticam uirtutẽ habet, id eſt, calidam. Fo
lia eius in mulſo cocta, potatu tuſſientibus dato. Semen eius tritũ Tuſſim.
cũ pipere, ex mulſo potatũ, uentrẽ & urinã mouet, & calculos in ueſica.

De Paſtinaca. CAP. CVIII.

PASTINACA calida & auſtera in radice eſt, & in ſemine ſi=
militer. Radix eius in mulſo cocta datur ad dolorem oculorum

C ieiunis, renum, & lumborũ. In cibo sæpius sumpta, uentrem stimulat. Semen eius ex uino tritũ, menstrua prouocat, & matricũ suffocationes.

De Rapanapis. CAP. CIX.

RAPANAPAE calidissimæ sunt, & conturbant corpus: non dedũcuntur, sed meiuntur. Tritæ cum melle, dysentericis cataplasmato umbilicũ, & renes. Semen eius contra uenena ex uino potui datur. Similiter potatum, urinam mouet.

Aduenenum

De Erifion. CAP. CX.

HERBAM Erifion Itali Rutam agrestem dicunt. Nascitur in Gallia in monte Soracti. Figuram habet apij, florem purpuræ, similem nasturtij, septem radicibus, totidem ramulis: ipsa autem patula humo, asperaq;. Semen habet tanquam faba. Ad ptisicos. Herba Erifion pisata, malagmatis uice imposita, sanat. Succus eius potui datus, miraberis uirtutem.

De Rapa. CAP. CXI.

RAPA si frequenter utatur, stomachi inflatiões facit. Calda ubi coxerint radices eius, podagricos fouet. Semen eius ex uino tritum, contra serpentium morsus prodest.

De Atriplice. CAP. CXII.

D ATRIPLEX frigidam & humidam habet uirtutem. In cibo sumpta, uentrem soluit. Trita cum folijs, furunculos curat. Semen tritum cum uino, ictericos curat. Folia eius trita cum melle & nitro, podagricis feruorem tollit.

Ictericiam.

De Blito. CAP. CXIII.

BLITVS uirtutem frigidam & glutinosam habet. In cibo frequenter sumpta, stomachum euertit, choleram mouet. Folia eius trita, in scorpionum ictus imponito. Vel in uino eadem potato.

De Synfito. CAP. CXIIII.

AD profluuum mulieris. Herba Synfitũ siccata, pisata, & in puluerem mollissimum redacta, in uino potui data, mox restringet.

De Petroselino. CAP. CXV.

PETROSELINVM tunsum, cribratum unc. i. potatum, cũ uino, urinã et menstrua mouet: coli et intestinorũ dolorẽ mitigat.

De Mandragora. CAP. CXVI.

MANDRAGORAE genera sunt duo, Masculus, & Fœmina. Masculus folia albidiora habet, & maiora: mala in magnitudine mali matiani: utrius uis una est. Ad oculorũ feruores. Huius folia recentia cum polenta tunsa, oculis superposita, ualidissime proficit. Et uulneribus in feruore. Eadem collectiones, omnesq; duricias soluit, & spargit. Item ad stigmata corporum. vij. diebus leniter infricta, sine ulceratione detegit. Eadem in sale candido reseruata, hanc ipsam uim me-

Oculorum feruores.

dendi in omnibus habet. Ad ignem sacrum. Radix cum aceto trita, et illita, ignem sacrum curat. Item ad morsum serpentis. Radix eius cum oleo, aut melle imposita, morsus serpentium sedat. Item ad quiradas. Cum aqua folia trita, & imposita, quiradas dissoluunt. Item ad articulorum dolores. Cum polenta trita, & imposita, articulorũ dolorem sedat. Mala autem si uel obseruantur, uel edantur, freneticis soporẽ, torporemq; auferunt. Succum quoq; ex cortice radicis tritæ expressum, in uase fictili, & in sole ignito coque, ita ut assidue agitetur, donec fiat grossitudo mellis: coctus ad medicinæ usus imponatur. Radices etiam si reseruãtur, pluribus usibus profuturę sunt. Nam radices eius siccæ, tunsæ, uulneribus omnibus medentur. Semen eius ex uino potatum, arteticos, & nauseantes corrigit. Præterea corticũ radicis eius lib. iiij. s. & in uino musto amphoram mittito, & reponatur ad medicationis usum ut maturescat: exinde potui dato unc. iiij. mox ut biberit, soporem facit, & incisionem non sentit. A Ad quiradas.

De Cucurbita. CAP. CXVII.

CVCVRBITA frigida est, & humida. Ventrem mollit in cibo sumpta. Rasurum oculorum, & tumores tollit. Trita cum polenta, podagræ tumoribus medetur. Succus earum cum rosaceo mixtus, aurium dolorẽ cum tumore tollit: quia humectat & deducit. Ad podagrã.

De Cucumere domestico. CAP. CXVIII.

CVCVMERIS natura frigida est. Stomacho incommoda. Radix eius in aqua cocta, sitim arcet. Succus eius adopetias tollit. Semen eius urinam mouet. Aqua uentri & calculosis medetur. B

De Pepone. CAP. CXIX.

PEPONES nimium frigidi, difficile digeruntur: propter naturalem frigoris uirtutem: ideo nunq̃ ijs ex aceto utimur, sed cum aliqua caliditate, ut hysopi, aut pulegij permiscentur. Carnes eius oculorum feruorem tollunt. Semen eius tritum, cum uino potatum, canino morsui subuenit. Mingitur, & egeritur, & inflat. Morsum canis.

De Oleribus agrestibus. CAP. CXX.

AGRESTE uero olus calefacit, & odorẽ reddit suauem. Odore gratissimo est, & egeritur. Quod uero uiscidum, & austerum fuerit, restringit. Quod acidũ fuerit, suaui odore egeritur. Sed & quod calefacit os, calidum est & siccum. Quod etiam fuerit acidum & frigidũ, succus eius urinam mouet.

De Allio. CAP. CXXI.

ALLIVM calidum est, & deducit, & mingitur. Corporibus quidem bonum est, oculis uero perniciosum. Mouet enim uentrem, & deducit, & q̃d inuenerit id eijcit. Vrinam mouet, sed & oculis caliginem facit. Coctum tamen inualidum. Inflat aũt calore suo, & uentositatem mouet. Et fœminarum secundas prouocat, potatũ ex uino.

C Cum pipere tritum, in uino datum, ictericos curat. Stomachum lædit. Spicas .iiij. cum lasere, aut pipere quartanarijs dato cum uino, ante accessionē. Tritum cum sale, morsui canino recenti imponitur. Tritum cum uino, tineas uentris, & lumbricos excludit.

De Rafano. CAP. CXXII.

RAFANO calidissimam inesse uirtutem, omnium medicorum opinione compertum est. Humectat, & dispergit flegma, austeritate sua. Folia tamē eius minus austera sunt. Articulis dolentibus contrarius est: supernatat, & uix digeritur. Vnicū in raphano contra uenenum subsidium. Succus eius cum modica resina aurium instillatus dolori, graues auditus tollit. Radix eius comesta in lauacris, ictericos curat. In uino cocta, calculos expellit. Trita, & imposita, liuores tollit. Succus eius uermes necat, comestus nauseam prouocat.

Ad uenenum

De Cepe. CAP. CXXIII.

CEPE oculis obsunt, sed & corpori inutiles, propter calorem & acritudinē: quia nec egeruntur, nec nutriunt corpus, ob hoc inutiles. Nam & calefacientes, exiccant corpus. Cepa trita cū aceto, & sale, morsui canino recenti imponatur. Cocta cū melle, trita, uulneribus ueterrimis, a morsu canino factis cōuenit: & bestiarū omnium plagis. Succus

D eius cum rosaceo, aurium surditatē soluit. Succus eius cū lacte muliebri, aurium dolorē tollit. Alopeciis de ipsis cepis fricatis, capilli capitis nutriuntur.

De Porro. CAP. CXXIIII.

PORRVM minus calefacit. Vrinam tamen mouet, & egeritur. Habet etiam partem purgatorij. Humectat idem, & carbunculos curat stomachi. Post cibū accipiendum est. Tritum cum melle, uulnera sordida purgat.

De Porro sectili. CAP. CXXV.

SECTILE Porrum in cibo sumptum, uocem expurgat. Succus foliorū eius cum rosaceo, uulnera aurium, & tumores, siue percussuras sanat. Succus eius cum gallæ puluere, sanguinem reijcientes curat.

Sanguinem spuentes.

Folia trita cum sale, uulnera recentia curant. Semen eius tritum, cum uino potatum, contra fungorum ualet suffocationes. Coctus stomacho utilis est: crudus uero malus est.

De Sinapi. CAP. CXXVI.

SINAPI calidum est, & egeritur, sed restringit urinā. Semen eius tritum cum melle, & aceto mixtum, & gargarizatum, caput purgat. Somacho crudum est contrariū. Coctum inter holera iuuat stomachum. Semen eius tritum cum aceto, serpentium uulnera curat.

De Eruca. CAP. CXXVII.

ERVCA calidam uim habet, et austeram, nō tamen nimiū austera est. Virtute sua uentrem stimulat. In cibo sumpta, digestionē facit, urinā mouet. Semen eius tritū cū pipere, potatū ex uino, uentrē mouet,

De Saturcia. CAP. CXXVIII. A

SATVREIA calida est, et prope ignita. Ventrem mouet: ideo in utero habentibus dare prohibetur. Semen eius tritum, & cum uino potatum, urinam mouet. Folia eius trita cum aceto fronti illini= to, lethargum suscitat. Ad Lethargiam.

Antidotum Diacalamentum. CAP. CXXIX.

FACIT ad digestionem stomachi. Ad cordis dolorem. Guttã thoracis descendentis de capite soluit. Iecoris medetur duriciei. Splen tenuat. Calculos soluit. Vrinam mouet. Mulierem admonet. Hoc antidotum, dicit Galenus tam esse salubre, ut plurimis annis homo possit sanus seruari. Recipe nepitæ unc. vi. petroselini unc. vi. siseleos unc. vi. pulegij unc. vi. piperis nigri unc. vi. libistici unc. ij. thymi unc. v. apij sem. unc. ʒ. mel quod sufficit.

Antidotum Teriacæ. CAP. CXXX.

FACIT ad omnes serpentium, seu omnes morsus uenenosos bestiarum, et tela uenenata. Facit & ad omnes infirmitates corporis, seu qualecunque uitium, siue capitis, siue aliorum membrorum. Recipe aristolochiæ radicũ siccarũ unc. i. gentianæ radicũ siccarũ unc. i. mirrhæ troglot. unc. i. baccæ lauri purgati unc. i. sem. rutæ sicci unc. i. mel quod sufficit. Facit ad pustulas malas. Vel si conceptum excutere uolucris, post balneum dabis. B

Antidotum Diacodion. CAP. CXXXI.

FACIT pleuriticis, synanticis, dysentericis, & ad omnes intraneos dolores, & ad acutas febres, & ad somnum eis qui non dormiunt. Recipe papaueris agrestis caliculos uirides numero. III. infundis in aquam cisternę lib. ix. per triduum, postea coquis ad tertias: deinde misces mellis lib. III. acatiæ rufæ drach. x. hippoquistidos. ʒ. i. zinziberis ʒ. i. iris illyricæ ʒ. i. myrrhæ ʒ. ij. & iterũ lento igne coquis, ut redeat ad crassitudinem mellis, & postea colas in panno munditer, & reponis, ac uteris.

ANTIDOTVM L E SOPON. CAP. CXXXII.

RECIPE Ameos unc. II. Marari semen unc. II. Rutę unc. VI. mel quod sufficit.

Ad cordis dolorem. CAP. XXXIII.

PIPERIS albi drach. viij. aloes cacanos drach. iiij. thymi drach. viij. & myrrhę drach. iiij. zinziberis drach. ix. mel quod sufficit.

Antidotum hydropicum. CAP. XXXIIII.

RECIPE ciñamomum, garyofylum, argimoniam, cuminum, spicam, satureiã, draganteæ, radicis, ferulę radices, enulę radices,

C auriculam leporinam, ana unc. i. mel quod sufficit.

Antidotum Diamaces optimum. CAP. XXXV.

FACIT dysentericis, lientericis, idiacis, tenesmosis. Facit omnib. doloribus intraneorũ, & ad omnes distemperantias corporis quę per aliquos humores in fluxũ cadunt. Et ad con ationes, et ad eos qui cum rasura sanguinem eijciunt, in tertia potione sanantur. Multos scio ex una potione sanatos. Audacter dabis: quia certa est medicina. Recipe opium, myrrham, acariã, storacẽ, hippoquistida. rorem syriacũ, taxũ ana drach. ii. Corallum libanum ana scrup. iii. cicidos macer ana unc. i. succũ cymæ rubi, mel despumatũ quod sufficit. Conficis, & reponis, & quando opus fuerit, sic dabis. Fac balneum tali. aqua, ubi decoxeris oleastrum, myrham, lentiscum, laurum, taxum, hippoquistidos, pulegium, plantaginẽ, cynas rubi, agrimoniam, fœniculum, cypressum, flores mali granati, aut scortia ipsius mali: omnia subprascripta ana fasciculum i. coquis, mittis in tinam, ubi usq; in umbilicum sedeat, dum potuerit: & accipiat de. ss. unc ij. in aqua ieiunus per triduum. Miraberis effectum.

ORIB. LIB. I. Finis.

D

CAPITA libri. II. ORIBASII.



ORIBASII De Simplicium naturis & effectibus. LIB. II. A

De Ordei uirtute. CAP. II.

RDEI NATVRA EST HVMIDA
& frigida. Est & purgatorius succus pultarum. Hoc ut
cognoscas, ordeum non frixum coque in aqua, & uidebis defluentē suc-
cum copiosissimum. Si uero frixeris ordeum, refrigerabitur, & restringe-
tur. Item si adusseris id quod inest humidum, aut purgatorium, perit au-
steritate ignis: quod uero remanserit, erit frigidum & siccum. Ergo cum
refrigerare quodlibet uolueris, facies polentā. Sed & azymatus de polen-
ta quo assidue utimur, eiusmodi habet uirtutem. Farina conspersa, uirtu-
tem quidem non habet magnam, & facilius quippe egeritur: magis ta-
men nutrit: & partius, si fuerit candida, & egeritur. Conspersum ergo, ut
supra dixi, prius adoratum, minusq; madefactum, & digeritur, & refrige-
rat: refrigerat, quia frigida aqua conspersum est: digeritur autem, quia
cito conficitur, Leuissimum est: quia maxima pars cibi una cum uento e-
geritur. Præcludit enim aditus, per quos procedit cibus, ut alium cibum
superuenientem minus ualent suscipere: idcirco quoniam spiritui socia-
tum, si attenuatum fuerit, uentositatē creat, eius pars sursum eructuatur, B
pars uero inferiores meatus egerit: maxima ergo pars supra memorati ci-
bi consumit̃ ita. Si uero uolueris hoc genus panis conspergere, & ita da-
re, etiā pars erit sicca uirtute, eatenus: quia polentæ natura cum calida sit,
minusq; acceperit aquam, omnem humorem consumit qui in uentre est,
& siccitate, & calore suo. Ita enim consueuit calor frigdorem ad se trahe-
re, et rursum frigdor calorem. Consumpto itaq; humore qui in uentre e-
rat, necesse est illum exiccari, simulq; refrigerare partem aquæ quæ cum
polentis fuerat ingressa. Omne ergo quod uolueris refrigerare, uel exic-
care, siue fluxum uentris, siue aliud quodlibet calore læsum, hoc genere
panis medeberis. Polentæ uero siccæ, tritæ minus siccant, ideo: quia den-
sæ sunt: sed nutriunt corpus optime. paulatim enim conficiuntur, et facile
penetrant aditum corporis: unde fit, ut tardius egerantur: uenti ideo non
crescunt, neq; ructus. Illę quoq; quæ prius tritæ, si postea consparsæ fue-
rint, minus nutriunt quidem, sed facile egeruntur, & uentositatē creant.
Sed et Cicon, de quo dicit̃, quod solitus sit facere panem cum polentis in
aqua, refrigerat, et nutrit: in uino uero calefactum, restringit.
Cum melle etiā calefacit, minus nutrit, sed magis
egeritur: nisi affuerit abunde aquę
nutrimentum.

De Tritici uirtute. CAP. II.

TRITICI VIRTVS fortior est ordeo, & melius nutrit:
sed non egerit̃, neq; ipsum, neq; succus eius. Panis uero triticeus

C nutrit quidem, & egeritur. Candidus autē nutrit magis, sed minus egeritur. Panis fermentatus quidē leuis est ex eo: quia austeritas fermenti consumit humorem qui nutrire solet: egeritur autem ideo, quia cito conficitur. Azymus autem .i. sine fermento, tardius quidem egeritur, sed magis nutrit. Is etiam succo farinæ conspersus, leuissimus est, & nutrit copiose, & egeritur. Nutrit, propter candorem: leuis etiam est, propter spumam qua conspersus est. quia succo non solum fermentatur triticum, sed ei adnectitur quę digestio appellatur. Idem ipse panis quo maturior fuerit, habet quidē horum succū, & uomicam constringit. Item panis in furno coctus magis nutrit: ideo, quia minus exuritur ab igne. Clibanitius autē & focatius ualde siccus est. Focatius quidem, quia in cinere amittit humorē: clinabitius autem in testa. Fortior est tamen ijs omnibus siligineus: sed et is qui de grossa farina fuerit factus, omnibus fortius nutrit, sed non ualde egeritur. Similiter & clibanitius calidus, siccat: frigidus uero non multū: siccus, ex parte extenuat. Similagineus in lacte coctus cū aqua, egeritur facilius. Simila in melle & oleo cocta, aut frixa, nutrit, propter pinguedinem: egeritur, propter dulcedinem. Non debent igitur simul coqui in unum mixta. contraria enim sunt. Siligo & farina cocta fortissima sunt: et

D nutriunt, & egeruntur.

De Pane cretino. CAP. III.

PANIS cretinus tritus leuior est fursuribus. nam male egeritur: atq; sanitatem et fructum refrigerat, et humectat. Vetus quidem nutribilem habet calorem: malapatus & tractus, uegetat: ueterior amittit calorē, & frigidior est. Ordei natura humida est, & frigida: triticea fortior est, & melius nutrit.

De Faba. CAP. IIII.

FABA nutrit, et stringit: uentos creat, et uenas replet. Replet, quia uenientes non admittit suscipere meatus: restringit autē, quia modicas reliquias habet cibi.

De Ormento, Piso, & Fasiolo. CAP. V.

ORMENTUM .i. lomentum fabæ, nutrit, stringit, et ex parte refrigerat. Pisum uero minus inflat: ideo magis egerit. Fasiolus multo magis egeritur, & minus inflat, tamen nutrit optime.

De Cicere. CAP. VI.

CICER album, & nigrum mollit, & urinam prouocat: & nutrit quidem quod in illo fit carnosum. Quod uero dulce fuerit, prouocat urinam, & egeritur etiam per uentrem succus ipse.

DE LENTICULA. CAP. VII.

LENTICULA deducit uentrem magis, & urinam.

De Milio. CAP. VIII.

MILIVM torrefactum, cum siccum est, restringit: cum caricis mixtum, fortiter medebitur. Volentes uero ipsum milium comedere, saginant quidem, & nō egeritur, & replet, sed neq; restringit. A

De Orobo. CAP. IX.

OROBVM, id est, Eruum, fortissimum est, & restringit: Saginat, & decorum facit hominem.

De vridia. CAP. X.

VRIDIA constringit uentrem, & tarde egeritur.

De Lini semine. CAP. XI.

LINI semen nutrit, & restringit, & ex parte refrigerat.

De Lupino. CAP. XII.

LVPINVS natura quidē calidus, & fortissimus est, sed coctus leuior & frigidior est: & egeritur. Tritus cum caricis, umbilico impositus, lumbricos & tineas uentris excludit. Elixatura eius, alopitias infantum curat. Ad lumbricos.

De Thremo. CAP. XIII.

THREMVS, hoc est, lupinus agrestis, tritus cum eruo, & datus ex pusca, lumbricos, & tineas uentris eijcit. Tritus cum axungia, umbilico impositus, infantibus lumbricos excludit. In aqua coctus, alopitias infantum lauat. Pulices necat in domo sparsus. B

De Brionia. CAP. XIIII.

BRIONIA, uel Nessa, alba, & nigra. Alba efficax. Radix eius ex uino trita, potui data, per urinam spleneticos purgat. Trita cum melle, podagras mitigat, & tumores omnes spargit.

De Myriophyllo. CAP. XV.

MYRIOPHYLLON, quæ & Balaustion, id est, Centifolium, Achilles adinuenit. Omnia uulnera antiqua, & saniosa curat, puluis floris eius. Succus floris eius tritus cum butyro, uulnerationis, & dentium curat. Foliorum flores triti cum lacte muliebri, albores oculorum tollunt. Vulnera.

De Heliodoron. CAP. XVI.

HELIODORON, id est, rosa agrestis. Fructus eius ex calida potatus, præcordiorū & thoracis dolorem tollit. Flos eius tritus cum aqua, spleneticos curat, & per urinam digeritur: et cortex eius tritus cum aceto, super splenem ponitur. Radix eius siccata, & in puluerē redacta, uulnera omnia curat: et canino morsui ueterrimo, siue rabido prodest.

De Ampelusacrio. CAP. XVII.

AMPELVSACRIVS, id est, uitis agrestis, alba, efficax,

C candida habet folia. Radix ut Rafani ex calda potata, uentrem & urinam mouet. Trita radix, lentigines et maculas de facie tollit. Ex uino potata cum pipere, comitiales morbos, & morsus omnes tollit. Trita & imposita, ossa fracta glutinat.

De Cromionagrion. CAP. XVIII.

Ad morsum caninum.

CROMIONAGRION, id est, cepa canina, trita ex uino, morbum regium curat. Trita cum melle, morsum caninum antiquum tergit, & curat. Semen eius uentrem mouet, ex uino potatum.

De Cynoglossa. CAP. XIX.

CYNOGLOSSA, id est, canina lingua, trita cum sale, morsui canino imponitur. Succus eius cum rosaceo, aurium dolorē tollit. Folia eius quatuor trita, ex calda potui data, quartanarijs prodest. Ex uino potata, ictum serpentium extinguit.

De Rosa germana. CAP. XX.

ROSAE germanæ folia uiridia trita cum lacte mulieris, oculorū uulnera, & cicatrices curant. Folijs eius siccis in calda foueto oculorum epiphoras. Folia eius sicca in aqua cocta, & potata, stomachi dolorem, uel defectum, ac faucium usturas tollit.

De Crinoleuco. CAP. XXI.

D

CRINOLEVCOS, id est, lilium album. Radices eius tritæ imponuntur omnibus morsibus serpentium & canum. Folia

Matricem.

eius tunsa, luxaturas mire curant. Radices eius in oleo coctas in matricem iniice, præfocationem tollit.

De Leucoia. CAP. XXII.

LEVCOIA, id est, Viola. Eius genera sunt tria, purpurea, alba, sub nigra: unam uim habent. Cocta cum radice sua, encathisma uaporato. Turione suo matrices curat. Folia eius trita cū axungia, uulnera antiqua sanat.

De Cuticia. CAP. XXIII.

CVTICIA, hoc est, Felicitas, id est, Sella. Radix eius tunsa uulnera ueterrima curat. Folia eius trita cum axungia, testium tumores tollunt.

De Libanotide. CAP. XXIIII.

De eadem herba uide supra fol. 117. b.

LIBANOTIS, id est, Rosmarinus. Nascitur locis maritimis, & hortensibus. Antequā thus sciret, de hac herba homines, deosq; placabant. Radix eius cōmasticata, dentium tumores tollit. In oleo cocta, ungito corpus languentis. Trita cum uino, pruritus, impetigines, & araneas extinguit. In aqua ad tertias cocta, cum spica nardi, epatis dolorē tollit. Tritus puluis, in ouo sorbili datur tussientibus. Trita cum pipere, & melle mista, uulnera pulmonum sanat. Flos eius tritus cum melle agapino, albores oculorum tollit.

De Polypodio. CAP. XXV.

POLYPODION. Radix eius in mulsa cocta, cũ pipere trita, uentrem sine mora deducit, & cholerã purgat, & flegma, urinam mouet: & cum pullo in iuscello coctæ radices super addantur. A

De Lacteride. CAP. XXVI.

LACTERIS, id est, Septigrania. Grana eius septẽ in mulsa deuorata, uentrem deducunt, euacuant flegma, & tumores cerebri. Folia eius cum pullo cocta, pro catartico sunt.

De Titimallo. CAP. XXVII.

TITIMALLVS, id est, Lactaria. Lacte asinino uerrucas corporis, uel titimalli lacte ungito. Similiter & impetigines radit. Ad uerrucas. Lac eius cum caricis comestum, uentrem mouet in uino coctum: fistulas in meatu curat.

De Serpillo. CAP. XXVIII.

SERPILLVM, id est, Cicer agreste. Radix eius in aqua cocta, urinarum difficultates, & calculosos, & spleneticos curat.

De Helelisfago. CAP. XXIX.

HELELISFAGVS, id est, Saluia siccat, et restringit. Verecrorum, uel testium causas in aqua ad tertias cocta, foueto.

De Cindice. CAP. XXX.

CINDICIS, hoc est, Vrticę genera sunt duo, masculus, et fœmina. Masculus ustulat, fœmina nõ. Cum sale trita, morsui canino succurrit. Et ad ulcera nigra, & carcinomata, & furunculos, panniculos, & parotidas, cum axungia & melle trita, imponitur. Semen eius siccum, tritum cũ aceto, splenis duriciam tollit. Semen eius siccum, tritum in ouo sorbili datũ, tussientibus prodest. Vesicam purgat, et uentrem. Semen eius tritum cum nitro, uino, melle, & oleo commixtum, omnem inmundiciam, uel furfures capitis tollit. In lauacro utere. B Tussim.

De Stafidosagria. CAP. XXXI.

STAFIDOSAGRIA, id est, herba quinq; digitorũ. Eius grana. xv. in mulsa trita, & aceto modico, cum puluere masticis, gargarisata, omnem humorem capitis deducit. Grana. vij. trita, ex mulsa potui data, corpus humorib. purgat per uomitum, si post potum prius deambulet q̃ uomat. Post accæptam potionem, oportet mulsæ sorbere guttas, & gargarisare tantum: ne uis ipsa fauces inurat & præfocet. Semen eius tritũ, caput, & totũ corpus in balneo lauat. Semen eius comasticatum, dentium humorem nimium, & capitis deducit. In oxymelle tritum, omnium dentium caussas, & surdos curat. Semen eius tritum cum melle, uulnera oris, & gingiuarum, & faucium curat de penna perunctum.

C. De Calamosagria. CAP. XXXII.

Ad mamillas CALAMOSAGRIOS, id est, Calamus agrestis. Virga tunsa cum axungia, mammillarũ tumores, & omneis collectiones spargit. Fructus eius tritus cũ urticæ semine, & aceto, uulnera curat quæ ex niue, aut nimio frigore exulcerata sunt.

De Coloquintida. CAP. XXXIII.

COLOQVINTIS agria, id est, Cucurbita syluatica, hoc est, Galla, ab interioribus, id est, semine separato, & cum mulsa trita, potu data, uentrem purgat, cholerã & flegma deducit. Item cum melle, & nitro, & myrrha trita, catapotia data, catarticum est. Ipsæ aũt cucurbitæ siccæ constringunt, & in aqua coquuntur: sciaticis & paraliticis per clisterem datæ, flegmata & cholerã deducunt. Trita, & in umbilico posita, pregnantiũ fœtus discutiunt. In seipsa uero uinum coctũ, circumlita argilla, aut farina ne ardeat, potui datũ, hydropicos desiccat.

De Gamellæa. CAP. XXXIIII.

GAMELLAEA, hoc est, Turbiscum. Folia habet similia oleastro, sed amara. Aluum purgat. Folia eius simul soluta, uentrem soluunt, & flegma & fel deducunt. Folia eius cum melle trita, uulnera sordida curant, & cicatricem ducunt. Semen eius siccum, cocognidium dicitur: in ouo sorbili grana .v. dato; catarrum, uel tussim antiquã

Dentes. tollit. Grana commasticata, dentium dolorem tollunt.

De Gmilæa. CAP. XXXV.

GMILAEA, hoc est, Cardoselonitium. Succus eius epaticos curat, si febriunt: si non febriunt, ex uino: & hydropicos similiter sanat.

De Rododaphnide. CAP. XXXVI.

RODODAPHNIS, id est, Liblace. Flos eius tritus uiridis, succus eius infusus, uermes uulnerum necat. Cinis lignorum eius cum melle mixtus, caligines oculorum tollit. Flores in oleo cocti, scabiem tollunt, & cutem extinguunt.

De Scolimbo. CAP. XXXVII.

SCOLIMBVS, id est, Cardo niger, hoc est, Dapoca, trita cum melle, & axungia, ossa fracta de capite extrahit, & perniones curat.

De Camerion. CAP. XXXVIII.

CAMERION, id est, Cardo syluaticus. Cardo ipse ieiunus comestus, stomachi dolorem tollit.

De Cappareo. CAP. XXXIX.

CAPPAREOS, id est, Lappa Herculina. Radix eius trita cum sale, morsui canino succurrit. Succus radicis eius uermes uulnerum curat. Turiones eius cum radice infusi, per multos dies comesti,

stomacho prosunt. Radix eius cum ceroto commixta, spleneticus curat. Radices eius siccæ tunsæ, & ex uino potatæ in balneo, splenis uitia per urinã digerunt, & calculosis, & urinarũ difficultatibus prodest. In oleo cocta, per clistere iniecta, paraliticos, sciaticos, & hydropicos sanat. Radix eius in aqua cocta, aurium dolorem tollit. A

De Nartico. CAP. XL.

NARTICUS, hoc est, Ferula. Succus eius in uino potatus, aluum mouet, & uenena excludit. Succus eius cum melle attico, caligines oculorum extrahit. Semen eius (cacrius dicitur) tritum, ex uino potui datum, in lauacro, morbum regium excludit. Semen eius tritũ cum pipere, & lauri baccis in oleo, dolores ex frigore natos sanat. Ad caliginem oculorum.

De Epsilion. CAP. XLI.

EPSILION, idest, Policaria. Semen eius acetabuli pleni mensura cum aqua trita, ut emplastretur, collectiones omnes, & parotidas sanat. Semen eius tritum cum aceto, umbilicos maiores infantium reprimit. Folia eius trita cum rosaceo, capitis dolorem sedant, fronti illita. Semen eius cum aceto, hemigraneon curat.

De Elenio. CAP. XLII.

ELENION, hoc est, Emula. Cum melle trita, tussientibus medetur. Commasticata a ieiunis, dolorem dentium tollit. Folia eius cum uino, lumbricos ejiciunt. Radix eius cum axungia, scabiem sanat. B Dentes.

De Peonia. CAP. XLIII.

PEONIA, hoc est, Gleucis, siue Noctulucia, Hastula rubra, in modum tursicillæ inuenta. Peoniæ radicis succus, sciaticos curat, omnes tumores marcidat.

Ad Potam, uel Vermem. CAP. XLIIII.

SUME talpam, & excortica eam, & sicca, & fac puluerem & da bibere quantũ cum tribus digitis leuare potes, cum bracisa de brace.

De Febricitantium cautela. CAP. XLV.

QUI FEBRES patitur, nullo modo recentem carnem manducet: de uolatilibus prohibemus, & de piscibus. Similiter & de hortensibus uitare præcipimus.

ORIB. LIB. II. Finis.

CAPITA libri. III. ORIBASII.

A



ORIBASII LIB. III. De generibus Pomorum &, Herbarum.

DE MALIS dulcibus. CAP. II.

MALORVM GENERA SVNT MVLta: tamen boni saporis, quæ sunt dulcia, uix egeruntur: Flegma nutriunt. Fellis ardorem mouent. Et cocta, obuoluta in farina, cinere obruta, trita, oculorum tumores tollunt. Ad oculorũ tumores.

De Malis acidis. CAP II.

MALA acida natura omnibus cõmoda, et bene digeruntur. Si agrestia mala sunt, restringunt. Cocta, bene digeruntur. Succus eorum suspiriosis prodest.

De Piris. CAP. III.

PIRORVM quæ sunt natura stiptica, genera multa. Quædam dulciora: quædam austera: quædam acida. Vnde plæraq; quæ dissoluunt stomachũ, inhærentia flegmata dentibus sedant. Dulcia, quæ sunt aquati & soluti saporis, nihil inde neq; frigidũ, neq; calidũ possunt continere. Ex quibus singulis, pro discrimine, & certis caussis, ordinanda etiam subsidia medullarum. Austera & acida in cibo sumpta, stomacho conueniunt, sitim mouent. Dulcia omnibus contraria, ante cibũ sumpta, uentrem stringunt: post cibum sumpta, uentrem mouent. B

De Citonijs. CAP. IIII.

CITONIA plurimum stomacho commoda sunt. Stiptica, comprimunt urinam, propter austeritatem suam: cruda, austeriora. Cruda, & matura, cœliacis & dysentericis prosunt, & sanguinem reijcientibus in cibo sumpta. Cocta, in cinere calido, obuoluta farina, dantur laborantibus febre. Vrinæ, & stomacho commoda sunt, incisa. Cocta in aqua, dato stomacho dolentibus. Vinũ eorũ dysentericos, cœliacos, nauseantes stringit, & sanguinẽ expuentibus. Cocta in mulsa, trita, stomacho imposita, defectiones tollunt. Febres

De Persicis. CAP. V.

PERSICORVM succus stomacho est inutilis: quoniam cito desiccat: & caro eius indigestionem facit: tamen post cibum utiliter datur. Necnon et cocti in iure, cum pullo gallinacio sumpti, nauseam stringunt. Folia eorum trita, cum calda potata, ualent contra lumbricos. Similiter folia trita, umbilico imponuntur. Nuclei eorũ cum aceto & oleo fronti liniti, capitis dolorem tollunt. Gummi eorũ in pusca solutum, et potatum, sanguinem reijcientibus prodest. Succus foliorum eius cum aceto instillatus, aurium uulnera uermes habentia sanat. Lũmbri[illegible]

De Armoniaca. CAP. VI.

C ARMONIACA CALIDA & stiptica, stomacho ualde utilis in cibo sumpta.

De Prunis. CAP. VII.

PRVNVM pomum recens, uentrē soluit, stomacho cōtrarium iudicatur: siccum non tam molestum est q̄ in mulsa coctum.

De Mespilis. CAP. VIII.

MESPILA hyemalia maiora, deducunt, & uentrem purgant. Asperior in mespilis fructus, uentrem fortiter detinet: stomachum dissolutum stringit. Viscida & constrictiua sunt inmatura.

De Sorbis. CAP. IX.

SORBAS, precipuæ poma, uiscida, et constrictiua.

De Ficubus. CAP. X.

FICVVM natura calidissima. Ficus aridæ humectant, & deducunt, & calefaciunt. Humectant quidem, quia pingui succo sunt: calefaciunt autem, propter succum. Egeruntur etiam, dulcedine eorum.

D Primi ergo qui fuerint, pessimi sunt, propter nimium succum. Sequentes meliores, sicci & calidi sunt, sed egerant. Sicci cocti in aqua cum hysopo, omnia pulmonum uitia cum tussi curant. Triti cum melle, carbunculos curant.

Ad Tussim.

De Vua. CAP. XI.

VVA calida est & humida, & egeritur. Maxime tamen alba quæ fuerit, calefacit fortiter, ideoq; multum caloris habet. Quæ autem inmaturior est, minus calefacit. Sed mustum totum purgat.

De Vua passa. CAP. XII.

VVA passa egeritur quidem, & exurit. Enucleata, & trita cum cimino, omnes indigestiones et tumores uerendorum, siue carbunculos curat.

De pomis Mori. CAP. XIII.

MORI POMA ad præsens stomacho utilia: quod refrigerent. Quod si alius cibus non superueniat, inacescunt. Fit ex sue co pomorum mirificium medicamen contra omnia uitia oris, faucium, arteriarum, uel etiā dentium. Succus pomorū maturissimorum lento igne coctus, ad mellis crassitudinē, mittito aluminis scissi singulas drachmas: simul commisceto, & de penna ungito.

Oris, faucium, & dentium uitia.

De Basilisca. CAP. XIIII.

AD PVSTVLAS. Herbam Basiliscam dabis bibere, & ipsam tunsam supraponis.

De Ceruí lingua. CAP. XV.

AD EASDEM. Herbæ Cerui linguæ radicem manducet. A Ad pustulas.

De Mixoro. CAP. XVI.

MIXORI uirtutem frigidissimam suspicamur. Id namque manifeste stipticum apparet, & frigidum: quamuis plurimũ illi de rigore siccitatis decoquatur. Verum & ardores febricitantium extinguit, ore compressum, ut succus glutiatur. In cibo sumptum, stomachũ erigit, solutioni uentris obsistit. Tritum cum fabæ polline, impositum, collectiones suppurare nõ patitur. Ossa combusta, & trita, cum butyro mixta, combusturis medentur.

De Cerasijs. CAP. XVII.

CERASIVM uiride pomum, uentrem humectat, & prouocat: aridum, siccat & detinet: unde uiride stomacho contrarium est, siccum utile. In hoc pomo tres inesse uirtutes manifestũ est. In quibusdam sapor austerus, sapor in alijs acidus, in quibusdam dulcis. Austerus, uentrem restringit, stomachum confortat. Acidus, iudicatur flegmate abundante stomacho opportunus: nam magis siccat, & crassitudinem densioris humoris incidit. Dulcis, stomacho contrarius, cibus tamẽ per intestina fluit. Gummi eius ore detentum, & gluitum, arterias lenit, uetustissimam tussim compescit: cum mero potatum, calculos in uesica frangit. Tussim. Calculum.

De Tubere. CAP. XVIII.

TVBERA uirtutem habent stipticam. Poma ipsa comesta, stomachum nauseantem, & fluxum uentris constringunt. Vtiliter dantur sanguinem reijcientibus. B

De Auellanæ Prenestinæ nuce. CAP. XIX.

AVELLANAE Prenestinæ nuces uirides stringunt: coctæ aũt minus. In cibo sumptæ, capiti dolorẽ incutiunt: stomachi inflationes distendunt: corpori sano pinguedinem conferunt. Nucleus earum tritus, cum mulsa potatus, ueterem tussim compescit.

De Castanea. CAP. XX.

CASTANEAE ex omnibus nucibus fortissimę, suauem cibũ, difficilem digestionem faciunt. Virides stringunt, coctæ minus. Coctæ in cinere, uel in fictili uase assatæ, & tritæ cum melle, ieiunis tussientibus datæ, prosunt. Aqua in qua coctæ fuerint, datur cæliacis, dysentericis, & sanguinem conspuentibus.

De Balanorum glandibus. CAP. XXI.

BALANORVM glandes uirides stringunt: coctæ minus. Indigestionem faciunt. Fluxum omnem constringunt.

C

De Pistatiorum uirtute.

CAP. XXII.

PISTATIORVM uirtus austera, stiptica. Stomacho, ads comanda est, & pulmonem purgat in cibo sumpta. Trita cum uino, contra omnes morsus prodest.

De Nucibus rotundis.

CAP. XXIII.

NVCES iuglandes rotundæ, uirides, utpote adhuc aquatioris humoris, stipticæ, & frigidæ uirtutis, stomacho aliquid uigoris adquirunt: uentrem molliunt. Mature nutriunt, & egeruntur. Cum fue Contra uenenum. rint mundæ, inflant. Cortices uero earum stringunt. Nuces siccæ duę, cum totidem ficubus, &. xx. folijs rutæ, addito salis grano, simul contes runtur: et a ieiunis comesta, cōtra omnia uenena pugnant. Trita cum corio suo, umbilico imposita, lumbricos excludunt. Folia ex aceto tris ta, auribus instillata, auditum præbent.

De Amygdalis dulcibus

CAP. XXIIII.

AMYGCALARVM dulcium uirtus calidissima est, & nus trit. Calida est ob pinguedinem: nutriunt quæ carnosæ sunt.

D Amygdalæ recentes stomachum onerant. Siccæ, cum pellicula sua comestę, stomacho utiles, uentrem mouent, ebrietatem marcidant, soms num faciunt. Tritæ cum mentarum succo, sanguinem reijcientes iuuāt. Nuclei tosti, triti, dati cum melle, tussientibus medentur.

De Amygdalis amaris,

CAP. XXV.

AMYGDALAE amaræ fortiores sunt quā dulces. Spleni, iocinori, et morbo regio, nucleus tritus cum mero potui datur. Tritus cum oleo, instillatur auribus, surditias tollit Cum mero pos tatus, tussim tollit. Tritus cum aceto, uulnera in mento nata, & impes Sanguinem exscreantes. tigines tollit. Gummi eius ex pusca datum, sanguinem reijcientibus medetur.

De Malis punicis. CAP. XXVI.

PVNIGORVM, hoc est, malorum granatorū multæ uirtutes sunt. Dulcia, Frigida, Vinolenta, Acerba. Dulcia habent aliquid caloris: & ideo inflationes stomachi commouent: egeruntur, & partim nutriunt. Febricitantibus nō dantur. Acida frigidiora, stomacho accōs moda, urinā mouent, pulmonem refrigerant, iocinore laborantibus sucs currunt. Vinolenta in usu erunt meliora supradictis: quia mediæ uirtus tis. Acerba illa sunt, quibus folia curuantur. Frigida, quæ siccant & con stringunt, præ his omnibus aparia nominantur. Succus malorum gras

natorum acidorum, stomachum nauseantem constringit. Mala cum A
granis suis in duas partes diuisa, in aqua cocta, potui dato cæliacis, & dy
sentericis. Integra cocta in uino, potantur contra lumbricos, & tineas
uentris. Cortices sicci, cum galla æque triti, uitia dentium curant.
Cocta in uino, ac trita, perniones, & tumores omnes curant, & gingi=
uarũ tumores. Aqua in qua cocta fuerint, gargarizatur contra uua= Ad Vuæ
rum tumores. Flos eius arboris, siccatus in umbra, tritus in puluerem, tumorem.
omnibus uulneribus medetur. Cum melle tritus, uulnera oris curat.

De Balaustio. CAP. XXVII.

BALAVSTION, hoc est, Centifolium. Flos eius siccus,
tritus, uulnera quę humorem, aut sanguinem nutriunt, siccat.
Cocturas oculorum, & faucium cum melle mixtus, tollit.

De Pinorum nucleis. CAP. XXVIII.

PINORVM nuclei calidissimi sunt. Ventrem fortius commo=
uent. Stomachum & renes excalefaciunt, urinam purgant. Ex
uino dulci potati, uentrem mouent. Fit ex eisdem oxyporium utile.
Nucleos purgatos, laser, nitrum, ciminum palmulis admisces, cum
melle dati, flegmaturas purgant.

De Dactylis. CAP. XXIX.

PALMARVM Thebaicarum, uel Nicolaorum poma hæc B
sunt. Dactyli habent aliquid caloris. Cocti in uino, dati, stoma
chi dolorem tollunt. Palmarum cibi nutriunt corpus. Recentes som= Stomachi
num faciunt: tamē capitis dolorem mouent. Qui sunt sicci, stomacho dolorem.
commodi, tussim cum sanguine compescunt, in cibo sumpti: aut eorum
decoctionem bibant. Triti cum mastice, stomacho appositi, defectum
& sudorem nimium tollunt. Ossa eorũ combusta, trita cum maligra=
nati sicci cortice, sanguinem de naribus fluentem sistunt. Membranæ
quæ ossibus inhærent, scissa labia glutinant. Carbonibus fumantes, ex
trahunt partum. Fit ex eis emplastrum mirificum, quod Finicon ap=
pellatur. Cortex eius uiridis, & tener tunsus, resina & cera pari pon=
dere confectus, uulnera in neruis, & podagras desiccat, & claudit, &
omnem sordiciem purgat. Sed & poma recentia facilius egeruntur, ꝙ
illa quæ fuerint sicca. De eorum uirtute dicimus, quod ut mora cale=
faciant.

De Piris maturis. CAP. XXX.

PIRA matura calefaciunt: Immatura restringunt. Omnia autem
pira acria, digestibilia, approbantur.

De Pulegio. CAP. XXXI.

PVLEGIVM, Galinia, Herbascus, Strignus, id est, Vua canina,

C quæ & Salutaris uocatur, frigida est & retinens. Succus eius ignem sacrum curat. Trita autem in emplastro, tumores tollit omnes. Folia trita cum sale, parotidas discutiunt. Cum cerusa, & spuma argenti succus eius combustus, sanat. Sic & succus eius cocturas in angulis oculorum refrigerat. Succus eius cum rosaceo, aurium tumores & dolorem tollit. Folia eius trita cũ pane, in aqua maccrata & rosaceo, omnes tumores & rubores mammarum tollunt. Contra stomachum posita, febres tollunt cum ardore. Trita, cum uino potata, feminis lapsum constringunt.

Ad parotidas

De Hyoscyamo. CAP. XXXII.

HYOSCYAMVS, hoc est, Nigar, alij Symphoniacam, uel Calicularem uocant. Folia eius cum farina tritici, & axungia trita, omnes tumores & duricias soluunt. Folia item trita cum butyro, podagræ feruorem compescunt. Folia trita cum caricis, carbunculos sanant.

De Trifolio. CAP. XXXIII.

Fœtum extrahendum.

TRIFOLIORVM succus cum uino mixtus, potui datus, fœtum extrahit. Succus eius aurium dolorem tollit, & uermes necat. Semen eius in uino potatum, cum papaueris semine, tussientibus succurrit. Succo eius ad umbram siccato, collyria facta, oculis dolentibus prosunt, & fistulis. Semen eius carbonibus fumigatum, sanguisugam proijcit. Simili modo & dentium uermes. Radix in uino D decocta, os colluendo, dentium tollit dolorem.

De Gligano. CAP. XXXIIII.

GLIGANVM, hoc est, Pulegium. Masculus flore rubeo, femina flore albo, calefacit, & deducit, extenuat, purgat, & digerit. Decoctio eius potata, menstrua deducit, fœtum & secundas extrahit. Coctum in melle & aceto, gargarizatum, humorem capitis deducit. In uino coctum, potatum, torsiones uentris & intestinorum, & tussim cum flegmate deducit. Ex catarro male habentibus, flore trito cum aceto, nares perungito. Tritus cum polenta, tumores compescit. Folia trita cum sale, spleneticos curant.

De Origano. CAP. XXXV.

ORIGANVM, hoc est, Cunila, calidum est: & mingitur: deducit etiam flegma omne: sanguinem & choleram compescit. Elixatura eius in aqua cocta, epaticis, & tussientibus prodest. Ex uino albo coctum, potatum, scorpionum, & araneorum ictus tollit. In oleo, & aceto coctum, in lana succida ponitur, luxata & fracturas sanat.

Epar. Tussim.

De Pegamo. CAP. XXXVI.

PEGAMON, id est, Ruta agrestis, calida est: & mingitur, & deducit flegma. In uino tritum, datum potui, urinam, & menstrua

mouet. Semen eius cum uino datum potui, omnia uenena excludit. A Folia uiridia trita, cum ficu in oleo cocta, per clisterem iniecta, omniũ intestinorum dolorẽ tollunt, & lumbricos expellunt. Folia uiridia cum ficu trita, hydropicos curant. Succus eius cum melle agapino, & felle perdicino, oculorum caligines tollit. In oleo coctus, lanis uaporatus, omnes dolores tollit. Trita folia cũ cimino, & uino potata, stomacho prosunt, & matricum, uel calculorum doloribus. Ad caliginem oculorum.

De Asparago. CAP. XXXVII.

Asparagi in cibo sumpti, stomacho prosunt, calidi enim sunt. Radices eius in aqua coctæ, uesicę caussas omnes curant, & calculum frangunt. In uino cocta radix eius, quartanicis prodest, dentium dolores tollit, & agitatos confirmat: renum dolores, urinarum suffocationes purgat. Semen earum tritum, cum uino potatum, uentrẽ stimulat.

De Absynthio. CAP. XXXVIII.

Absynthium elixatum, cum marrubio, & lupino tritũ, simulq; in umbilico positũ, lumbricos excludit. Succus ci- us potatus, contra fungorũ suffocationes prodest. Folia eius trita cum melle, percussuras tumentes, & liuores compescunt, et stomachi extensio nem & inflationem. Turiones eius uirides, citoniorũ poma in uino co- B quito, et in lana stomachum uaporato. Semen eius tritum, in puluerẽ redactum, dato potatũ cocleare, id est, cum calda, contra stomachũ nau- seantem, & tumorem, malefactionemq;, uertigines capitis, & somnũ, uel oculorum caligines, & dolorem neruorum. In oleo coctum, oleo pera colato, totum corpus perungito, corporis resarcit laborem. Lumbricos.

De Lapatio agresti. CAP. XXXIX.

Lapatii genera sunt quatuor. Agreste efficacissimum. Suc- cus eius cum melle scrophas curat. Folia trita, imposita, collectio nes spargunt, & fastidium tollunt. Semen eius tritum cum aqua dato: radix autem ex uino bibitur.

De herba Mercuriali. CAP. XL.

Mercurialis herba, et ozymum cocta cum pullorum carne, uentrem soluit. Succus eius cum resina, aurium dolo- rem tollit: et si quid in aures introierit, statim expellit. Aures.

De Pastinaca syluestri. CAP. XLI.

Syluestris pastinacę radix in aqua mulsa cocta, menstrua purgat. Radix eius trita, testiculis adposita, eunuchos facit.

De Gramine. CAP. XLII.

Gramen in aqua coctum, tritum, spleni cataplasma impositũ, do- lorem tollit. Radix eius cocta in aqua, pota, urinam soluit.

C

De Irios. CAP. XLIII.

IRIOS, id est, Gladiolus, quod est Lilium agreste, uel Lilium coeli cium, calefacit: non tamen egeritur. Ad tussim siccam. Radicem in mulsa coctã potui dabis. Item ad tussim cum dolore. Radices eius siccæ tunsæ puluerẽ cum melle dato cocleare. Puluis radicis eius in mulsa potatus, somnum facit. Similit̃ sic datus, torsiones tollit. Puluis eius ex pusca potatus, feminum lapsus spontaneos curat, hoc est, gonorrheam. Elixatura radicis eius, per clisterem sciaticos curat. Radix eius cocta, trita, parotidas, & pañiculos curat, cataplasmata. Puluis radicis eius cum melle, ardorem oculorũ tollunt: lentigines, et maculas e facie prægnantium aufert. Puluis radicis eius in mulsa potui datus, urinam soluit.

Ad Sciaticos.

De Costro. CAP. XLIIII.

COSTROS, id est, Betonica, quam quidã Lactariam uocant, tunsa, cribrata, in mulsa potat̃ contra urinarum difficultates, uel calculũ. Puluis eius cum pusca, hęmoptoicos curat. Cum uino et melle, hydropicos desiccat. Folia eius trita cum sale, uulneribus recentibus medentur. Folijs eius in uino tritis, foueto tumores, siue uulnera uetrorum, & puluerem eius imponito.

D

De Thymo. CAP. XLV.

THYMVS uirtute calida, ut hysopus, caliginem discutit, lumbricos eijcit, urinã compellit, menstrua prouocat. Fœtũ mortuum extrahit, & secundas, si puluis eius ex uino potatur. Puluis eius cum melle mixtus, tussim tollit.

Fœtum mortuum extrahendum.

De Cimino. CAP. XLVI.

CIMINVM uirtutem ualidam & desiccatiuam habet. In oleo coctum, clistere iniectum, torsiones intestinorũ tollit. In uino potatum dolores stomacho aufert.

De Hyssopo. CAP. XLVII.

HYSSOPVS calefacit, & flegma deducit.

De Samsuco. CAP. XLVIII.

SAMSVCVS hoc est, Cassa. Decoctio eius potata, principium hydropicorum, urinarum difficultates eijcit, intestinorum tormentis succurrit, menstrua prouocat. Tritus cum sale, ut emplastrum impositus, ictus scorpionum sanat. Cum ceroto mixtus, luxis prodest. Cum polenta tritus, feruoribus oculorũ. Cataplasmatus, difficultates partus, & secundarum tarditates accelerat.

Oculorum feruorem.

De Saxifrica. CAP. XLIX.

SAXIFRICA, hoc est, Titana, nascitur in montibus, & saxis. Tunsa, cum pipere ex uino potata, calculos frangit, urinã soluit,

menstrua prouocat, renum, matricis, & coli dolorem tollit.

A

De Chamæpyti. CAP. L.

CHAMAEPYTIS .i. Cucurbitularis. Folia eius cũ radice trita, ex uino potata, ictericos, epaticos, urinarum difficultates, torsiones uentris, & intestinorum tollit. Trita, cum mulsa potata, uentrem mouet. Tunsa cum radice sua, somnia, uulnera antiqua & saniosa magnopere curat, & uulnera in ubijs, siue pedibus.

De Dictamno. CAP. LI.

DICTAMNUS .i. Pileus Martis. Succus eius in lana matrici suppositus, mortuos fœtus extrahit. Si qd corpori inhęserit: folia trita imponuntur. Potatum ex uino, partum & secundas eijcit. Folia eius trita, uulnera recentia sanant. Succus eius omniũ morsus, & uenena expellit cum uino potatus. Ad fœtus extractionem.

De Anagallide. CAP. LII.

ANAGALLIS, hoc est, Auricula muris. Succus eius cum uino potatus, suspirium tollit. Succus eius cum melle agapino, uulnera oculorum curat, & caligines tollit. Succus eius naribus infusus, dentium dolorem tollit.

De Arnoglossa. CAP. LIII.

B

ARNOGLOSSA, id est, Berbicina lingua. Cocta cum lenticula, uentris cursum constringit, & dysentericos curat. Succus eius cum pusca datus, sanguinem expuentes curat. Vulneribus ueteris, trita cum axungia, sine sale imponitur, et parotidis. Succus eius infusus, fistulas uulnerum curat. Tunsa, uulnus recens curat.

De Hierobotane. CAP. LIIII.

HIEROBOTANE, id est, Plantago, siue Neruosa. Folia eius trita cum butyro, uulnera recentia curant. Trita folia cum sale & aceto, omnibus morsibus succurrunt. Radix eius cum pipere trita, ex mulsa potui data, colicos sanat. Folia eius trita cum axungia, strumas, & parotidas curant. Surcus foliorum eius ex uino potatus, epaticos curat. Colicam.

De Centaurea maiore. CAP. LV.

CENTAUREA maior cocta in aqua, potui data, epaticis prodest. Folia eius trita cum axungia, uulnera recẽtia & chronica curant. In uino cocta, partum excutit, & secundas. Potui data, splenetici prodest.

De Centaurea minore. CAP. LVI.

SUCCUS eius cum melle agapino commixtus, oculorum caligines extergit. Ad stomachi & epatis dolorem, in aqua ad tertias decocta, potui datur. Ad morbum regium, & quartanas, soluit

C similiter, & suffocationes oculorum curat. In uino cocta, potui data, lumbricos, & tineas uentris sanat.

De Polygono. CAP. LVII.

POLYGONOS, hoc est, Sanguinaria, Centinodia, Sansur. Succus eius ex pusca potatus, sanguinē reijciētes sanat. Tunsa cum butyro, tumores mammillarum mulierum sanat, & lac prouocat. Succus eius cum rosaceo, aurium dolorē, & uulnera sanat. Succus

Ad dolorem dentium.

eius cum calda potatus, dysentericos stringit. Radix eius commasticata, dentium dolorem tollit.

De Polygonorum generibus CAP. LVIII.

POLYGONORVM genera sunt quatuor. Primum genus Sansur, quod & Sanguinaria dicitur, fruticosa, serpens terra, stipitea: omnes fluxus uentris, siue sanguinis stringit. Secundū genus Centinodia, minor, ut gramen, folijs a priore, nigra, et geniculis densior. Semen eius urinam mouet, & uesicæ dolorem tollit. Tertium genus Orion uocatur: in montibus nascitur. Hæc sciaticis commoda. Quartum genus Helielicum, fruticoso, ac lignoso stirpe, similitudine cedri, rubicundo, binorum palmorum. Coctum in uino, gingiuarum uitia, & os colluito, & ulcera oris sanat.

D De Chelidonia. CAP. LIX.

CHELIDONIA hyrundinina. Succus eius cum melle agapino, & uetere uino, & puluere piperis albi, caligines, & albu-

Oculorum albugines.

gines oculorum antiquas curat. Experimentū. Tolle pullum hyrundinis, & acu oculos eius punge: & uidebis matrē eius florem huiusmodi herbæ oculis imponere, et statim lumen ei reparabitur. Succus ad umbram siccatus, ut collyrium oculorum impetus sanat. Radix eius cum aneto in uino cocta, ictericos sanat.

De Flomo CAP. LX.

FLOMOS, id est, Verbascū. Eius sunt genera duo, album, & nigrum. Masculus habet folia densa, & angustiora. Fœmina, alba, lanuginosa, hirsuta. Folia eius cocta in aqua, & trita, tumores omnes & dolores tollunt. In uino & melle cocta, uulnera cunuchorū curant: uel cum aceto trita, uulnera recentia curant.

De Calamite. CAP. LXI.

CALAMITES, hoc est, Nepeta, uel Menta agrestis. Folia eius trita cum calda, potui dātur ante horā accessionis, quotidia-

Morsus uenenosos.

nis, siue tertianis. Folia eius ex uino potata, contra omnes morsus uenenosorum, uel serpentium prosunt. Et folia eius trita, uulneri imposito. Folia trita cum sale, ad percussuras, & liuores, & sanguinolentos prosunt. Folia itē eius trita cum uua passa, tumores testium tollūt: prismo folijs in uino coctis foueto. Nepeta calidissimæ uirtutis est: unde

ex ea fit antidotum, quod diacalamites uocatur. Vrinam citat, menstrua mouet. Succus eius aurium uulnera curat. Succus eius potatus, sanguinem reijcientes curat. A

De Teleo. CAP. LXII.

TELEOS, id est, Fenum. Semen eius in puluerem redactum, furfures capitis radit cum uino & nitro. Seminis eius decoctio in aqua potata, difficultates partus excludit. Semen eius in aqua ad tertias coctum, adiecto melle, potui datũ ad raucum in balneo: mox incipiet sudare. Et contra tussim uetustissimam datur. Semen eius, & lini semen ex æquo trita, in mulso cocta, stomacho imposita, febres acutas compescit. Ad partus difficultatem.

De Pentaphyllo. CAP. LXIII.

PENTAPHYLLON, id est, Quinq; digitorum, uel Quinq; folium. Succus eius cyathis tribus, strangul. suffocationes curat. Succus eius cum uino, serpentium morsus tollit. Folia eius trita cum uino & adipe, sine sale, cancri uulneri imposita, exsecant. Folia eius trita cum axungia, articulorum uitia & laxaturas sanant.

De Platofio. CAP. LXIIII.

PLATOFION, id est, Guldubbal, quæ & Preleonis dicitur. Frutices. vij. sine radicib. coquito in aqua nymphali, luna crescente, & fumigabis de radice eius domum, contra illusiones & maleficas, & qui maleficijs abutuntur. B

De Botratio. CAP. LXV.

BOTRATION, id est, Apium agreste, alij Apium risum dicunt. Ad collectiones omnes, uel si quid uolucris sine ferro inciderit. Radices eius tritas in corio nucis impone. Folia eius trita cum axungia sine sale, uulnera ueterrima curant. Folia eius cum melle modico, strumas & parotidas curant. Radix eius commasticata, dentium dolorem tollit. Radicem eius tunsam in corio nucis, sciaticis, & arteticis impone de pannatio, & tumorem deducit. Ideo aliqui Sideritim uocant: & sic carnem incidit, ut ferrum. Dentium dolorem.

De Artemetia. CAP. LXVI.

ARTEMETIA, hoc est, Gibber, genera habet tria. Monoglossam, Tacantem, Leptaphyllon. Monoglossæ folia tunsa cum axungia, pedum dolorẽ tollunt, & podagram mitigãt. Trita, ex mulsa potata, contra intestinorum tormenta prodest. Tacantes trita cum folijs, datur ad uesicæ dolorem: si febrit, ex calda: si non febricitat, ex uino. In oleo coctam inungito, contra neruorum & coxarum dolores. Lepthaphyllos trita cum uino, potui data, matricis dolorem tollit. Cocta in aqua, cum absinthio, uapore eius matricis caussas, ac partus dolorem tollis, encathisma factum.

C

De Satyrione. CAP. LXVII.

SATYRION, quæ & Tentaticon dicitur, id est, Magicinon. Si quis uenerem non poterit adire: testiculum dextrum, qui maior est, teres cum piperis granis. xlvij. melle ÷ tribus, uini ÷ I. simul tere, & potui dato per triduum. Legis eam mense Iulio. Radix eius trita, cicatrices nigras tollit.

De Aristolochia. CAP. LXVIII.

Contra uenenum bibitũ.

ARISTOLOCHIAE, id est, Raiæ, genera sunt tria, Nodosa, Longa, & Rotunda. Radix eius trita cum mero, potui data, si quis uenenum biberit, liberat. Et contra omnium uenenorũ morsus, radix eius sicca in puluerem redacta, uulnera omnina sinuosa curat. Ad infantum pauores, uel ægritudines. Radicem eius in carbonibus fumigato. Ad fistulas. Radices eius siccas, tritas adijcito. Ad carcinomata, & polypum in naribus. Radicem eius cum cypero, & draconteæ feminæ, ex melle canniæ mixtam inijcito.

De Cardamonagrion. CAP. LXIX.

CARDAMONAGRION, id est, Nasturtium agreste. Folia eius cũ lomento trita, strumas, & parotidas discutiunt. Semen eius tritum cum aqua in charta inductum, duriciam pannicu-

D lorum spargit. Semen eius tritum cum aqua, prodest. Succus colatus, naribus iniectus, sanguisugas eijcit.

De Triduca agria. CAP. LXX.

TRIDVCA agria, id est, Lactuca syluatica. Succus eius cum melle agapino, & uino uetere mixtus, & felle uulturis, omnes caligines & suffocationes oculorum curat.

De Buglossa. CAP. LXXI.

BVGLOSSA, id est, Lingua bouina. Si uis nosse tertianas, siue quartanas: quæ habet tres ramos, ad tertianas ex mulso potata: quæ quatuor habet ramos, quartanarijs similiter. Folia trita, tu-

Tumores. mores tollunt. In uino potata, hilaritatem bibentium prouocant.

Ad Collectiones & tumores.

CAP. LXXII.

ALLIVM cum adipe mixtum, impositũ, omnes tumores suspectos soluit. Item, Cerifolium tritum cum axungia, terra resoluta impositũ, bene facit. Item, Menta cum lomento fabæ, pulegio, ac sale, pari portione aqua conspersum & impositum, collectiones quasi bet facillime soluit. Item farina ordeacea in aceto discocta, cũ fumo columbino, & ficu sicca, simul trita, et cocta, imposita, discutit.

Ad Strumas. CAP. LXXIII.

VRTICAE radices in aceto coctæ, & tritæ in modũ ceroti, positæ, discutiunt, maturas aperunt, & omnes radices extrahunt.

atque ad certissimam sanitatem perducunt.

C

Ad Cardiacos, id est, malum sudorem. CAP. LXXIIII.

A

RVTA ex aceto, & melle, cum farina ordeacea mixta, et pectori imposita emendat. Item caprini cornu, & ceruini cinis, oleum myrtinum cōmiscis, omne corpus perungito. Item Ruta decocta, adiecto allio, cum oleo perunctο, sistit sudorem.

Ad Somnum. CAP. LXXV.

MYRRHAE, thuris, hyssopi, spicæ, piperis longi, mellis spuma tiana cōmisces: hæc omnia trita, naribus, auribus, & fronti illinas. Item myrrham, & thus, & ceram mixtam umbilico imponas.

Ad morbum regium. CAP. LXXVI.

SALSAMENTVM in cibo ex pipere sumitur, seruata carnis abstinentia.

Ad Carbunculos. CAP. LXXVII.

CVCVMERIS agrestis, uel syluatici succum superinfusum, & alligatum. Item mel cum lomento fabæ mixtum imponitur, & folium lactucæ desuper, hoc ad sanitatem usque perducit. Item Nasturcium fermento mixtum, utiliter medetur. Item acerrimę cepæ subcinerebene coctę, melli miscentur, & in locum ad modum emplastri admouentur. Item nitrum cum oleo tritum, & impositum, carbunculos ardentes sanat. Item porri succum cum cinere mixtum, imponito. Item guttam ammoniacam ex aceto teris, infundis, frequenter rumpit, & foras pertrahit. B

Ad Papulam noxiam. CAP. LXXVIII.

PAPVLA noxia est, quæ die tertia occidit. Bulbos crudos teris mollissime, addis coriandrum uiride, mel atticum, simul teris & imponis. Item fel porcinum siccas in fumo, & inde tantam partem incidis quantum spacij ipsa pustula tenet in capite: quam calefactam ad focum, in modum ceroti inducis, & sic ponis: cum hæserit, non dimittas nisi secum papulam extrahat. Signum autem morituri est, si medicamentum non hæreat. Item Galbanum per se imponitur, & aperit, atque extrahit: postea uulnus factum curatur alio medicamento. Hæc omnia certa sunt.

ORIBASII LIB. III. FINIS.

D E

1 Agno
2 Agrostco. i. gramine
3 Agarico
4 Adianto. i. capillari
5 Aegilope
6 Aizo.i.Iouis barba
7 Aegiro,id est, populo
8 Acatia
9 Agalisi,id est, enido
10 Acanthcleuki. i. spina alba
11 Acero
12 Acti,id est,Sambuco
13 Aloe
14 Ali,id est,sale
15 Alosanto
16 Ameu
17 Amurca
18 Ampelo leuki, quæ & brionia.
19 Amygdalis
20 Ammoniaco
21 Amomo
22 Anagalli
23 Andragni
24 Animone
25 Anito
26 Antemi.i. caunimula
27 Aneso
28 Aristolochia
29 Arnoglossa
30 Aro
31 Arsenico
32 Artemisia
33 Arspalatino
34 Asparago
35 Argimonia
36 Astafisemero, id est, uua domestica.
37 Affodillo
38 Artafaxi. i. a triplice
39 Afronitro

D E

40 Absinthio
41 Abrotano
42 Amaraco
43 Apio
44 Asplenio
45 Ambrosia
46 Ampelopraso
47 Ampelouagria
48 Balsamo
49 Balaustia
50 Bato,id est,rubo
51 Bdellio
52 Bleto
53 Bulbo
54 Butyro
55 Buphthalmo
56 Bratea, id est, sauina
57 Bromo,id est,auena
58 Calamite
59 Calamo fragmito
60 Canabe
61 Capneo
62 Cappare
63 Cardamo
64 Cardamomo
65 Cassia
66 Caria,id est,nuce
67 Castoreo
68 Cedro
69 Centaurea maiore
70 Centaurea minore
71 Cursumfacitis, id est, galla asiana
72 Cera
73 Cisso,id est,hedera
74 Coloquintide
75 Comi,id est,gummi
76 Coliandro
77 Copro
78 Costo
79 Cotilidone
80 Carambria.i. brassica

D E

81 Creti,id est, hordeo
82 Crino,id est,lilio
83 Croco
84 Cromco,id est,cępa
85 Ciamo,id est, faba
86 Cunino
87 Cypresso
88 Cypero
89 Ciclamine
90 Cytiso
91 Conocarpo,puni.nuc.
92 Dauco
93 Daphni,id est,lauro
94 Dermata,id est, corio ucteri.
95 Defrige
96 Dictamno
97 Draconęa
68 Dryo,id est,robore
99 Euisco
100 Elea,id est,oliua
101 Eleo,id est,oleo
102 Elleboro
103 Elxine, id est, intragl.
104 Elino,siue meleno
105 Erebintho. i. cicere
106 Erpelio
107 Eria,id est, lana
108 Eupatorio
109 Euforbio
110 Echnide,id est, serpēte
111 Facu. i. lenticula
112 Finico,id est, dactylo
113 Ficu
114 Gala, id est, lacte
115 Geresere
116 Gepasa
117 Gigarta.i. semine uuæ
118 Gleuco.i. musto
119 Gligonio.i. pulegio
120 Gliciryza
121 Gleuci,id est,peonia

C

ORIBASII DE SIMPLICIum descriptionibus, naturis, & effectibus. LIB. IIII.

DE AGNO. CAP. I.



GNVS, ALIAS, LIGVS. AGNI parui stirpes sunt. Cuius folia, & flores, & semen calida & sicca sunt uirtute: & in ipsa substantia subtiliandi humorũ qualitates, habet facultatem. Eius uirgulta non cito franguntur. Et folia eius sunt uel ut oliuę, sed molliora. Flores albi sunt. Sementa similia piperi. Dictus autem Agnus: quod dum calida sit uirtute, castitatem conseruat membrorũ. Ligus aũt uocatur: qa uirgulta eius ligant, & non faciler umpunt. Hęc libidinem reprimit, cum sola in cibo est sumpta. Sed et potata castitatem corporis præstat. Sic & in lecto strata. Ad epar autem, & splenis crimi constipationem magis semen eius iuuat quam ruta.

Ad epar, & splen.

De Agrosteo. CAP. II.

AGROSTEVS, dicitur Gramen. Cuius radix mediocriter est sicca & frigida: & propterea glutinat ulcera, & plagas recentes, & cruentas. Eius quoq; folia in modum cataplasmatis imposita, non quidem fortiter sunt sicca & humida, sed media.

D

De Agarico. CAP. III.

AGARICVS digerit, & pingues extenuat: humores purgat, etiam in uisceribus constipationes. Propter quod et ictericos curat, qui ex constipatione, uel infraxi eparis consistunt. Iuuat autem epileæ pticos, et rigmata. Sed et cipus, qui ex spisso, et pingui, uel glutinoso fiunt humore, cum mulsa potatus, aut cum oleo frictus, & totum ex eo corpus perfricatũ, iuuat: & eos qui ex frigore lęduntur. Ad serpentium uero morsus, extrinsecus super plagas impositus, æquabit uulnera: & potata potione uino temperata, resoluit. Catarticum est enim.

De Adianto. CAP. IIII.

ADIANTOS, quam latini herbam Capillarem uocant, desiccat, extenuat, & digerit humores, et intima capitis purgat: densat capillos, & ciradas digerit: & apostemata, ita ut ad pus non perueniant: & lapides in uesica comminuit. E thorace, & pulmone, quibus glutinosi & pingues oumores sunt constituti, educit per ora. Et reuma uentris reprimit. Media est enim inter calidam, & frigidam distemperantiam.

De Aegilope. CAP. V.

AEGILOPS diaphoreticam habet uirtutem. Facit ad eos qui duras habent inflammationes. Et ægylopas & tineas capitis sanat.

A

De Aizo. CAP. VI.

AIZON, quam latini Iouis barbam adpellant, et maior, & minor desiccat quidem intus, continetur enim in ea magis aquosa substantia, & infrigidat nimis. Hæc ad herisypelas, & herpetas, & ad eos qui ex flegmatico humore inflammationem patiuntur iuuat. Ad herisypelam.

De Agiro. CAP. VII.

AGIRVS, idest, Populus, calefacit nimis, & pene proxima est acredini, humectat autem mediocriter. Est autem & liptomeris. Resina ex eo, adhuc calidior est uirtute.

De Acacia. CAP. VIII.

ACACIA desiccat fortiter, infrigidat abundanter, si fuerit lota: non lota autem, mediocriter. Nam lauata, iam acredinem in lauatura deponit. Et si de acacia inungaẽ aliquã pars corporis, animus mox totus sentit & intensior inuenitur. Et caloris sensibilitatem nunq̃ infert. Frigore enim manente, æstum non ualde nimium ostendit. Manifestum est ergo, quia frigida est, & terrestris naturæ, admixtam habens aliquantum aquosam substantiam primo gradu, secundo uero gradu est frigida lauata, non lauata autem tertio gradu. B

De Agalisi. CAP. IX.

AGALISIS, id est, Cnidion. Folia eius & semen diaphoretica sunt, & liptomeris ualde uirtutis est, absq; calefactione nimia. Curat igiẽ phymata, et parotidas, et de thorace & pulmone educit humores pingues & glutinosos. Habet autem in se aliquam naturaliter inflationem ad uenereos motus excitandos, et maxime quando cum sapa potui datur semen.

De Acantha leuki. CAP. X.

ACANTHA leuki, id est ægyptia, uel arabica, id est, Spina alba. Radix eius desiccat mediocriter, & stiptica est: propter quod et cœliacos, & stomaticos iuuat: & sanguinem iactantibus reprimit data. Et in tumoribus ut cataplasma superposita, reprimit tumores. Et dentium dolorem iuuat, si quis apozima eius in ore contineat. Semen autem eius extenuat & calefacit. Menstrua mouet. Radix item eius decocta iuuat uuam.

De Acoro. CAP. XI.

ACORVM, id est, Aphrodysia. Quam Romani Veneream uocant. Radix eius calida est, & sicca uirtute est nimis, & extenuandi habet uirtutem. Et inde urinas, et splenis sciron iuuat proijcĩẽs: & subtiliat pingues, uelut cornu duros humores extenuat et educit relaxando. Succus autem ipsius desiccat omnino posita, tertio gradu.

C

De Acti. CAP. XII.

Actis, & Chamæactis. Actis dicitur Sambucus, Chamæactis autem uocatur Ebulus. Desiccatiua autẽ sunt uirtute, & glutinatoria, et mediocriter diaphoretica. Hydropicos em̃ de succo sambuci, aut ebuli cyathis duobus, aut tribus ut satis, aut certe uno cyatho, si uirtus desit, potui data, aquam deducit. Folia igitur eorum si terantur, & exprimantur, ac extrinsecus illiniantur, tumores desiccant, & insidentes humores ebibunt, & tumores repellunt. Facis autẽ de Sambuco purgatoriũ simplex, ad omnes humores depellendos. Sambuci radices effodis, & earum radicum primum corticem deradis, & quod est inter primum corticem & lignum tundis in pila, et exprimis. Succum autẽ ipsum in patellam mittis, & ad solem ponis, ut siccetur. Et cum se cœperit colligere, facis catapotias in modum baccę lauri: & cum opus fuerit, ternas in aqua calida tritas, ieiunus bibere debet. Quod si febricitat, & constrictionem uentris patitur, unam catapotiam in calida aqua potui dabis.

Ad hydropisim.

De Aloe. CAP. XIII.

Aloe calefacit mediocriter, desiccat autem uehementer. Aptũ igitur est stomacho medicamen hoc super omnibus medicamentis. Sanĕ item uulnerũ glutinat. Sanat etiam ea quæ non facile cicatrizãtur uulnera, & maxime quæ circa anum & ueretrum generanẽ. Iuuat etiam eos qui in locis ipsis inflammationes patiuntur, aqua resoluta: & glutinat plagas hoc modo imposita. Iuuat autem similiter utentes in os, ue' nares, aut oculos inflammatos. Adhibita, omnino reprimit, & digerit, & paulatim ulcus purgatur, & sine molestia sanatur.

D

De Ali. CAP. XIIII.

Ales, hoc est, Sal. Similem habent omnes sales uirtutem, siue asritius, siue marinus: et ex duabus constãt qualitatibus, purgatiuis, & stipticis: quoniã utriq; desiccant in corpore humores omnes. Sterię autem corporis, id est, quę sunt fortia in corpore, conducuntur, uel desiccantur, ideo quod stiptici sint. Propter quod salitæ carnes inputribiles seruantur. Vsti autem diaphoretici sunt magis quam siccatiui.

De Alosanto. CAP. XV.

Alosantus autem, id est, flos salis, subtiliorem uirtutẽ habet, quam salis qui ustus est, & aredinis qualitatem nimiã habet.

De Ameu. CAP. XVI.

Ameus. Semen eius calefacit, & desiccat uehementer, & extenuat, & urinas mouet, ac diaphoreticus est.

De Amorgia. CAP. XVII.

Amorgia, quam nos Amurcam, quę ex oliuis exprimitur, dicimus, calefacit, non aperte quidem. Facit ad mordicationem. Nam si coquitur, fit uirtute calida, & siccat fortiter.

De Ampeloleuki. CAP. XVIII.

AMPELOLEVKIS, quæ & Brionia uocatur, quã rustici Cucurbitam syluaticam appellant. Cymę eius si edantur, urinam mouent mediocriter. Radix aũt eius purgatoriam, siccatoriã, & extenuatoriam habet uirtutem: sed mediocriter siccat: propter quod & splen releuat, & sciromina, potui data. Extrinsecus apposita cum fęcibus, & scabies, & liuore sanat. Nigra autem similis est ad hæc omnia, præter q̃ imbecillior est. A Ad scabiem.

De Amygdalis. CAP. XIX.

AMYGDALAE autem amaræ manifeste extenuandi habent uirtutem, & fellis purgandi. Et ex thorace, uel pulmone per sputum glutinosos et pingues humores abundanter sine labore educũt. Sed & constipat loca epatis, & splenis, & renum: at colum ad aperit & purgat. Et ipsa arbor eadem præstat omnino. Et radices eius coctæ, ac cataplasmatæ, fel purgant. Amygdalæ autem dulces amaris amygdalis sunt inbecilliores.

De Ammoniaco. CAP. XX.

AMMONIACVM malagtica est uirtute, ut etiã in articulo poros dissoluat, & splenis scromina sanat, & ceradas digerendo curat.

De Amomo. CAP. XXI.

AMOMVM similem habet uirtutem acori: propter quod siccius est: digestibilius autem, præsertim cum uiride est. B

De Anagallide. CAP. XXII.

ANAGALIDES, ambę æque purpureos flores habent, siue dactylicos. Purgatoria sunt uirtute, habentes in se aliquid subcalidum, et ad se trahentem uirtutem: ita ut surculos, et spinas infixas extrahant. Succus autem eorum de naribus purgat humores ex capite. Et omnino siccandi habent uirtutem sine mordicatione: unde & uulnera glutinant, & putridis subueniunt. Vulnera.

De Andragne. CAP. XXIII.

ANDRAGNES, uel Porcada, quam græci Andragonem appellant, frigida est nimis, & humida abundanter. Modicũ quiddam habet austerum: propter quod reprimit reumata, & maxime cholerica, & calida: & post modicum transmutat, & digerit, in sua qualitate minus infrigidans. Hac ergo causa febricitantes iuuat plus quam aliæ quæ infrigidare ualent materiæ. In stomacho posita, uel in præcordiis, & ad stuporem dentium propria est sanitas. Succus autem eius simile præstat, & non solum extrinsecus adpositus, sed & potatus infrigidat. Hæc autem si comedatur, perficit simul omnia: propter quod in se habet stipticam uirtutem. Dysentericis utilissimus est cibus, & fluxui sanguinis mulierum, uel hæmoptoicis satis utilis. Sic & ipsius herbæ succus.

C De Animone. CAP. XXIIII.

ANIMONIS omnis acri, proiectiua, & apertiua est uirtute. Vnde radix eius masticata, flegma per os educit. Et succus eius in naribus missus, similiter purgat. Et in oculis cicatrices extenuat. Et uulnera sordida, superimposita purgat. Lepras abstergit, menstrua prouocat apposita, & lac multiplicat.

Ad oculorũ cicatrices.

De Anito. CAP. XXV.

ANITOS multum calefacit & desiccat, propter quod merito secoctus in oleo diaphoreticus est, & digestibilis, ita ut crudũ & indigestum tumorem euacuet, & digerat. Vsta uero fortius calefacit, & desiccat: & ideo humidis uulneribus superspersa prodest, & maxime quæ in ueretro generata fuerint. Nam et in testiculis diuturna sanat, et cicatrisat bene humidiora. At minus calida est quanto plus uiridior fuerit, et digestibilis minus.

De Antemi. CAP. XXVI.

ANTEMIS, id est, Cannimula, quam Romani Leneolentiam uocant, calefacit et desiccat mediocriter. Est autem et extenuatoria, et idcirco diaphoretica, et calastica uirtute. Vnde oleum ex ea factũ,
D rarefacit corpus. Propter quod doloribus subuenit plus alijs herbis, et mitigat, et laxat tensuras, et mollit mediocriter dura. Et febres quasi lenis, absq; uiscerum inflammatione molestas soluit: et maxime si ex cholerico humore, aut ex spissitudine occlusi pori cutis fuerit generata. Est autem et hypocondrijs plus apta quam aliquid aliud. Exantima igitur a febribus facta in capite, Cannimula herba uiridis cocta in oleo, et exinde uncta, sanat. Si uero sicca, in aceto infusa, et trita, utilis est etiã in quibus non perfecte durata pausant: anaphoras consistentes in capite digerit, et alias non attrahit: propter quod nullo alio medicamine soluit. Et apozima eius ad epatis inflammationem potui data, multum iuuat.

De Aneso. CAP. XXVII.

ANESVS calefacit et desiccat nimis. Hæc utiq; et urinas mouet, et diaphoretica est, ita, ut uentositatem circa uentrem et stomachum natam, componat, et amputet.

De Aristolochia. CAP. XXVIII.

ARISTOLOCHIA longa, extrahit, et carnes nutrit. Et in fomentatione adhibita, ad matricem utilissima est. Vbi autem pingues humores sunt, et fortiter opus habet ut extenuentur, optime facit rotunda aristolochia. Et si ex constipatione pinguiũ humorũ, aut spissa, indigestaq; uentositate dolores fuerint generati, magis et plus rotunda sanat. Surculos infixos, aut spinas extrahit et putrida curat, et sordida ulcera purgat.

Matricem.

- Dentes, & gingiuas clarificat. Iuuat autem & asthmaticos, & sin= A
gultus tollit. Et epilepticos, ex acris humoribus, & epitagricos, uel a=
rteticos cum aqua potui data. Ad rigmata & spasmata quam alia me=
dicamenta utilior est, potata.

De Arnoglossa. CAP. XXIX.

ARNOGLOSSA, quam Romani Plantaginem uocant, suffi= cienter infrigidat & desiccat, stiptica est: propter quod & ulcera pessima & rigmata, & putrida iuuat. Propterea & dysentericos curat, & hæmorroidas reprimit, & quicquid exardescere potest, refrigerat & glutinat. Est autem & aliorum uulnerum recentium, simul & uiscerum sanabilis. Desiccat enim absq; aliqua mordicatione quæ nondum stupida sunt. Nam & semen, & radix simili sunt uirtute: propter quod sicciores sunt, & minus frigidæ: quamq; semẽ eius plus extenuat, radix uero reimpinguat amplius. Folia autem eius siccata, extenuatoria sunt, & minus frigidę uirtutis. Eius itaq; radicibus ad dentium dolores utuntur masticatis, aut decoctione earum gargarisata. Ad epatis aũt, & renũ infraxin, & radices, & folia, & adhuc magis plus & semen potui datur. Ad dentes.

De Aro. CAP. XXX.

ARON in Syria nascitur, & syro uocatur uocabulo. Proijciendi habet uirtutem, non tamen nimiam, sicut dragontea. Desiccat B autem abundantius, & calefacit. Radix autem eius extenuat pingues humores mediocriter, si edatur: ut ex thorace per ora expuant spissos humores, utilius.

De Arsenico. CAP. XXXI.

ARSENICON causticum est uirtute, ustum, uel non ustum. Vtuntur autem hoc in psilotris: & si diu super cutem fuerit, in ipsa cute aquificatur.

De Artemisia. CAP. XXXII.

ARTEMISIA calefacit, & desiccat nimis. Est aũt & extenuatoria mediocriter. Et hęc, si in renibus lapides generantur, iuuat mediocriter. Sic & in fomentationibus matricem. Renu lapides.

De Aspalatino. CAP. XXXIII.

ASPALATINON ex dissimilibus partibus est compositum, ex acredine, & stiptica uirtute. Acredine quidem, eo q calefacit austere: stiptica pro eo, quia infrigidat & desiccat utraq;: & propterea ad putrida, & reumata utilis est.

De Asparago. CAP. XXXIIII.

ASPARAGVS, id est, Marantinus, proiectoriam, uel purgatoriam habet uirtutem, neq; enim nimis calefacit, neq; infrigidat. Hæc ergo & epar, & renes constipatos adaperit, & proijcit inde hu=

C mores: et maxime radices eius, aut semen eius. Sic et dentium dolorem amputat: quia absque calefactione desiccat.

De Argimonia. CAP. XXXV.

ARGIMONIA, quam rustici Lappam inuersam appellant. Radix eius sicca, cum uino ut cataplasma imposita, et uiridis trita, et potata, antraces, et serpentium morsus, et carcinomata, et omnes passiones liberat.

De Astafisemero. CAP. XXXVI.

ASTAFISEMEROS, quam latini Vuam domesticam dicunt, digestibilis est mediocriter. Syluestris autē acris fortiter. Si quis apoflegmatizetur, proijcit fortiter: et scabiem iuuat. Participat autem aliqua uirtute caustica.

Ad scabiem, & flegma.

De Affodillo. CAP. XXXVII.

AFFODILLVS, quam Romani Hastulam uocant regiam. Radix eius uirtutis est quemadmodū aros, et dragontea, proiectoriam habens uirtutē. Vsta aūt, et cinis ex ea factus, calidior et siccior est, et liptomeristera, et diaphoretica est: propterea hac alopitias sanant.

De Artafaxi. CAP. XXXVIII.

D ARTAFAXIS, quam latini Atriplicem uocant, humida quidem est multum, frigida autem mediocriter. Stipticam in se autem nullā admixtam habet partem, sed est aquosa, similis maluæ. Est quidem humidior de hortis, multū autem frigidior syluestris: propter quod et inflamationibus in initio utilissima est. Instante uero declinatione, syluestris expeditior est. Semen autē eius proiectoriæ est uirtutis, et ictericis, qui ex parte infraxin patiuntur, utilissima est.

De Afronitro. CAP. XXXIX.

AFFRONITROS proiectoriam habet uirtutem, ut non solum educat, uerum etiam diaphoresin faciendo, humida quæ fuerint consumat.

De Absynthio. CAP. XL.

ABSYNTHIVM calidum quidem mediocriter: siccum aūt nimium. Succus uero eius multū ab ipsa herba est calidus. Proijcit aūt humores, et confortat: propterea et in uentre cholericos ad inferiora per uentris usum deducit: et magis qui in uenis est cholericus humor purgatur per urinas. Propter hoc ipsum, et flegma quod in uentre collectum sedatur, nihil iuuat. Stiptica igitur existens uirtute, amaritudines habet fortissimas, simul et acredines aliquas. Et plus calida est, quam frigida. Calida enim est primo, sicca autem secundo gradu. Succus autem herbæ ipsius multo calidior est.

De Abrotano. CAP. XLI.

ABrotanū. De herba hac, neque ꝓprietates eius scribere oportet, apud tātos et tales uiros dispositas, neque particularitatis officia. Illi

utiq; nihil inconſyderatũ dereliquerunt, ſed manifeſte ſcripſerũt. Et a no
bis ſunt inuentę uſq;quaq; de his in confectione librorũ medicaminum A
qualitates. Nunc igi͞t opere iſto de uniuſcuiuſq; uirtute, omniũ herbarũ
conſyderanone habita, nobis dicendum eſt. In uirtute Abrotanũ ter=
tio quidem gradu calidum, aut ſiccum ponitur. Contemplandum eſt id
in guſtu. quia amara eſt nimis. Succus autem eius gliodes eſt, & ſubcali=
dus. Extenuat autem abundantius, & calefacit, et deſiccat, non tamen for
titer. Cuius ſi tundis comã, & flores eius, & ſupſpargas ulceribus, mor
dicationem facit, & irritat. Quod ſi infundas in oleo, & fomentare uolue=
ris caput & uentrem, manifeſte calefacit. Et qui per peryodos compre=
henduntur rigoribus, ſi de hoc confricentur anteq; fiat acceſſio, minus
patiuntur rigoris. Sed & nec ipſam ſentiunt acceſſionem interdum. Et
quia lumbricos occidit, merito eſt amarum. Nam & ſi ſimul cum co=
cto melle cotonio cataplaſma ex eo flat, aut cum pane mixtũ ſit, inflam=
mationes oculorum ſanat. Et digerit flegmata cum ordei farina tritũ,
coctum & impoſitum. Vſtum uero abrotanum, calida et ſicca uirtute
eſt, et plusq; cucurbita ſicca et uſta, et radices aneti uſtæ. Hæc enim uulne
ribus humidis ſimul, et ſine inflammatione exiſtentibus iuuant. Abrota=
ni autem cinis mordicationem facit in omni uulnere: et propterea in capi B
te adhibitus, cum oleo ſubtili, aut cicino, aut ſicionio, uel ueteri, uel ſabi=
no, et hoc maxime iuuat. Et in capite pilos cadentes reſtituit, cum ſupra
dictis oleis: et melius hoc, ſi cum ſicionio oleo infuſus imponatur.

De Amaraco. CAP. XLII.

AMARACVS calefacit, non tamen fortiter: et ſiccat, non ta=
men ſatis. Nam calidus tertio gradu eſt, ſiccus ſecundo.

De Apio. CAP. XLIII.

APIVM, Folia eius, et extremę cymæ auſteræ ſunt. Fructus aut
em ipſius habet aliquam dulcedinẽ aquoſam: ex qua cauſſa tem=
perantiam oſtendit inæqualem. Habet etiam in ſe & terrenum ali=
quid, & frigidum: & propterea manducantibus apta eſt ſtomacho: & ſi=
ne ſiti eſt. Cataplaſma autem ex his impoſitum, deſiccat, & mediocriter
infrigidat. Vnde & ego glutinare ex eis uidi plagas, nullo alio medicami
ne ſuperpoſito. Acria autem, id eſt, inmatura plus ſtiptica ſunt quam ma
tura, & ſicciora: propterea plagas maiores glutinãt, & reuma reprimunt.

De Aſplenio. CAP. XLIIII.

ASPLENIVS liptomeris eſt quidẽ, non tamen calida uirtu=
te. Hæc ergo & lapides frangit, & ſplen ſoluit.

De Ambroſia. CAP. XLV.

AMBROSIA in cataplaſmatis uirtutem habet ſtipticam, &
repreſſoriam.

C

De Ampeloprafo. CAP. XLVI.

AMPELOPRASON inter porri & allij exiſtimant uirtutem. Eſt enim ſyluaticus porrus: unde & acrior eſt, ſed ſiccior: ſicut et alia omnia quæ ſyluatica, ſunt domeſticis acriora: & propterea cacoſtiſmata ſunt. Et pingues humores & glutinoſos compurat, & conſtipata adaperit uiſcera. Hæc etiam menſtrua, & urinam multam effundendo cauet: quando & frigido & pingui, & ſpiſſo humore conſtipatio fuerit facta. Quarto enim gradu eſt calida.

Ad urinam & menſtrua.

De Ampelonagria. CAP. XLVII.

AMPELONAGRIA, iactatoria eſt uirtute, echelas, ſpilos, & his ſimilia tollit, & in cutis ſummitate amputat.

De Balſamo. CAP. XLVIII.

BALSAMVM calidum eſt, & ſiccum in ſecundo ponitur gradu. Eſt autem & liptomerum, et aromatizat. Succus autem eius extenuandi habet uirtutem: ſecundũ quod in tantũ eſt calidius, inquantum poſſibile eſt ut ab ipſa ſubtilitate tangatur. Semen autem eius ſimiliter quidem ſecundum quod in ipſius eſt uirtute, minus eſt longe, ſecundum balſami ſubtilitatem.

De Balauſtia. CAP. XLIX.

D

BALAVSTIAE flores ſunt de malogranatis ſylueſtribus, ſeu domeſticis arboribus. Fortiter autem ſtiptica eſt, uirtute in guſtu deſiccatiua, & frigida. Caloris autem nullam habet qualitatem: & propterea infrigidandi, & ſiccandi habet difficultatem. Quod ſi ad ſcorticatura ulcera ſuperſpargas, cito ducit cicatricem: & propterea ſi ijs adhibeatur qui ſanguinem expuuunt, aut dyſenteriam patiuntur, aut per uentrẽ reuma, aut matricis profluuium patiuntur, iuuantur puluere. ieiunis potui dato.

De Bato. CAP. L.

BATVS, latine Rubus dicitur. Folia eius, aut cymæ maſticatæ, apta ſunt, et omnia oris ulcera ſanant. Sed et uulnera facta glutinant. Fructus autem, quem mora uocant, ſi fuerit maturus, habet in ſe caloris medietatem. Quod ſi adhuc cruda fuerint, ſubfrigida ſunt et eandem ſubſtantiam poſſident, ideoq; & minus deſiccantia ſunt. Quod ſi inmatura colligantur, & ſiccentur, & puluis ex eis reponatur, ſimiliter & flos eius ſiccus repoſitus, ubi opus fuerit ad dyſentericos, & ad reuma uentris, uel ad defectionem ipſius datur. Ad eos qui ſanguinem expuunt: puluis ex ijs potui datus, fortiter iuuat. Radix autem rubi non ſolum ſtiptica eſt, adhuc inſuper & extenuandi humores habet uirtutem: propter quod in renibus lapides creatos comminuit.

Dyſenteriam

Lapidem.

A

De Bdellio. CAP. LI.

BDELLIVM scyticum. Bdellium malacticum, minus est ope
ratiuę uirtutis. Alterum autem quod est arabicū, lucidius est, &
magis desiccat quam malaxet. Quantum est ergo adhuc nouellum, mol
lit facilius, & utilius est quam scyticum. inquantum enim uetustius est, a=
marius satis in gustu, et acre, & siccum est. Vtuntur autem quidam, et ma
xime Arabici ad branchocælicos, id est, gutturosos, et hydrocęlicos, cum
iciuni hominis sputo malaxatur, aut in emplastri modum fit impositum.
Sed indigestam uentositatem currenti homini generat. Sanat et dolo=
res laterum, et rigmata. In renibus lapides frangit, & urinam prouocat
poratum. Ad renum lapides.

De Blito. CAP. LII.

BLITVS manducabilis est: et olera eius humida sunt, & frigi=
dæ temperantiæ. In secundo enim sunt posita gradu.

De Bulbo. CAP. LIII.

BVLBVS, id est, Lappa Iouis. Bulbus inflat, & luxuriam exci=
tat, & siccus uirtute est.

De Butyro. CAP. LIIII.

B

BVTYRVM digestibilis est uirtutis, habens in se modice dia=
phoreticam uirtutem. Et parotidas, & inguina, sed & oris in=
flamationes, uel omniū locorum sępius ipsum solum sanabit, puerilis æ=
tatis frequentius, & mulierum, sed et de nascentibus infantes unctos.
Nihilominus extenuat gingiuas. Et si inglutiatur recens, iuuat ni=
mis de pulmone sputantes, ut facilius egerant et proijciant. Et inflam=
mationes pulmonis iuuat. Pulmonem

De Buphthalmo. CAP. LV.

BVPHTHALMVS herba acris est, & propterea diaphore=
tica est, quod duric.as sanet admixto ceroto.

De Brateo. CAP. LVI.

BRATEVS, id est, herba Sauina, calefacit & desiccat nimis, et
diaphoretica est. Vnde liptomeris, & mulierum menstrua plus=
quam aliæ species educit: & per urinam sanguinem extrahit superfluum:
et uiuum in utero corrumpit fœtum pota, & mortuum extrahit. Aliqui
etiam pro ciñamomo duplum eam in confectionibus mittunt.

De Bromo. CAP. LVII.

BROMVS Auena dicit̃. est enim inter legumina Bromus, quæ
inter medicamēta similes hordei habet uirtutes, si ex eo cataplas=
ma fiat. desiccat enim & digerit mediocriter, & sine mordicationibus. Est
autem & frigidior, non satis stipticus. Iuuat diarrias uentris.

C

De Calamente. CAP. LVIII.

Calamentis, id est, Mentastrum, extenuatoria est, substantia cal. et sic. temperantia tertio posita est gradu, secd'm utrasq; qualitates. Manifesta est autem eius cognitio per gustum apparens, & experimentis agnita. Gustu igitur acris est, & calida, & modice subamara. In calefactione quidem extrinsecus corpori adducta, uel imposita, nimis calefacit et mordicat, et ruborem inducit cuti: et nouissime ulcera facit per se ipsam, sicca, trita. Et in mulsa data, calida est manifeste, & sudores mouet per omne corpus. Propterea ergo ea aliqui utuntur ad periodicas febres in rigoribus positi, coquentes cum oleo, & totum corpus perungentes cum fricatione forti. Intrinsecus autem, ut dictum est, potui datur. Sed & scia laborantibus, cataplasma ex ea imponētibus fortissimū adiutorium est. etenim extrahit de profundo humores foras in cute, & calefacit atticulum omnem, et superurit pellem. Sed & menstrua educit potata: & apposita, nimium hæc adperitiua est. Optima aūt est elephantiosis. Hęc ergo herba non solum quia digerit humorem, et extenuat fortiter pingues humores, & projcit qui ipsam generant passionem, sed etiam cicatrices magnas, claras, & suo colori reddit, & hypopia digerit. Magnifica autē est in his passionibus, cocta in uino, & cataplasmata: & magis uiridis quam sicca. Fortius enim desiccatiua est, & incendit ipsa loca. Ascarides autem, & lumbricos succus eius per clisterem iniectus, & potui datus, occidit, & projcit. Hæc herba ad serpentium morsus, uel uenenum prodest, accæpta sit ut cauterium, & quæcunq; acria sunt, & calida medicamenta, facile de profundo imposita ad se ipsam omnia extrahens. Iuuat autem et asthmaticos, et ictericos. projcit enim & purgat epatis infraxin. Est autem in his plus omnibus operatiua, quæ in montibus fuerit collecta.

Ad sciaticos

D

De Calamo fragmito. CAP. LIX.

Calami fragmiti radix projcientem participat uirtutem, & non modice minoris est acredinis. Folia autem eius uiridia mediocriter infrigidando participant. Et hæc stiptica sunt uirtute. Cortex autem eius ustus, lipromeris est nimis, & diaphoresin facit. Virtutem item habet proiectoriam, sic & desiccatiuam, & nimium est calefaciens.

De Canabe. CAP. LX.

Canabis semen sine inflammatione est: & desiccatiuum in tantum est, ut si satis manducetur, deficcet generandi facultatem, & ita, ut nec semen remaneat.

De Capneo. CAP. LXI.

Capneus acres simul & amaras participat qualitates, non amittens autem omnino stipticam qualitatem. Pro quare urinam cholericā producit multā, & epatis infraxin, & atonias sanat.

Malaxat autem & uentrem, ſicca, trita, & in mulſo data.

A

De Cappare. CAP. LXII.

CAPPARIS radicis cortex proijcere poteſt, purgare, & extenuare, digerere acredine ſua: ſimul autem conducere quæ ſtricta ſunt, & inflata relaxare: & propterea ſplenis ſcirroſin plus alijs ſpeciebus poterit extenuare medicaminum. Iuuat autem, ſi extrinſecus imponatur cataplaſma, competentibus mixta rebus. Intrinſecus autem, cocta in aceto, aut in oxymelle, ſiccata, trita, & admixta. Euacuant enim ambo uiſcoſos, aut pingues humores, ſi accipiantur, non ſolum per uentrem, ſed & per urinam. Sæpius autem & qui ſanguinolentum per uentrem deponunt, & qui ſplenẽ dolẽt, iuuat etiã ſi bibatur acceptus, & qui ſciaticũ patitur dolorẽ. Sed & catamenia, id eſt, menſtrua mouet: & apoflegmatizat. Aſperſus autem puluis, malicioſis ulceribus optimum medicamen eſt. Dolores dentium iuuat interdum quidem cum aceto coctus, interdum cum cimino. Habet autem in ſe primo amaritudinis qualitatem: ſecundo autem acredinem: deinde eſt & ſtiptica. Et rigmata, & ſpaſmos ſanat. Sæpius autem ipſe ſolus maſticando dolorem dentium amputauit. Alſos aũt cum aceto digerit, & cheradas, & duros humores digerit: utilibus ad hęc medicamentis admixtis, nihil eſt de eo mirandum. Si in aure uermes fiant: ſucci ipſius amaritudo in aure occidit ipſos. Addentes.

De Cardamo. CAP. LXIII.

CARDAMI ſemen cauſticã participat uirtutem, quemadmodum & ſinapi: & propterea ſciaticis, & cephalicis, & ubicunque eſt rubor oportet imponere. calefacit enim ut ſinapi. Quando adponendum eſt, cum pane poni oportet. B

De Cardamomo. CAP. LXIIII.

CARDAMOMVS calidus ſatis uirtute eſt, & incendit ſuperpoſitus ſicut ſol. Habet autem aliquantum & amaritudinis: & ideo datus, lumbricos occidit, & ſcabies fortes. Cincrem tere cum aceto, purgat & ſanat.

De Caſſia. CAP. LXV.

CASSIA calefacit uehementer, eſt aũt & liptomeris abundanter, & acris eſt, & modice aliquid ſtipticitatis habet. Extenuat enim et digerit in corpore ſuperfluitates, et uirtutem imponit uiſceribus. Vtiliſſimum autem ad eas, quibus menſtrua proueniunt ex plenitudine: & pinguiſſimam ſuperfluitatem prohibet. Menſtrua.

De Carijs. CAP. LXVI.

CARIAE, id eſt, Nuces, habent aliquã in folijs ſtipticam uirtutem, ac in corticibus nucum uiridium. Exprimitur enim & ſuccorum ſimilis ut ſuccus de moris, aut de moris rubi. Coctum cum

C mclle, ad os optimum medicamen est. Cortex autem ipse nucis siccus & ustus, liptomeris fit & siccatiuus, & sine mordicatione medicamentum. Nuces autem, quas græci liptocarion uocant, nos auellanas appellamus, frigidiores, & austeriores sunt: aliæ aūt similes sunt maioribus nucibus.

De Castoreo. CAP. LXVII.

CASTOREVM calidum est & siccum, & nimium liptomeris status. Et his qui ex plenitudine spasmos patiuntur, aut tremorem incurrunt membrorum, utilissimum est. Quibus autem de inanitione fiunt spasmi, contrarium est. Iam autem eis qui ex plenitudine spasmos patiuntur, & intrinsecus potui datum in mulsa cocleari uno, & extrinsecus cum oleo sicionio, aut uetere oleo, & impositum, & illitum, prodest. Qui autem amplius calefactione opus habent, confrictione perunctii iuuantur. Iuuat etiam si super carbones impositum suffumigetur cum tractorio, ita ut ad se trahat fumum per os, pulmonibus prodest. Et cerebri infusionem, & frigidam ibidem passionem incurrentibus, & maxime lithargicam, et cataphoricas omnes passiones, cum febribus si fit, melius: si non, cum supradictis oleis adhibeatur, sed cum roseo magis inliniatur: uel imponatur capiti & collo cum lanis.

Ad pulmonē

D

De Cedro. CAP. LXVIII.

CEDRVS calefacit & desiccat ualde. Ex ea uero oleum ualde liptomere est. Molles igitur carnes habentibus paratū est morē gerere: dura autē corpora, in multo tempore, & maxime mortua corpora desiccat, & non permittit putrescere. Non est enim mirandum, cp pedunculos, & lendines, & ascaridas, & in auribus uermes occidere solet.

Pecus de utero mortuum extrahit, & uiuum occidit, & educit. Illitus uero ueretro, sterilem facit mulierem, hoc utentem. In cauis etiam dentibus si mittatur, dolorem tollit, & dentem minutat.

De Centaurea maiore. CAP. LXIX.

CENTAVREAE maioris radices acres sunt: et calida et stiptica cum terrea austeritate est. Quod enim acris est, menstrua mouet, et pecus mortuū extrahit, et uiuum corrumpit et educit. Quod autem stiptica est, plagas glutinat, et sanguinem expuentes iuuat. Dandum est autem eius pensum febrientibus cum aqua: sine febribus cum uino. Iuuat autem et rigmata, et spasmata, et suspiriosos, et ueteres, uel antiquas tusses.

De Centaurea minore. CAP. LXX.

CENTAVREA minor fortiter desiccat sine mordicatione, et grandes plagas glutinat. Cataplasma impositū, recentia si sint, et quæ antiqua sunt, et difficile cicatrizantur ulcera secat, et ad cicatricem ducit. Aqua uero qua centaurea minor decocta fuerit, si iniiciatur sciaticis, educit cholericos et pingues humores. Et quando uehementi

qiſtere utuntur, etiam ſi ſanguinolentum deponant humorem, magis iu=
uantur. Succus aũt ex ea ſimilem habet uirtutem, & quæcunq; prædi= A
cta ſunt, operatur: & menſtrua appoſitus educit, & pecus extrahit.

DE CVRSVMFACITIS.
CAP. LXXI.

CVRSVMFACITIS, id eſt, Galla aſiana, ſtiptica eſt ni=
mium, inter medicaminum ſubſtantias, terrenum in ſe frigdo=
rem quam plurimũ habens. Vtimur autem ea ubi nimis infrigidare ne=
ceſſe eſt. Altera autem galla Xantis, & Cauni. Deſiccat autem galla ſan=
guinem & hæc, ſed minus ab illa. Vſta autem, fluentem habent repri=
mendi uirtutem. Oportet autem ſuper carbones poſitas, incendere, &
uſtas cum aceti, aut uini extinguere ſubſtantia.

De Cera. CAP. LXXII.

CERA MEDIA eſt inter calida et frigida, humida et ſicca.
Vnde et materia eſt aliorum medicaminũ. Sic autem ex ea ipſa
conſtringitur, uel colligitur epithima.

De Ciſſo. CAP. LXXIII.

CISSOS; id eſt, Hedera, ex contrarijs compoſita uirtutibus, et
ſtiptica, et frigida, et acris et calida eſt. Aquoſam autem ſubſtan
tiam participat tepidam. Folia igitur uiridia cocta cum uino, impoſita B
plagis, magna uulnera glutinant, et malicioſa uulnera ſanãt. Cicatrizat Ad uulnera.
autem de igne ulcera facta. In aceto autem folia eius cocta, ſplenericos
iuuant. Flores uero ipſius fortes ſunt: ſed cum ceroto triti, ac igne uſti,
impoſiti, ſanant. Succus autem eius ſi in aures miſſus fuerit, diuturna
reumata ſanat, et ulcera antiqua in auribus, et in naribus, quia acrior eſt,
cum oleo roſ. mixtus, et adhibitus, curat. Lachrymæ autem eius pe=
diculos occidunt, et capillos nutriunt.

De Coloquintida. CAP. LXXIIII.

COLOQVINTIDÆ, id eſt, Cucurbitę, humectant, et in=
frigidant nimium. Vnde raſuræ ipſarum, aurium dolorem
qui de calidis inflammationibus fiunt, mirifice amputant. Cum oleo
roſ. inſtillatæ, et hoc modo in omni inflammatione calida infrigidãt, et
curant.

De Comi. CAP. LXXV.

COMI, id eſt, Gummi, deſiccatiuum eſt, et in cauſtica uirtute et
aſpera ſanantiuum, cauſtica eſt et calida, et liptomeris ſubſtan=
tia, et ſine dolore incidit, calefacit, et ſiccat. Cocta igitur in oleo, a peryo
dicis rigoribus humida liberat perunctos. Flos autem eius cum folijs
cum uino tritus & potatus, menſtrua purgat.

De Coliandro. CAP. LXXVI.

COLIANDRVM, quod et Corion, contrarijs uirtutibus in ſe eſt

C compositum: multum quidem habens amaram substantiam, aut aliquã liptomerian. Alijs autem non modice est aquosa, humida, tepida, secunda uirtute. Habet enim et aliquid stipticæ uirtutis modice, ex quibus etiam iuuat uarie.

De Copro. CAP. LXXVII.

Stercus caprinum. COPRI, id est, stercora. Stercus caprinum acre, et diaphoreticæ est uirtutis. Chironijs igitur tumoribus expediens est: nõ tantum in spleneticis solis, sed et in alijs membris. Ego ergo in genibus habentes tumores diuturnos hoc usus sum, cum pusca factum cataplasma, cum farina hordei superponere iussi, et sanatus est homo. Et in alijs locis hoc modo iuuare potest. Acrius autem est, ita, ut in mulieribus ex hoc, et pueris non adhibeatur curatio, nec eis qui mollibus sunt carnibus. Si autem ustum fuerit, et tundis, tetrum quidem, et non iam acre manifeste fit: propter quod ad alopitias bene facit, et ad omnia quæcunque proijcienda sunt medicaminibus, lepras, et impetigines, et scabi-
Bouinum. es, et ijs similia. Boum stercus desiccatiuæ uirtutis est. Habet autem abstractoriam partem manifeste. Iuuat autem ad apum, grafonum, et uesparum ictus. Hydropicum autem si quis illinit cum eo, et in sole facit
Columbinũ. eum iacere, multum desiccatur. Columbarum autem stercore ad cale-
D faciendum aliquod membrum, frequenter in multis usi fumus, cum cardami semine, pro sinapi, ad ardorem corporibus faciendum. Pullino
Pullinum. autem stercore utuntur aliqui ad eos, qui fungos malos comederunt, et suffocantur, potum dantes: liberauerunt et uomentes hos qui acceperunt flegmata spissa, et mox pausauerunt. Oportet autem tritum superspargere cyathis tribus, aut quatuor in pusca, aut oxymelle. Est autem a columbino stercore minus calidum. Crocodyli autem stercus effalas, et alfos, et impetigines curat.

De Costo. CAP. LXXVIII.

COSTVM MORDICAM quidem habet amaritudinẽ, amplius autem acredinem, et calidam participat qualitatem, ut etiam trahat. Vnde extrinsecus cum oleo tritum, fricat corpus omne, ante accessionem in peryodicis rigoribus. Hoc autem et paraliticis, et sciaticis, in quibus aut calefieri aliquod membrum opus est, aut de profundo in cutem trahere aliquem humorem, expetit. Est autem et diureticum, et menstrua educit, et ad rigmata et spasmata, et dolores laterum iuuat: et lumbricos occidit. Ad epilepsiam utuntur, cum aqua trito, aut cum mulsa. Facit etiam ad inflammationes humidas: pro qua re et luxuriam excitat, cum uino et melle potatum.

De Cotilidone. CAP. LXXIX.

COTILIDON mixta est uirtute, humida et frigida, et aliquam non claram stipticam habet uirtutem, et modicã amaritudinem.

Vnde infrigidat, & reprimit, proijcit, & digerit inflammationes. Ergo A
herisypelatodes, et herisypelata, et flegmonodas curat: et in stomacho cau
son habentibus utilissimum est cataplasma.

De Carambria. CAP. LXXX.

CARAMBRIA, id est, Brassica, desiccatiua est uirtute. Non
quidem in ea manifesta est acredo. Nam & plagas glutinat, &
maliciosa uulnera sanat: & inflammationes iam induratas, & quę diffici-
le soluuntur, herisypelas induratas simul, & herpetas sanat. Habet aut
em aliquam in se proijcientem uirtutem, per quam & lepras curat. Se-
men autem eius potatum, & lumbricos curat: & effalas, & lentigines iu-
uat. Caules autem eius usti pro quantitate desiccant: sic & cineres: ut
etiam aliquid causticę in se habeat uirturis. Mixtus cinis brassicæ, cum
adipis ueteris porcini quarta parte, aut laterum percussura, aut ex alijs
caussis dolentes diaphoreticos, fortes efficit.

De Creti. CAP. LXXXI.

CRETI, id est Hordeũ, desiccat, & infrigidat mediocriter. Ha-
bet autem aliquid quod proijcere possit modicum. Alsica autem
multum ab hordeo, plus desiccatiua est.

De Crino. CAP. LXXXII.

CRINOS, id est, Lilij flos. Liptomeris est, oleũ uero ex eo dia- B
phoreticum sine mordicatione, & malactica est uirtute: & utilissi-
mum est ad duriciam matricis. Radix autem eius, & folia per se ipsa tri-
ta desiccant, & proijciunt, & digerunt mediocriter: hæc ergo usturas sa-
nat. Radix ergo eius sub prunis cocta, & trita, simul cum oleo roseo
superposita, prodest usturis, donec cicatrizet. Est eñ & illud medicamen
omnibus uulneribus, & ad cicatricem ducendã optimum. Sed & uen- Ad uentrem laxandum, & menstrua.
trem malaxat, & menstrua prouocat. Et folia ergo lilij ante cocta cum a-
qua, & trita si fuerint, superposita ad hæc ualent usq; adeo donec cicatri-
cet ulcus: & non menstruis solum, sed etiam ulceribus. Si autẽ aliquis
de folijs eius factum succum coquat cum aceto et melle, ita ut
quinq; partes sint succi, utraq; mittens: probatũ habebit
medicamen in omnibus, quæ nimium desiccare
fuerit opus sine mordicatione: quemadmo-
dum et quęcunq; sunt plagę maiores,
& maxime, in capite factę, uel in
musculis, & quæcunq; sunt infusa, & diuturna, et
uix ad cicatricem ulcera uenientia.

De Croco. CAP. LXXXIII.

CROCVS calefacit quidem nimis, desiccat autem mediocriter:
& propterea ad digerendum habetur aliquis consensus in hoc:
modicum in se habet stipticum.

C

De Chromeo. CAP. LXXXIIII.

Ad hæmorrhoidas.

CHROMEON, id est, Cepa, nimium est calida. liptomeris aut em est substantia. Vnde & hæmorrhoidas adaperit apposita: & cum aceto illita in sole, alfos purgat. Et contrita, alopitias cito cum alcionio purgat capillorum.

De Ciamo. CAP. LXXXV.

CIAMVS, id est, Faba, mediæ proximata est temperantię: participat aliqua in parte proiectoriam uirtutem, & stipticam: & extrinsecus superposita, sine molestia desiccat. Stodagricis igitur cum aqua cocta, & sic admixta adipi recenti anserino, aut porcino, illinis ulcera cum oxymelle, farina fabæ cocta, & superponis cataplasma. Sin aūt ex percusso iam inflammatio est facta, cum alfua facis cataplasma. Et istud ad testiculos & mammillas optimum est. Amant enim hæc loca ipsa mediocriter infrigidari quæ sunt inflammata: & maxime quando de lacte mammillæ coagulato fuerint inflammatæ. Etenim lac extinguitur ex hoc cataplasmate. Quemadmodum & puer ephœbus cataplasmatur farina fabæ, donec sanus permaneat.

De Cimino. CAP. LXXXVI.

CIMINI semen calidissimum est uirtute: sed inflammationem tollit, ac urinas mouet.

D

De Cypresso. CAP. LXXXVII.

CYPRESSI folia, & cymæ & pilæ ipsius teneræ & molles, grandis plagæ in duris corporibus sunt glutinatorię: ex quo manifestum est, desiccatiuam eorum esse uirtutem. Nihil aperit in se, ut acredinem habeat: plurimam autem habet amaritudinem, & amplius adhuc stipticam, & ad hæc est amara: propterea de profundo humectationem infusionis in putredines uulnerū, absq; molestia simul et cautela depascitur, & alios non permittit accedere humores, sed intro halitus iuuat, desiccando & confortando loca, quæ per humectationem laxant corpus, ut ipsa stiptica uirtus in profundum penetret, admixto calore.

De Cypero. CAP. LXXXVIII.

Vlcera.

CYPERVM. Cyperi utiliores maxime sunt eius radices. calefaciunt enim, et desiccant sine mordicatiōe. Vnde infusum, multū, ulcera quæ difficile cicatrizantur mirabiliter iuuat. habet enim aliquid stipticum: & propter hoc quę in ore ulcera fiunt, utilissimum est ad detergendum. Aliquam uirtutem habet, per quam & lapides in renibus habentes iuuat: & urinam, ac menstrua mouet.

De Ciclamine. CAP. LXXXIX.

CIclamen, Terræ malum, Ciclaminus proijcit, & incidendo extenuat, et diaphoresin facit, et adaperit, et extrahit. Succus aūt eius hæmorrhoidas aperit, et relaxata prouocat uiolenter: & ad difficultatem

uentris, eius succus introducit. Idem in flocco lanę susceptus, et ano impositus, stercora deducit. Vehemens autem est eius uirtus, ita ut si ex ipso succo subuentralis totus fuerit illitus, uentrem relaxet, & educat. A
Et pecus mulierum in utero corrumpit in pesso adpositus. Radicis autem eius succus est imbecillior. Vehemens autem et ipsa est. Menstrua enim mouet, potata, & adposita, et ictericos potata iuuat. Non solum uim habet purgandi uiscera intrinsecus per sudorem, sed & de toto corpore choleram purgat. Oportet autē esse in potione pensum ÷ iη. cum sapa, aut mulsa. Proijcit autē, et purgat optime philidas, & alopitias, & omnia exantimata curat. Iuuat autē & eos qui duriciam splenis habent, potata, & cataplasma de uiridi, aut sicca superpositum. Ad splen.

De Cytiso. CAP. XC.

CYTISI FOLIA diaphoretica sunt uirtute, admixto magno tepore.

De Conocarpo. CAP. XCI.

CONOCARPVM. Cono n, pinum appellant: Carpos autem, nucleos, seu fructus. Nuclei pini ergo uirides, habent aliquā cum humectatione amaritudinem, & acredinem: & propterea qui empyci sunt, eos opus habent accipere: & maxime qui in thorace & pulmone habent uulnera, ut facilius per ora reddendo spuant, utilissimum est.

De Dauco. CAP. XCII.

DAVCVS, qui & Istafilinus, quod latine Pastinacę semen uocant, calida est uirtute, & liptomeris, id est, extenuatoria. Radix autem eius inflat, & uenereos actus excitat. Semen autem eius, & pastinacę domesticę habet aliquam partem ad commouendam libidinem. Syluaticę autem pastinacæ semen omnino absq; inflammatione est: & propterea diureticum est, & menstrua educit. B

De Daphni. CAP. XCIII.

DAPHNE, id est, Laurus arbor, cuius folia & baccę desiccant, & calefaciunt nimis: & magis baccæ ipsius. Succus autem de eius radicibus minus est acris, sed magis amarus, & aliquam partem stipticam habet in se: propter quod lapides minuit, & epar iuuat. Siccatus quidem bibitur cum uini obolis. iij. Lapidem.

De Dermata. CAP. XCIIII.

DERMATA, id est, Palea corij ueteris dicitur. Catimata autem, uocant calciariū. Vetera igitur calciamēta usta, ulcera post inflammationes etiam mitigata sanant: uel etiam ea quæ sine inflammatione sunt. desiccatiuus enim est eius cinis: & merito ab igne usto, ulcera etiam ea, quæ uocantur paratrigmata, id est, coxas, de itinere scilicet scorturas & fissuras factas, sanat.

C De Defrige. CAP. XCV.

DEFRIGIS. Mixta est qualitas eius, stiptica, & aeri uirtute; propter quod ad maliciosa, si defrigis confricetur, uulnera, optimi est medicamenti actio. Et non est unius generis defrigis, sed mixta, & ex quatuor metallicis speciebus fit. Conficitur autem hoc modo. Calcartum, calcitricum, calcuce, caumenu, et misium, si equali pondere pensata, & sigillatim trita cum aceto siccauerint: commisces simul pulueres in uno mortario totas. iiij. species, & teris cum uino, donec glutinose sint pinguedine mellis, quã græci gliodes adpellant: & colligis de mortario, & in ollam nouam mittis, et cooperculum superponis, & de creta molli circumlinis, & in furnum aredentem mittis, & assas, donec intra ollam carbones fiant. Tollis de furno, & iterum cum uino teris, & facis mandalea. Et iterum secunda uice ut supra in ollam missa, uris in furno: & sic postea trito puluere uteris.

De Dictamno. CAP. XCVI.

DICTAMNVS est liptomeris. Substantia uero eius secundũ pulegium est, & per omnia similis ei. Qui autẽ uocatur pseudodictamnus, imbecillior est in omnibus.

D De Dragontea. CAP. XCVII.

DRagontea acrior est Aro, et amarior, & calidior, & liptomeristera. Habet autem in se et stipticam aliquam qualitatem paruam, cum acredine & amaritudine. Plus enim operatiua est radix eius ad purgandum. Extenuat enim pingues & glutinosos, uel uiscosos humores: & ad maliciosa uulnera optimum est medicamen. Purgat, & mundat fortiter uulnera quæ purgari opus habent. Sed & alfos, cum aceto trita et illita tollit. Folia autem eius uulneribus et plagis habent decenter exerceri.

Ad uulnera.

De Dryo. CAP. XCVIII.

DRYOS, Robur. Dryus roboris arbor, totam in se stipticam habet uirtutem: sed amplius interior cortex ipsius, quæ pars glandem tegit subtilior. Hęc ergo ad fluxum sanguinis mulierum, et ad eos qui sanguinem expuunt, et ad dysentericos, et ad reuma uentris diuturnum utilis est. Et probatur fortior esse et stipticior succus et primus esse roboris. Igitur si ut cataplasma folia imponanẽ circa locum, in omnibus incisuris plagas recentes glutinant.

De Euisco. CAP. XCIX.

EVISCVS est quam græci Althæam appellantt. Est enim Malua syluatica, diaphoretica, calastica, ad flegmones mitigatiua, & digestoria ad omnia fimata indigesta. Radix autem eius, & semen simul omnia iuuant. Sunt enim & lip tomera, et desiccatiuam possident uirtutem

ut & alios tollant. Semen autem eius in renibus lapides rumpit, & proijcit. Radices uero eius si decoquantur in aqua, & potui dentur, ad dysentericos, & dyarriam patientes, & ad sanguinem reijcientes datæ, multum iuuant: habentes in sequandam stipticam uirtutem. Cicatrisant aūt chironia ulcera, cum melle tritæ his qui mollibus sunt carnibus, id est, pueris, mulieribus, & eunuchis. A

De Elea. CAP. C.

ELEAS, id est, Olea arbor. tales sunt uero teneræ oliuæ. Cymæ tantum participant frigore, quantum et stipticæ sunt. Fructus aūt eius maturus calidus est mediocriter: crudus aūt, stipticior & frigidior est.

De Eleo. CAP. CI.

ELEON, id est, oleum ex oliuis factum, humectat mediocriter: calefacit quod ex maturis fit oliuis, & dulce dicit̄ oleum. Quod aūt de semicrudis oliuis fit oleum, quod græci Omoteribos uocant, hoc condensat cutem: & quantum stipticum est, intantum & frigidum est. Vetus autem oleum, quod ex dulci inueterauerit, calidius est, & diaphoreticoteron. Quod autem de omoteribos oleum fuerit inueteratum, admittit perfectius stipticam uirtutem, & simile fit illi. Hoc ipsum tenue est, q̄d bonum, pellucidum est, quod penetrat amplius cutem.

De Elleboro. CAP. CII.

ELLEBORVS uterq; proiectorias simul & calidas habet uirtutes: propter quod & alfos, & scabies, & lepras, & impetigines sanat: callositatem in duas, aut tres partes fissus, & impositus aufert. Et ad dentium dolores facit, cum aceto coctus singulus: exinde in parte ipsa in ore tentus aufert dolorem, calefaciendo, & desiccando. B

Ad dentes.

De Elxine. CAP. CIII.

ELXINE, id est, Artraginis, Alij Perdiciadon, Romani uero Paritariam, alij Vitraginum uocant: uirtute est proiectoria, cum humectatione subfrigida. Propterea sanat omnes inflammationes in initio, & in augmento imposita, usq; ad statum, & maxime qm̄ calidæ sunt, ut cataplasma impositum. Succus autem cum oleo roseo mixtus, ad aurium dolores, qui cum inflāmatione sunt, facit mediocriter.

De Elino. CAP. CIIII.

ELINVS, seu Meline, desiccatiua uirtute est. Reprimit igitur reumata uentris. Quod si extrinsecus ut cataplasma imponatur, desiccat & infrigidat.

De Erebintho. CAP. CV.

EREBINTHVS dicitur Cicer. Hoc lactis & sementis generat multum. Producit autē & menstrua. Est autem & genus quod dicitur græce Cru, hoc est, latine Cicer arietinum: hoc ab omni cicere diureticum est. Cuius decoctio ex aqua, lapides rumpit in renibus,

C &maxime qui nigri. Aliud uero genus ciceris, quod uocatur Orobus, uirtute stipticum est, calidum est enim, & mediocriter humidum. Participant aliquantum et amaritudinem: propter quod et splen, & epar, et renes purgant, & scabies & impetigines sanant, & parotidas, & testiculos de his induratos: diaphoresin, & mala uulnera sanant cum melle imposita.

De Erpelione. CAP. CVI.

ERPELION, quod Romani Cicer erraticum uocant, calida in tantum est, ut menstrua & urinas moueat.

De Eria. CAP. CVII.

ERIA. Græci eam uocant Lanam. Lana igitur cum fucco suo, id est, cum lana fuccida imposita, rupta et contrita loca iuuat in embrocis adhibita. Lauata autem, & usta lana munda, uirtutem habet acrem & calidam: simul extenuatoria est, ita, ut infusas carnes in uulneribus desiccet uelociter. Vstulatur autem quemadmodum & alia plurima in olla rudi impleta, cooperculo supposito, foramina plurima habente: itaque utunt.

De Eupatorio. CAP. CVIII.

EVPATORIVM herba extenuatoria, uel amputatoria est, uirtute proiectoria, absque calore manifesto. Vnde infraxin epatis,
D id est, constipationem in eo factam purgat. Participat autem & stipticam paruam partem, per quam corroborat uiscera, & maxime epar.

De Euforbio. CAP. CIX.

EVFORBIVM causticum est, & liptomere uirtute.

De Echnide. CAP. CX.

ECHNIS, de serpentibus dicitur. Carnes ergo Echnidis, id est, serpentum condiuntur, sicut anguillæ, oleo & sale, & aneto, & porro, & aqua mediocriter. Quæ commixta si comedantur, omne purgant corpus: siccant ita, ut elephantiasos sanent. Et quia aliqui ex manducantibus accenduntur siti nimia: ideo tales serpentes fugere oportet eos, qui secos marinma loca ex salsamentis nutriuntur. quia salsas habent carnes, et uocantur Dipsaci. Est ergo caro serpentium desiccatiua nimium, & diaphoretica uirtute, cum calefactione mediocri. Propterea euacuat de corporibus superfluos humores corruptos, et de ipsa cute aufert, & proijcit quemadmodum quasdam squamulas, quib. melancholici & spissi humores sunt generati, ex quibus scabies, & lepræ, elephantiçque efficiuntur.

Caro serpentum.

De Faco. CAP. CXI.

FACVS, id est, Lenticula, stiptica quidem non fortiter, sicca autem & calida, & humida in medio consistit, sicca autem nimis. Vnde ipsorum qui sicci sunt natura constringit uentrem: aqua uero in qua cocta est, prouocat uentrem. Facus autem, uel Lenticula quæ in stagno super aquam est, humida est nimis, & frigida temperantia.

De Finico. CAP. CXII.

FINICOS, Dactylos dicunt. Dactyli ergo dulces, non modi= A
cum participant calore. Non solũ enim extrinsecus impositi cor=
roborant & desiccant, uerum etiam et conducunt, & obdurant, & con=
densant, quæ ijs opus habent.

De Ficu. CAP. CXIII.

FICVS humida adhuc & uiridis, leuata de mari, satis infrigidat
& desiccat, habet etenim aliquam stipticam mediocritatem.

De Gala. CAP. CXIIII.

GALAM græci Lac dicunt. Est autem acida multum, et contra
acres & mordicantes reumatismos aptissima, et ad nutriendum
magnifica: & maxime quando continetur in ea calida uirtus, id est, mox
ut mulgetur, de præsenti accipiatur. Et magis mulierum lac quæ fuerit
mediæ ætatis, et bene, uel bonis cibis nutrita. Post hæc scrofinum, aut ca
prinum, aut equinum, aut uaccinum, aut asininum. Omne lac ad ocu=
lorum reumata acre expedit, et ad hyposagmata, et ad hypopia. Ete=
nim si extrinsecus apponatur cum oleo roseo, et oui uitello, somnum fa=
cit, et inflamationes mitigat. Muliebre lac recens mox mulgetur, injci
tur intra matricem ulceratam, et ad omnes inflammationes. Qui para=
gorizare opus habet, adhibetur.

De Geresere. CAP. CXV.

GERESERES purgatoriam habet uirtutẽ, et ducit per uen= B
trem humores. Per clisterem injcitur: mordicationem in in=
testinis facit ex acredine: et ulceratis locis altera adhibetur cura. Haben=
tibus delauat dysenterias, et in omni uentre acredinis reuma consistens,
prius cocta cum ignitis lapidibus, et sic data, ita ut omnis ex ea consuma= Ad dysenteriam.
tur subtilitas. Si quis etiam cum laminis ferreis decoquat, meliori effici=
tur uirtute.

De Gepasa. CAP. CXVI.

GEPASA, id est, Terra omnis, græci Terram dicunt, disicca=
tiuam habet uirtutem: et quando pura, aut igni de furno ignita
ine commixtionis substantia, sine mordicatione desiccat. Consentit em̃
uis, si lauata fuerit ea quę ab operarijs colligitur terra, et lippara et mollis.
Omnis terra utilis in curatione est omnib. quos desiccare opus est.
Vnde ea quæ in Alexandria, uel in Aegypto est, hydropicos, et spleneti=
os iuuat. Aliquos usos fuisse Aegyptios dicunt terra ad liniendũ loca
sa quæ dura et tumida sunt. Et secundum ipsum modum, antiquas in=
mmationes, et extorsiones tumorum factas iuuat, multo luto ex ea fa=
o. Aliquos scio et homorrhoidas sanguinis fluentes, dũ euacuarent,
præsenti fuisse liberatos. Alios uero diuturnos dolores habentes, luto
c inlito perfectius fuisse sanatos. Lemnia aũt terra, ex alia humoris
cie resoluta, utilissima fit ad uulnerum glutinationem, et diuturna

C uulnera et quæ uix cicatrizantur, et quæ mala sunt, et quæ uix sanantur, optime facit. Terra aũt quæ Gissanea uocatur, et magis quæ Samia dicitur, utilius facit ad eos qui sanguinem expuunt, uel uomunt, sic datæ quemadmodũ et Lemnia. Iuuant etiam fluxum sanguinis ex matrice, si dentur, et ad dysentericos, & ad ulcerationes, præsertim si absq; putredine sunt. Samia aũt terra mitigat inflãmationes, maxime in mammillis generatas mulierũ, et in testiculis uirorũ, et in omnibus uenenosis locis. Oportet autẽ eam soluere cum aqua, et sic postea admiscere oleum roseũ tantum quantũ nõ permittat medicamen siccari. magnificũ eñ est. Hoc modo cõfecta, ubi mediocriter infrigidare uolumus ad mitigandum dolores, uidetur samia terra esse utilis. Chia autem est terra alba. Eam aliæ quæ mulieres ad faciem illuminandam inducunt.

De Gigarta. CAP. CXVII.

GIGARTA dicitur semen uuæ: desiccat quidem abundanter, frigida mediocriter. Stiptica aũt nimium est. Propterea omnibus passionibus uentris commoda, fluxum quoq; multum iuuat.

De Gleuco. CAP. CXVIII.

GLEVCON, id est, Muscum, frigida et stiptica est uirtute manifeste. Herisypelas curat quæ non sunt multum fortes.

De Gligonio. CAP. CXIX.

D GLIGONION quod Pulegium dicunt, calefacit quidẽ, sed extenuat multum. E thorace et pulmonibus humores pingues et uiscosos facile per os spuere facit, et mulierum menstrua extrahit.

De Gliciryza. CAP. CXX.

GLICIRYZAE succus, asperos, et crosq; humores reddere solet. Nõ in arteriã solum traijcitur, sed et scabiosam uesicam sanat. Et ergo omnis temperantia eius tepida, et ideo humida, et sitim amputat.

De Gleuci. CAP. CXXI.

GLEVCIS idem quæ et Peonia. Radix eius menstrua mouet multũ. Cum amygdalis uero in mulsa potata, purgat epar constipatum, et renes. Et quia stiptica est, reuma uentris retinet, cum uino austero cocta, et potata. Hæc aũt herba desiccatiua uirtute est fortiter, ita ut suspensa pueris ad collum radix eius, epilepticos sanet. est enim uirtus eius liptomeris, et desiccatiua: calida autem non manifeste.

De Gonnilido. CAP. CXXII.

GONNILIDOS, id est, Rapa. Semen eius libidinem excitat, inflammationes mouendo. Radix uero eius, id est, rapæ, infanti semen generat.

De Gypso. CAP. CXXIII.

GYPSVS desiccatiuus est, et emplausticus uirtute. Virtus eius emplausticen non solum habet, sed et liptomeristera, et desicca-

tiua efficitur, et reprimit, maxime quando cum pusca teritur.

De Galbano. CAP. CXXIIII. A

GALBANVM malactica est, & diaphorerica uirtute: desic=
cat autem nimis, & calefacit fortiter.

De Gemi. CAP. CXXV.

GEMI, id est, fermentum, liptomeris est, & mediocriter calefa=
cit: propterea igitur sine mordicatione, et sine molestia iuuat, ex=
trahit de profundo, & digerit.

De Hydiosmo. CAP. CXXVI.

HYDIOSMON, id est, Menta. Calida est uirtute uehemen=
ter. Hortulana quidem humidior est. Ad libidinem excitandã
mediocris est. Habet autem in se aliquam amaritudinem, per quã lum
bricos occidit potata. Est etiam & stiptica: propter quod cum pusca po Ad lumbricos.
tata, recentis sanguinis sputum reprimit. Et liptomeris est substantia plus
quam aliæ species.

De Hirigeronto. CAP. CXXVII.

HIRIGERONTVS, qui & latine Senetion dicitur. Fo
lia eius uirtute sunt frigida, cum floribus suis. Cataplasma cum
uino dulci confectum, et impositum, inflãmationes tollit: et in ano factas
inflammationes. Similiter autem cum manna plagas sanat, ac ueruorũ
incisiones. Et si cum aceto fiat cataplasma, similiter operat̃. nam ipsa her= B
ba potui data, suffocationem facit.

De Hyringio. CAP. CXXVIII.

HYRINGIVS calida est natura. Propterea mẽstrua educit,
& urinas prouocat, & scrophas, & uentositates soluit. Epati=
cos, & a serpentibus percussos, & uenenum acceptum iuuat, cum uino
potui data.

De Hera. CAP. CXXIX.

HERA, id est, Loliũ herba siccat, calefacit: & actiua est, ita ut pro
xima sit herios acrediini, non est autem sicut illa liptomeris. In ter
tio gradu ponitur calor ipsius: in quarto gradu siccitas eius.

De Hippure. CAP. CXXX.

HIPPVRIS, id est, Cauda caballina, stipticam habet uirtutẽ,
& cum amaritudine qualitatẽ, & ideo desiccatiua fortiter, simul
sine mordicatione. Plagis etiã magnis si cataplasma ex ea imponit̃,
sanat. Neruos incisos, & introcellicos iuuat. Sed & ad eos qui san Nota.
guinem uomunt, ad sanguinis fluxum mulierum, & maxime qui rubrũ
sanguinem infundunt, & adhuc etiam ad dysentericos, & ad omne reu=
ma uentris fortissimum est adiutorium, herba ipsa potata cum aqua, aut
uino. Succus autem herbę huius pręsentaneo remedio, sanguinis-

C fluxum de naribus iuuat. Sed & uentris fluxum constringit, cum uino austero potatus.i.stiptico. Febrientibus uero cũ aqua dandus est.

De Ixo. CAP. CXXXI.

IXOS, id est, Euiscus, putridos de profundo extrahit uehementer humores, non subtiles tantum, sed & pingues: & eos effundit, & digerit. Est autẽ non mox calefaciens medicamen, sed et tempore opus habens diuturno, quemadmodum et Tapsia.

De Iu. CAP. CXXXII.

IV, ID EST, Viola. Folia eius aquosa, & subfrigida sunt substantia: & propterea & per se, & cum alfita cataplasma impositũ, calidas inflammationes mitigat.

De Iuscalco. CAP. CXXXIII.

IVSCALCVM, quod Squamam æris adpellamus, aerem in se habet, et diaphoreticam, & purgatiuam uirtutẽ absq; mordicatione.

De Isatide. CAP. CXXXIIII.

ISATIS domestica, est qua in tincturis utunt, & uocant eam herbam uini, desiccatiuam habet nimium uirtutem, non tñ mordicantẽ. Est autem amara, simul est stiptica. Hæc ergo grauida uulnera in fortissimo corpore glutinat: & in musculis capitis facta si sint, sanguinis fluxum iuuat mirabiliter. Cataplasma superpositum, inflatos tumores ualde fortiter desiccat, & digerit, & reprimit. Et ad omnia maliciosa uulnera mirabiliter ualet et sanat.

Ad uulnera.

D

De Itea. CAP. CXXXV.

ITEAS, Salix arbor dicitur. Cuius folijs utuntur medici ad uulnera cruenta, ut glutinentur. Est autem ipsa, et flos eius sine mordicatione, desiccatiua uero, & modice stiptica. Interdum etiã & succus ex ea factus, desiccatiuus est, similiter ad multa utilissimus. Sed & cortex arboris ipsius similis, præter desiccationem. Quem si intercidas, & cinerem ipsius cum aceto inducas, tollit callos pedũ impositus, & alfos. Simul et uerrucis imposita, tollit et emundat loca e, xpertum est.

De Lapatio. CAP. CXXXVI.

DAPATIVM diaphoreticam habet mediocriter uirtutem. Oxylapatium autem & diaphoretica est uirtute, & participat reprimentis uirtutem. Vtriusq; autem semen habet in se manifestam stipticam uirtutem, ita ut dysenterias, & diarriam sanet, et maxime si oxylapatium fuerit.

De Leucoio. CAP. CXXXVII.

LEVCOIOS, id est, Viola alba, tota herba proiectoriam et extenuatoriam habet uirtutem. Adhuc autem & magis participat

flos de ea, et ficcior est magis:ita, ut decoctio eius prouocet menstrua, & A
post partum si decedant secundinas educit. Aut si in utero pecus mortuũ
sit, expellit. Sed & uiuum corrumpit & educit. Istius ergo decoctio in matrice flegmones sanat, si ex ea fomentetur, & maxime hijs quæ fortes sunt adhibita. Semen eius, si potui dentur ʒ.ij. uel in pessario imponatũ, menstrua mouet, pecus occidit, & mortuum extrahit.

De Libani thure. CAP. CXXXVIII.

LIBANI thus, calefacit quidem multum, deficeat autem medio criter: habet autem & subſtipticam modicam qualitatem, & magis quod album est. Cortex autem eius ſtipticam manifeste possidet uirtutem: propter quod desiccat fortiter. Est autem & pacimeris, minus participans acredinem.

De Libanotide. CAP. CXXXIX.

LIBANOTIDIS tria sunt genera. Romanis Rosmarinus, et semen eius cacri dicitur, similiter habens uirtutẽ malacticam. Cu ius succus, seu de radicibus, seu de folijs eius cum melle mixtus, caligines oculorum quæ de pinguibus humoribus fiunt, sanant. Ad oculos caligantes.

De lapide Hæmatite. CAP. CXL.

LITHOS Hæmatites in quantum frigus participat, in tantum & ſtipticus est. Solo ergo usi eo fumus ad asperas factas palpebras. B
Quod si simul & inflammatio in oculis fuerit facta, cum oui albore in cote resoluimus, et ungimus: aut cum fœnugræci succo. Si autem sine inflammatione oculorum asperitas fuerit palpebrarum, cum aqua resoluta cum spatomeli inungitur, uel infunditur. Quod si fuerit uirtute medicaminis qui curatur spissus factus, inungis, & adhuc melius magis operatur: et postea ex eo pinguorem inungis leniter: aut retorques palpebras, & sic illinis. Ipsum autem lapidem simul cum aqua in cote ocularia fricatum, das qui sanguinem expuunt bibere, satis iuuat. Et omne ulcus superillitus sanat. Puluis autem ex eo subtiliter tritus, reprimit superescentes uulnera carnes. Secundum hæc & in oculis uulneris cicatricat solus ipse incmatizatus, ut supra, cum cote in aqua resolutus: aut cer e cum spatomeli inunctus.

DE LAPIDIBVS QVI IN SPONGIA INVENIVNTVR. CAP. CXLI.

LAPIDES qui in spongia inueniuntur, proiectoria uirtute sunt, ut etiam in uesica lapides rumpant & proijciant.

De Lithargyro. CAP. CXLII.

LITHARGYRVM, quemadmodũ & omnia metallica, quæ in terris crescunt, lapidosum est, sed mediocriter, & sec'dm alteras

C qualitates uirtutis. Media ergo est uirtute, neq; infrigidãs manifeste, neq; calefaciens: & proiectoriam et stipticam uirtutem participat mediocriter. Propter quod & ipso utimur, admiscentes quæ forti sunt uirtute, mordicantia, & stiptica.

De Lini semine. CAP. CXLIII.

LINI semen calefacit quidẽ mediocriter, humectatione autem & siccitate melius est.

De Litro. CAP. CXLIIII.

LITRON, quod & Nitrum, desiccat, & diaphoresin facit: & si intra corpus per os accipiat, minutat & extenuat pingues humores & glutiuosos: plus magis ab affronitro siccitate existens utile: sed est cacostomaticum, & ideo magis est nitro amputatorium. quia contra fungos usus est eo aliquis rusticus, & probauit, & mox sanus factus est. Nitro autem usto, & non usto nos usi sumus.

De Lice. CAP. CXLV.

LICEN, quod in petris est, proiectoriam simul & mediocriter infrigidantẽ, stipticamq; habet uirtutẽ, & siccam. Nihil est ergo mirandum, quod aflegmaton sit.

De Loto. CAP. CXLVI.

D LOTOS domestica, quam Trifoliũ nominant, stiptica est mediocriter uirtute, & desiccatiua, media secundum calefactionem & infrigidationem.

De Loto arbore. CAP. CXLVII.

LOTOS est quædam arbor, quam caligarij Rorem marinũ uocant: stiptica quidem est mediocriter. Est autem liptomeris, et desiccatiua. Semen autem eius uellitur maturum ab ipso ligno. Ad fluxũ sanguinis mulierũ, ad dysentericos, & cœliacos decocta in aqua, aut in uino ubi usus exigit, non solũ ad injciendũ, sed & potui data sanat. Nam & cadentes capillos projcit, si ex eo lauas.

Ad menstrua & dysenteriã.

De Licio. CAP. CXLVIII.

LICIUM desiccatiua est uirtute, et alijs generibus duobus cocta contraria est composita. Vna quidem pars liptomeris est, & diaphoretica uirtute, & calida fortiter. Alia autem terrestrem, frigidam modicum habet, & stipticam uirtutem: propter quod ad diaphoresin faciendam utendum est hoc medicamine, ut projciat, aut purget. Datur autẽ cœliacis, & dysentericis, & ad fluxum sanguinis mulierũ. Vtimur autẽ eo ad oppopia, & ani oris inflammationes, & ad ulcera, et ad herpetas, et putrida ulcera, & ad maliciosa uulnera, & ad aures purulentas, & ad paratrimmata, & paronitia, id est, in digitis urbicalos. Indicũ autem liciũ fortius est omnibus.

A

De Malaci. CAP. CXLIX.

MALACIS, id est, syluatica Malua, diaphoreticam modice participat uirtutem. Hortulana uero imbecillior est. Semē aūt eius intantum fortius est, inquantum & siccius. Anadendron autem ma lacis, id est, quę in arboribus crescit, quam Euiscum uocamus, ipsius etiā genus est, sed diaphoretica tera est plus ab istis.

De Mandragora. CAP. CL.

MANDRAGORA infrigidat quidem fortiter, participat autem & caloris aliquid. Mala autem eius humida sunt: unde et somnum ministrant. Radicis autem eius cortex fortiter desiccat. Interio ra autem imbecilliora sunt.

De Maratro. CAP. CLI.

MARATRON, id est, Feniculum, calefacit quidem manifeste, desiccat autem mediocriter: propterea & lac generat, & urinas prouocat, & menstrua educit.

De Mastice. CAP. CLII.

MASTIX contrarie sibi est composita. Eius uirtus stiptica est, & malactica: & stomacho, uentri, intestinis, & epatis inflamma tionibus expediens est, calefaciendi uirtute.

De Melantio. CAP. CLIII.

MELANTION, id est, Gith, calefacit quidem, & desiccat ue hementer. Liptomeris est: quod & catarros sanat calefaciendo. B
In lintheo ligatus puluis, & naribus applicitus, ut frequenter odoret, inflationes tollit patientibus. Occidit autem lumbricos comestus: sed & extrinsecus uentri appositus, similiter operatur. Lepras autem, & Ad lumbricos.
hylas, & myrmetias amputat, & menstrua educit, et pingues humores, et glutinosos constipat.

De Melle. CAP. CLIIII.

MEL calefacit, et desiccat abundanter. Est ei una et maxima uir tus proiectoria. Coctum autem minus est acre, et repticum, id est, proiectorium: unde et saniosa uulnera glutinat.

De Meliloto. CAP. CLV.

MELILOTVM mixta est uirtute. Habet enim aliquid in se di= storium, et diaphoreticum, et multa est in ea caloris substantia quam gdoris.

De Mespilis. CAP. CLVI.

MESPILA multum frigida sunt, et comesta uix egeruntur, et uen= s constringunt.

De Miconio. CAP. CLVII.

MICONIVM, id est, Papauer, omnino satis est frigida uirtu te. Habet aūt semen album: hoc utiq; in panem superspargunt.

E & cum melle infundentes, digitis manducant. Flores autem eius frigidiores suis sementibus sunt, ita, ut non aliquis solis utatur sine molestia, quemadmodum hortensibus.

De Melia. CAP. CLVIII.

MELIAS, id est, Persicus. Folia eius, & cymæ amaram possident qualitatem. Propter quod & lumbricos occidunt, trita, & in umbilico posita. Totum diaphoreticum est medicamen. Poma autem eius humida sunt, & frigida.

Ad lumbricos.

De Mela. CAP. CLIX.

MELA calefaciunt quidem, sed nō nimis: desiccant aūt abundanter: propterea urinam mouent, & menstrua. Cephalargicos, & inflammationes facit.

De Melipolo. CAP. CLX.

MELIPOLVS, id est, Plumbū, humectationem habet multā, subfrigidam. Si ergo aliquis plumbeum mortarium cum tritorio suo faciat, & mittat in illud oleum omphacinū, aut oleum roseum, aut aquam, aut aliquam aliam humidam speciem, multo melius est medicamen. Sed stipticus herbarum succus fiet, qualia sunt spuma, cotilidon, intyba, lactucæ, psilium, & omphacus. Quod si uis ut multum colligat
D de plumbi materia: contra ignem, aut solem ardentem teris. Facit autē hoc medicamen ad ani ulcera, aut ilij uitia ex inflammatione facta, & inflammationes ueretri, et testiculos, cum ulceribus pectoris, uel mammillarum, inguinum, & omnibus articulosis uulneribus, seu ulceribus maligni, ita, ut ad carcinomata mirabiliter operetur. Lamina plumbi facta, & bene superposita super ganglia, perfectius sanat.

Plumbi medicamen.

De Moro. CAP. CLXI.

MORVS arbor est. Mora matura deducunt uentrem, immatura uero constringunt multum: ita, ut ad dysentericos, & cœliacos expediant, si siccata, & contusa, & cibis si fuerint ministrata. Cortex autem ex radicibus ipsius arboris, purgatoriam participat uirtutem, cum quadam amaritudine: ut etiam latos lumbricos data occidat in potione.

De Medulla. CAP. CLXII.

MEDVLLA malacticam habet uirtutem. Facit aūt & duris, & scirominis corporibus. Vtilior aūt probatur esse omnibus medullis, ceruina. Secunda uero de bubus iuuenibus. De thauris & hircis acrior est, desiccatiua, ut possit dissoluere duricias scirodis.

De Myrsina. CAP. CLXIII.

MYRSINON, id est, Myrtus, cōtraria sibi constat esse substantia. Dominatur autem in ea terrestris frigor. Habet autem extenuatoriam calefactionē: unde fortiter desiccat. Sunt aūt folia, & semē, &

tymq; ipsius, uel succi non multum aliquid differentes ab stiptica substan A
tia. Faciunt ex ea trocis. terentes cum uino. Sunt autem & sicca folia
uiridibus ficciora.

De Melanteria. CAP. CLXIIII.

MELANTERIA proxima uirtute est ad glutinandas plagas ma
iores, aut si etiam in musculis tendones incidantur. Habet etiam aliquã
pro ectoriam & tractoriam uirtutem.

De Nardostatio. CAP. CLXV.

NARDOSTATIVS, id est, Spica nardi, calefacit mediocri
ter, desiccat aũt sufficienter. Composita est igitur ex stiptica sub
stantia, & acredine. Calorem non multũ, sub aliqua modica
amaritudine habet in se. Rationabiliter ergo ad epar, & stomachum
expedit, potata, & extrinsecus apposita. Sed & urinas, & mordicationes
sanat stomachi: & uentris reuma desiccat, & adhuc capitis & thoracis.
Melior est autem qui Nardus indicus appellatur.

Ad Epar, Stomachum.

De Nymphæa. CAP. CLXVI.

NYMPHEAE radix, & semen uirtutem habent desiccatiuam
sine mordicatione. Reprimit enim et uentris reuma. Semen
uero eius potatum, reprimit seminis fluxum. Iuuat etiam et dysenteri
cos. Quæ autem albam habet radicem, fortior est uirtute. Potatur aũt B
cum uino nigro, stiptico. Participat aũt aliquantum projicientem uir
tutem, et uitia sos sanet, infusa aqua: alopitias autem cum pice liquida.

De Oxo. CAP. CLXVII.

OXOS, id est, Acetum, mixtæ substantiæ est, frigidæ, et calidæ:
utraq; liptomeris. Obtinetur aũt calor a frigore. Desiccatiuum
autem est nimium, quando fortiter acre est accium.

De Oxyacantho. CAP. CLXVIII.

OXYACANTHVS, id est, Carpus, commixtus, aut potatus,
utilissimus est ad omnem uentris fluxum.

Ventris fluxum.

De Opopanace CAP. CLXIX.

OPOPANAX malaxat, digerit, et calefacit nimium, desiccat quoq;
uehementer.

De Opio. CAP. CLXX.

OPIVM cyrenaicum est omnibus calidius et subtiliatius, et pro
pterea diaphoreticum. Nam alia. s. Indicum, ex Syriacum, sunt
calida multum, et per pneumatica.

De Origano. CAP. CLXXI.

ORIGANA omnia amputatoria, et extenuatoria, et calefacto
ria et desiccatoria nimium uirtute sunt. Tragoriganum autem
participat et stipticam uirtutem.

De Orobo. CAP. CLXXII.

OROBVS desiccat quidem abundanter: calefacit aũt mediocriter,

C & incidit, et proijcit, et adaperit. Amplius enim acceptus, sanguinem per urinam deducit.

De Ostreis. CAP. CLXXIII.

OSTREAE, uariæ sunt, et Ostreorum testæ. Ostreæ autem ustæ, desiccatiua sunt uirtute. Sed et ostreorum testæ ustæ simili sunt uirtute. Ego aũt usus sum ad reumaticos, et diuturna, ac quæ difficile carnantur uulnera, et quæ caua et fungiosa sunt, et profunda in alto. Apponis extrinsecus cum ueteri adipe porcino, et similiter quæ carnem nutriũt. Huic similis est scincus, proiectoriam habens uirtutem. Addas substantiã quidẽ quæ est aspera, qualis pumex est. In tali ergo usu nõ satis teri necesse est. Ipsa aũt usta, uulnerib. maliciosis superaspergitur diligenter trita, et eas quę in uulnere crescũt carnes reprimit. Cum sapa autẽ hæc oĩa usta et mixta facit. Is puluis ustus nimium ad dentes utilissimus est, ita ut infusiones gingiuarũ desiccet et sedet. Putrida uulnera curat.

De Oo. CAP. CLXXIIII.

OON, id est, ouum. Albumine ex eo quod est tenue, ad oculos utimur sine mordicatione est medicamen nobile. Est autem recens temperantia frigida modice. Vten dum est aũt hoc non solum ad oculos, sed et in alijs omnibus, ubi sine mordicatiõe opus est medicamine. ut est in ano, in ueretro ulceratis, et ad maliciosa omnia uulnera. Est aũt et

D uitellus ouorum sine mordicatione elixus, aut assus. Toto aũt utimur, admixto oleo roseo, ad palpebras, et aures, et ad mãmillas inflatas, et quę cunq; percussa sunt loca: aut cum alio modo fiunt flegmones in neruosis locis, qualia sunt cubitus, uel circa digitos tenontes: ad articulos in pedibus et manibus: et ad usturas, confestim crudus superpositus utilissimus est. Siue ergo cum lana molli ponatur albumen, aut solum, siue cum uitello, mixto albumine infusas lanas, uel intinctas adhibeas, etenim infrigidat mediocriter, & sine mordicatione desiccat.

De Paliuro. CAP. CLXXV.

PALIVRVM, alij succum Paliuri, alij Cicer doronicum uocant. Folia eius, et radix stiptica sunt uirtute, ita ut fluentem stringant uentrem. Diaphoreticam aũt intantũ participat uirtutem, ut in uesica lapides constringat, et ex thorace & pulmonibus sputamina educat.

De Pentaphyllo. CAP. CLXXVI.

PENTAPHYLLON, Quinq; foliũ dicitur. Radix eius calida quidem abundanter est, minus autem acris: propter quod utilissima.

De Pipere. CAP. CLXXVII.

PIPER quod initio emergit, florescit. Piper longum dicitur eo, q; humidius. Quod autem non permaturum colligitur, album piper uocatur. Id uero quod maturum colligitur, piper nigrum uocatur. Nigrum piper albo acrius est. Istud enim uelut assatum est ad solem, & exiccatum. Ambo fortiter calefaciunt, & desiccant.

De Petroselino. CAP. CLXXVIII.

PETROSELINVM. Semen eius acre cũ amaritudine est: A
propterea & menstrua mouet, & urinam prouocat abundanter. Ad menstrua & urinam.
Est enĩ & aschmon.i. inflationes minuit, calefaciẽdo & desicãcdo fortiter.

De Pegano. CAP. CLXXIX.

PEGANON, Ruta dicitur. Sed ruta syluestris fortiter calefacit,
& extenuat, & diaphoresin facit: & desiccat plus quã domestica.
Est autem non acris solũ, sed & amara. Exteuuat, & digerit pingues hu-
mores, et glutinosos, & per urinam euacuat. Est autem & non inflans, et
extenuans: ideoq; et ad inflationes expediens est: et libidinem infrænat et
reprimit, et consumit semen et desiccat fortiter.

De Pessa. CAP. CLXXX.

PESSA, id est, Pix sieca, calefacit. Humida autem pix, id est, li-
quida, calorem habet, et aliquantulum liptomeris est. Et propter-
ea asthmaticos, & empyicos iuuat, uno cocleari cum mellis cyatho uno
mixta, & sic data. Sed & proiectoriam habet aliquam uirtutem, & di-
gestoriam, et diaphoreticam. Hæc ergo propterea et unguium scabiem
excorticat, mixta ceræ: & impetigines expurgat, & digerit duros & indi-
gestos humores, superposita. Fortior est in omnibus liquida pix.

De Pini filio. CAP. CLXXXI.

PINI filius, id est, Pini cortex. Pitius dicitur arbor, filius uero cor- B
tex. Pini ergo cortex abundantius habet in se stipticam uirtutem:
ut in patina siccatus, cataplasma fit: impositusq; sanat magnifice. Et uen-
trẽ constringit potui datus: & usturas in cicatricẽ ducit. Picę autem cor
tex tollitur similiter, & ipse mediocris est secundum uirtutem. In folijs
aũt ambarũ arborum uirtus est glutinatoria plagarum. Si autẽ ex tęda u-
sta sub testa, & de fumo ipso attramentum collectum reponatur: ex pul-
uere ipso tangantur palpebrę, in quibus pili non sunt, uel medisis angu-
lorum, qui commixtus est angulis, uel scabies: et lachrymantibus oculis
est utilissimus.

De Platano. CAP. CLXXXII.

PLATANVS arbor est humida & frigida substantia: & pro-
pterea folia eius uiridia trita, et ut cataplasma imposita, in genicu-
s inflammationes iuuant. Cortex autem eius, & pilæ ipsius cum sepo,
ut adipe usta, ulcera sanat.

De Pomfilice. CAP. CLXXXIII.

POMFILIX si lauata fuerit, pene omnibus prima est ad ea quæ
... canda sunt uulnera. Vnde ad carcinomata ulcera est ultilissima, & ad
... nia ulcera pessima.

De Prasso. CAP. CLXXXIIII.

PRASSON, id est, Porrus, calefacit & desiccat ualde. Epar &

C splen adaperit quæ sunt constipata, & thoracem & pulmones purgat, & mouet menstrua. Et cataplasma ex eo impositū, proijcit, & digerit, & per nares ictericos purgat, & ad aurium dolores diuturnos facit.

De Propoleo. CAP. CLXXXV.

PROPOLEUS calefacit nimis. Reptica, & liptomeris est substantia.

De Pteleo. CAP. CLXXXVI.

PTELEVS, credo quia Vlmus sit. Folia eius recentes plagas glutinant. Stipticam & proiectoriam habet uirtutem. Cortex autem eius adhuc plus, ita ut & le pram sanet cum aceto. Sed radicees eius ipsam habent uirtutem, ut si ex decoctione eius fomententur, fracturas sanent.

De Ptereo. CAP. CLXXXVII.

Ad lumbricos. PTEREVS est, quam latini Filicem dicunt. Radix eius occidit latos lumbricos, si ℥.iiij. in mulsa bibātur: & conceptus mulierum uiuos occidit, mortuos proijcere facit, tam mascula uirtus ei inest.

De Piretro. CAP. CLXXXVIII.

PIRETRI radix causticam habet uirtutem, pro qua re dentes ex dolore frigoris sanat. Et in typicis febribus quando rigores patiuntur, si cum allio trita fricetur, rigorem tollit: & membrorum stupo

D rem tollit: ac paraliticos iuuat.

De Pane triticeo. CAP. CLXXXIX.

DE PANE triticeo cataplasma factū, diaphoreticon est uirtute plus ꝙ triticum. Fermentum autem de passo sublatum, & factum, acedonica, epispastica, & diaphoretica est uirtute. Pyrus est Triticum. Extrinsecus adhibitum, mediocriter calefacit: neq; enim humidare, neq; desiccare aperte solet. Habet autem aliquid in se gluinosum et inflacticium. Amilū autem ex eo factum, frigidius est, & desiccatiuum: & ex eo quodammodo conficitur. Infundis triticum diebus tribus, ita ut per singulos dies mane et sero fiat, mutata aqua mūda donec perfundat: & cum bene fuerit infusum, sublata aqua triticum, manibus malaxas, & premis, succum eius ad solem siccas, & eo uteris.

Amili confectio.

De Pythia. CAP. CXC.

PYTHIA dicitur cōagulum. Omne cōagulū acre est, & diaphoreticam, ac extenuantem habet uirtutem, & desiccatiuam. Lac igitur in uentre cōagulatum soluit: sed cōagulatum, uel congelatum sanguinem in uētre, uel in uesica, similiter potata facit. Magis pene omnibus cōagulum, leporis etiam si fumigetur facit.

De Psimitio. CAP. CXCI.

PSIMITION emplastrum est, & infrigidat. Ficus autem frigidior est psimitio.

De Raphano. CAP. CXCII.

RAPHANVS calefacit nimis, & deſiccat ualde. Semen eius A
plus eſt ab ipſo operatiuum. Diaphoretica in his eſt uirtus, ita ut
& hypopia, & omnes liuores tollat, ſi imponatur.

De Reupontico. CAP CXCIII.

REV PONTICVM, ſeu barbaricum, mixtam habet tem
perantiam. Habet enim in ſe quidem altius terreſtrem frigdorē:
ſimul etiam eſt ei calor. Participat autem & liptomeras. Spaſamata er- Ad ſpaſmũ.
go, & rigmata, & optemia iuuat, potatũ: & liuores, & impetigines ſanat,
cum aceto illinitum: & emptoicos, & cæliacos, & dyſentericos iuuat.

De Reſina. CAP. CXCIIII.

RESINA omnis deſiccat & calefacit, ac diaphoretica eſt; alia
quidem plus, alia autem minus. Præcidit autem merito omnes
ciuſes. Maſtichen autem eam nominant propter hoc, quod media ſtipti-
ca eſt, ut & ſtomachum, & uentrem, & epatis defectum ſanet. Et flegmo-
nas deſiccat ſine moleſtia. Aliquantum etiam acredinis habet, & pro hoc
liptomeris eſt. Alias uero omnes terebinthina præcellit. Diaphoreti-
ca eſt, & magis plus domeſtica: ita ut proijciat, & ſcabiem ſanet, & pro-
fundas plagas, & uulnera magis ab alijs repleat, & purget.

De Roſa. CAP. CXCV.

ROSA aquoſa calore mixta eſt. Duę igitur in ea alterne qualita- B
tes ſunt, ſtiptica, & amara, Flores autē roſæ magis ſunt repticij
manifeſte. Et propter hoc deſiccatiui ſunt.

De Ripo. CAP. CXCVI.

RIPVS .i. ſordes quę ſtatuis tollitur. Diaphoreticus eſt, e: ma
lacticus, ut indigeſta ſimata digerat. De paleſtra autē ripus
qui tollitur, optime ſanat flegmonas. Mammillarum etiam luborē ex Mammillas.
tinguit, & quod ſupercurrit reprimit, & quod iam intus continetē digerit.

De Sandaraca. CAP. CXCVII.

SANDARACA cauſtica eſt uirtute, quemadmodum & arſeni-
cum, & auripigmentũ. Merito ergo diaphoretica uirtus eius mixta
eſt, reptica, & eadem proiectoria.

De Satyrione. CAP. CXCVIII.

SATYRION humida eſt, & calida temperantia: libidinem exci-
tat, & maxime radix eius.

De Selino. CAP. CXCIX.

SELINON, Apium dicitur, intantum calidũ eſt, ut urinã & men-
ſtrua moueat, et inflationes ſtomachi tollat: & magis ipſa aqua ſementis.

De Seri. CAP. CC.

SERIS, quæ dicitẽ Intyba, ſicca & frigida eſt, temperata mediocriter.

C

De Siseleo. CAP. CCI.

Siseleos.i. Sili. Semen eius calidũ est in tantũ, ut ualde sit liptomeris, id est, extenuans humores: pro qua re epilepti..os, & orthopnoicos iuuat.

De Sisamo. CAP. CCII.

SISAMVS emplasticus est, simul & malacticus, mediocriter calidus. Virtus autem eius, et oleum ex ipso factum, uel decoctio herbæ ipsius una est.

De Sici. CAP. CCIII.

SICIS, id est, Cucumis maturus, liptomeristera substantia est, & proiectoriam & amputatoriam habet uirtutem. Vnde et diuturnus est, & clarificat membra. Et magis si siccatum fuerit semen eius. Et radix desiccatiua est: quia non est humida natura, sed mediocriter siccatiua.

De Sitiagrio. CAP. CCIIII.

SITIAGRIVM, & Cucumer syluaticus est: de cucumere illo fit Elaterium. Non minus radix, aut folia eius utilia sunt ad sanandum. Elaterium enim menstrua prouocat, & partus corrumpit, adpositum. Optimum est autem & ictericis, in nare cum lacte inmissum. Sic etiam utentibus, & capitis dolores diuturnos sanat. De radice ipsius succus, uel folijs, imbecillior elaterio est. Radix autem eius reptica, diaphoretica, malactica uirtute est. Siccior autem in eo est cortex uirtute.

Elaterij uis.

D

De Silfio. CAP. CCV.

SILFIVS calidissimus est: & non solum succus ipsius, sed & folia & fructus eius, et radix calefaciunt fortiter. Sunt enim inflatiuæ substantiæ omnia ista. Propter hoc indigestis, cocta & potata cum modico mellis, et urinas difficile facientibus subuenit. Succus autẽ eius cum lacte resolutus, et in aurẽ infusus, hemicraneon curat. Extrinsecus autem herba adposita, plus actiua est. Et maxime omnium opus ipsius elicticã ualde habet uirtutem, & purgatiuã: propter prædictã eius temperantiã.

De Spongia. CAP. CCVI.

SPONGIA usta, acri & diaphoretica est uirtute. Facit ẽm ad sanguinis fluxum ex uulneribus, admixta aspalto sicco: quod si non adsit pix noua, spongia per seipsam manifeste desiccat. Si quis autem utatur ea super uulnera, ea sola cum aqua, aut pusca, aut uino, glutinat ea. Similiter autem cruentis medicamen subuenit.

De Spondilione. CAP. CCVII.

SPONDILIONIS semen acri uirtute est. Facit aũt ad stomachos, & ad epilepticos optimum medicamen est: iuuat & ictericos. Radix item eius similem habet uirtutem, & ad hæc omnia facit: ex syringia callositatẽ aufert. Oportet autem radere eam, & sic imponere.

A

De Stear. CAP. CCVIII.

STEAR, dicitur Adeps porcinus: propter hoc proximum est adiuuamen: quia de oleo malacticoteros est, & digestibilior. Propterea ad inflamationes in cataplasmate admixtus, expeditior est. Quibus aũt mordicationes in ano sunt, aut intestino coli, injicimus caprinum magis adipem: propter quod densat facile pinguedine sua. Quod si nõ fit propter caprinum, simili eo oleo utimur. Paragorizat mordicationes dysentericis, & tenasmon patientibus. Si autẽ in profundo sunt mordicationes ex tenui factę humore: adipem anserinum injicimus, aut certe pullorum injicimus adipes. Omnes ergo adipes uirtute sunt humida & calida: sed adeps porcinus mediocriter est calidus. Seuum thaurinum multum calidius et siccius est. Vitulinum uero minus calidum est thaurino. Hædorum uero, & caprarum, & hircorũ post thaurorum calidiora & diaphoreticotera sunt. Leonis autem omnibus quadrupedibus calidius est, & liptomeristatos, & diaphoreticoteros. Adipum uis.

De Scandice. CAP. CCIX.

SCANDIX calefacit, & desiccat uehementer, & diureticus est. Merito ergo, quod uiscidior & purgatior.

De Stella. CAP. CCX.

STELLA medicis amputatiua nimis est uirtute, non autem est fortiter calida. Melior est autem assa, aut elixata: resoluitur igitur fortis quæ in ipsa est uirtus.

De Scolimbo. CAP. CCXI. B

SCOLIMBVS Cardo creticus, syluaticus. Radix eius calida est nimium, & abundantius educit urinas male olentes, si quis in uino eam coctam bibat. Et ubicunq; in corpore malus odor fuerit, sanat, sub ascellis sint, uel in alio quolibet membro.

De Scordion. CAP. CCXII.

SCORDION dicitur Albium, et ex diuersorum est uirtute compositum. Etenim amarum habet in se aliquantum, & stipticum, & acre. Purgat etiam simul, et calefacit uiscera: et mẽstrua, et urinas mouet, et spasmata, et rigmata quæ cum infraxi fiunt iuuat. Et magna cruenta uulnera imposita ex uiridi allio, cataplasmate glutinat. Purgat etiam et sordida ulcera uulnerum: et ad cicatricem ducit maliciosa uulnera, siccus puluis superspersus.

De Scorodone. CAP. CCXIII.

SCORODON calefacit et siccat fortiter, et sanguisugas projicit, ut alio meliori nihil opus sit.

De Smyrna. CAP. CCXIIII.

SMYRNA, Myrrha dicitur. Calefacit multũ, et siccat. Superspersa igitur super plagas in capite factas, glutinat, id est, unit, et sanat. Occidit autem et lumbricos, et pecus in uentre occidit, et educit mor-

C tuum. Habet enim in se proiectoriam uirtutem.

De Smyrnio. CAP. CCXV.

SMYRNION, id est, Olusatrum, ualde calidum et siccum est, ac diureticum: & menstrua educit.

De Siderite. CAP. CCXVI.

SIDERITIS, quæ & Myriophyllos, Iparinon, Romani uero Ferrariam uocant, diuturna, & quæ uix ad cicatricē ueniunt uulnera sanat.

De Stibio. CAP. CCXVII.

STIBII semen, & folia, stipticam habent uirtutem absq; mordicatione, & siccatiuam satis. Propter quod eius decoctiones dysentericis iniciuntur: & de auribus manans pus sanat inmissa: et glutinaria est magis uulneribus cruentis. Vtiliter autem plagas glutinat, si cum uino coquatur nigro, austero, uel stiptico. Desiccat enim fortiter omnia quæ contra naturam sunt humida. Folia autem eius uiridia trita, & pro cataplasmate imposita, hæmorroidas reprimunt. Et ex percusso oculis incisiones factas, superposita iuuant.

De Storace. CAP. CCXVIII.

STORAX calefacit, malaxat, digerit: propter quod tussim, & catarrum, & corizas, & branchos iuuat. Menstrua extrahit potata.

D De Sycaxira. CAP. CCXIX.

SYCAXIRA, id est, Ficus sicca, calefacit mediocriter. Habet aūt et liptomeriam, et extenuandi, uel subtiliandi partem aliquam, ex quibus abundanter digestibilis est ad duros tumores: et mox eis diaphoresin facit. Ficus autem hæ quæ syluestres appellantur, acres sunt, et diaphoretica uirtute, sicut illę quæ Caprisyci dicuntur.

De Scino. CAP. CCXX.

SCINVS, ex aquosa substantia paulatim calida est, et terrestri frigore nō multū composita est. Desiccat igitur satis, et secundū calorem suum, uel frigus, differentia media est. Similiter aūt et omnes partes ipsius habent partē stipticam: et si ex uiridibus folijs succū exprimas, simi-
Ad dysenteriam. li est uirtute. Vnde potata, sanat dysenterias, & cœliacas passiones, & sanguinem exspuentibus, et ex matrice fluxum sanguinis patientibus: et anum foras prorumpentem, uel matricem utilissima est.

De Squinanto. CAP. CCXXI.

SQVINANTVM calefacit mediocriter, & stiptica est nō satis, nō separatum a liptomeri natura: propterea & diureticum est, & menstrua educit. Iuuat autem ad eparis, & uentris, & stomachi inflammationes.

De Strigno. CAP. CCXXII.

STRIGNVM, id est, Vua canina, uel Cuculus, qui comedit, et nascit in hortis, oēs sciunt, et utunt. Facit ad ea quæ infrigidatione opus hñt.

De Tapsia. CAP. CCXXIII.

TAPSIA acerrima est fortiter, & calidissima uirtute, cum humecta-

tione. Extrahit ergo de profundo niolenter humores. Sic diaphoresin
facit. Quod extrahit, diu tempore operatur hæc. A

De Thermo. CAP. CCXXIIII.

THERMVS, Lupinus dicitur: cõmixtus ergo, plasticum est me-
dicamen. Habet aũt innatam in se amaritudinem, proiectoriam,
& diaphoreticam. Occidit aũt lumbricos, si ut cataplasma imponatur,
& per os cum melle in electuarij modum detur: aut cum pusca potatum.
Non solum aũt hoc, sed et decoctio eius lumbricos educit. Sed & fomen
tatione adhibita ex ea extrinsecus, iuuat alphos, achoras, exantimata,
scabies, gangrenas, ulcera pessima. desiccat enim sine mordicatione. Pur-
gat aũt et epar, & splen, cum ruta, & pipere potui datus. Extrahit autem
et menstrua, & pecus de matrice cum myrto & melle matrici appositus.
Sine mordicatiõe est diaphoreticus. Farina aũt ex eo facta, apostemata
diaphoretica, ut cataplasma coctum cum oxymelle sanat. Etiam gran-
des plagas, sed & uulnera non solum liuida, item chiradas, et fimata du-
ra curat. In aceto aũt coquenda est, aut aceto et melle, aut pusca. Dia-
phoresin facit, non solum quæ limpida sunt, sed & omnia quæ supradi-
cta sunt, decoctio ipsius, uel farina operari solent.

De Thiu. CAP. CCXXV.

THIV, sulphur dicit̃. Omne ergo sulphur uirtute est calida, et lipto-
meri, ut etiã ad plurima resistat uenena. Et scabies, et lepras, et impetigi
nes sanat cũ resina et terebinthina mixtũ: purgat etiã tales passiones oẽs. B

De Thlaspo. CAP. CCXXVI.

THLASPVS calidam habet uirtutem, et quæ intrinsecus nascunt̃
uulnera, id est, apostemata rumpit potata: et menstrua educit, et pecus
in utero corrumpit et expellit: et in anum iniecta per clisterem, sciaticos
sanat: sanguinolentum educit humerem.

De Tridace. CAP. CCXXVII.

TRIDAX, Lactuca dicitur. Humida et frigida est, non quidem no-
uissime. Propterea ad calidas inflãmationes iuuat, et ad modicas ac leues
herisypelas facit. Comesta sitim tollit. Semen aũt eius potatũ, reprimit
gomorrheã. Vnde et eis qui per somnũ semen proijciunt, datur bibere.

De Thymbra. CAP. CCXXVIII.

THYMBRA, Satureia dicitur. Calefacit, et desiccat satis, et ex-
tenuat manifeste. Propterea et urinas, et menstrua mouet, et pe
cus extrahit, et uiscera purgat, si potui detur: et thoracem, et pulmonem
per sputum purgat.

De Termento. CAP. CCXXIX.

TERMENTVM. Cortex, et folia, et fructus habent aliquid in se sti-
pticũ: sed et calefaciunt satis. Desiccat quidẽ radix, humectat aũt medio-
criter, et adhuc magis fructus eius: et diaphoreticus est, et splen iuuat.

De Theutone. CAP. CCXXX.

THEVTON, Beta dicit̃. Nitrodis in se aliquas participat uirtutes,

C Propter q̃d digerit, & proijcit, et per nares purgat. Elixatũ uero, quod in se nitrosum habet, amittit. Fit aũt apoflegmatos. Virtus eius modice diaphoretica est: fortissima aũt fit ad proijciendum. Est enĩ et alba Beta, & nigra. Habet aliquid stipticæ uirtutis, & magis in radicibus.

De Tili. CAP. CCXXXI.

TILIS, dicitur Fenumgræcum. Calidum est nimium, siccũ mediocriter. Et propterea ignitas inflammationes exacerуat, minus autem calida: et est scirodistera, diaphoretica.

De Titimallo. CAP. CCXXXII.

TITIMALLVS omnis abundantem continet in se acredinem, & calidam uirtutem. Est aũt in eo & amaritudo fortissima. Est & in eo opos, id est, succus eius, deinde sementis, & folia. Participat aũt & radix prædictas uirtutes. Quæ acta cum aceto, dentium dolorem tollit: & maxime comesta, uel minuta, ad dentes adhibita, mire ualet.

Opos aũt eius capillos aufert, si illiniatur. Nam fortior oleo mixta fit: si sæpius hoc fiat, perfectius radices capillorum depereunt, & nudus efficietur locus. Secundum autẽ ipsam uirtutẽ acrocordones, & myrmecias, et ptyrigia, et tineas aufert. Purgat aũt & impetigines, & scabies.

De Titano. CAP. CCXXXIII.

TITANVS, qui & Asbestus latine dicitur. Calx uiua, id est, non

D extincta, mox scaram facit: extincta autem, confestim quidem non scarã facit, sed post unam diem, aut alteram. Post autem multum tempus nullo modo calefacit: leuiter aũt amittit mordicationem in aqua, et fit quę uocatur coman, et disiccat fortiter.

De Tragaganto. CAP. CCXXXIIII.

TRAGAGANTVM similem habet uirtutem emplasticem aliquam, et acredinem stuporosam. Hæc similiter desiccat.

De Tribulo. CAP. CCXXXV.

TRIBVLVS, Cerseos, infrigidat: & stipticus est, et desiccatiuus, nitro de acutior: utricq; ad nascentes inflammationes, et ad ea quæ supercurrunt expediunt. Cerseos autem liptomeris est: cuius semen lapides de renibus expellit potatum.

De Hydropipere. CAP. CCXXXVI.

HYDROPIPER calefacit, sed nõ æqualiter quomodo piper: quoniam et uiridis ipsa herba, simul et sementes, cataplasma ex ea factum, et impositum, hypopia tollit, et duros tumores digerit.

De Hyoscyamo. CAP. CCXXXVII.

HYOSCYAMVM utile est ad sanitatem, quod semen, et flores albos habet, et frigidum nimis est. Dicitur autem latine, herba Dentauria,

De Hysopo. CAP. CCXXXVIII.

HYSOPVS calefacit, et siccat nimis. Est enim et liptomeris, id est, extenuatoriam habens in se partem,

¶ CAPITA LIB. V. ORIBASIL 214

CAPITA LIB. V. ORIBASII.

ORIBASII DE SIMPLICIVM Descriptionibus et Cognitione. A

LIB. V.



DE AERE usto. CAP. I.

ES VSTVM FIT MAXIME de clauis cu-preis et uetustis, qui in olla fictili cruda missi, in furno in-cenduntur, & asperso sulfure, uel sale, uel alumine coquuntur. Pro-bamus autem æs quod est optime ustum, strictum in cute, rubrico colo-re, capitula in se habens combusta. Virtus et efficacia Aeris usti simile Lepidę: sed tamen fortior est.

De Agatia. CAP. II.

AGATIA fructus est arboris spinosæ, qui maxime in Aegypto nascitur. Hic igitur fructus uelut oliuę premitur, et succus eius in sole siccatur. Erit ergo optima agatia, quæ est penitus leuis, leuiter subru-bra, suauitate odoris sui subacida, & gustu ualde stiptica. Hæc maxime de inmaturo fructu præmitur: coctnra tamen eius inbecillior est. Omnis tamen agatia uiscide stringere potest.

De Aerugine. CAP. III.

AERVGO, quemadmodũ notũ, aliquantisper alba, in qui-busdam speleis lente & uelut stillicidium manare dicit̃. Confici-tur hac ratione. Granula interiora uuæ, quæ græce sunt nuncupata gigar-ta, substernuntur in uase operto, et asperguntur salemoria, & aceto: dein-de supponitur lamina ærea lata, & iterum oportet ijsdem gigartis simili-ter aspersis lamina alia superponi & hoc alternis uicibus, fitq; hoc tam diu uas capit. Deinde opilatur diligenter, ne aliquid habeat spiramen-ti: et sic die septimo aperitur: et prolatis laminis ærugo quã traxerint leui-ter abraditur: & rursum intinguuntur, & hoc fit usq; quo totum consu-matur. Alij super acetum acerrimũ has ipsas laminas suspendunt, & die-bus. x. relinquunt: deinde proferunt, & æruginem quantum inueniunt abradunt. Alij massulas ex ea quasi limenta decidunt, & in acetum mit-tunt. & quotidie bis, aut ter comouent, usq; quo ærugo euadat. Est ergo optima ærugo, quæ est leuis attactu, nullam asperitudinem habens. Vi-res autem habet quas æs ustum, uel lepida, & maxime acutiores. B

DE AMMONIACO. CAP. IIII.

AMMONIACVS est qnasi lachrymum herbæ quæ græce ...aos appellat̃, similis allio, sed uiscidior, & folijs uelut pinguioribus, ...bus contritis tam glutinosa est ut gumi. Nascit̃ aũt in terris Am̃oniæ, ...igitur Am̃oniacus sic. Maximis æstibus, huius herbę radix & thyr-...nciditur, & lachrymum fundit: & postea in terram cadit, unde & for-...capit. Optimum autem est am̃oniacum, quod est permundissimũ,

C & recentissimum, colore candidũ, & quasi pingue, et penetrans, spissum, et splendidum apparet, odore subsimile castoreo. Potest igitur efficaciter mollire, et relaxare.

De Aloe. CAP. V.

ALOE, succus est herbæ quæ est similis scillæ: cuius incisa radice, hic ipse promanat succus: et colligitur uel tota herba, & contusa exprimitur, & siccatur. Aliqui dicunt de petris colligi tam in India, quam Asia. Qui in India, optimum iudicamus: qui est fragilis, mundus, pinguis, splẽdidus, et subrufus, odore pene subuiscoso, et gusto amarissimo.

Virtus Aloë. Effectum autem habet duplicem. Si enim bibatur, & deglutiatur, uentrem soluit & purgat, putredinem, et choleram, & flegma educit. In oxymelle datus, stomaticis, & epaticis magnum est adiutorium. Alij post cœnã, bina, uel terna grana, ciceris magnitudine, deuorant: quoniã corpus procurat, escas non corrumpit: et si sitis fuerit, extinguit. Conteris cum succo culiculi, & facis ad ciceris magnitudinẽ: misces coloquintid. interior. et scamoneam, et dabis ad typos, uel uarias infirmitates. Si uero corpori extrinsecus illiniatur, efficaciter stringit.

De Amylo CAP. VI.

D AMYLVM est omnibus notum. est enim quasi medulla frumenti: quod infunditur et tunditur donec furfur suum dimittat. Deinde cum aqua mittitur in sportellas, & cum pressura percolatur: & tunc in imo ipsũ uelut fæx descendens, aqua infusa, in sole siccatur, et Amylum cognominatur. Cuius est optimum quod est recentissimũ et candidũ, & leue, sine ullo acore, sine aliquo inquinoso odore. Potest autem leniter stringere. Propter quod collyrijs ad lachrymum facientibus miscetur: et ad profluuium uentris prodesse probatur.

De Alumine. CAP. VII.

ALVMEN dicitur Rotundũ, dicitur & Scissum, dicitur & Liquidum. Inuenitur autem omne Alumen in Insula quæ dicitur Melos: sed & in Aegypto, & in Macedonia, et pluribus locis. Verum est optimum Scissum alumen, quod illius Rotundi ueluti flos est. Hoc ergo adsimile est albis capillis uexatis, et quodammodo carpinatis. Liquidum deinde, quod est leue, perlucidum, & aliquid in summo in modum florũ lateris habet, hoc ipsum probamus, succidum, et liquorosum. Syncerum autem si sit, non perficitur ab illo. Rotundum quoque, quod est subalbidum, aliquo pallore uelut pinguinatum, fragile, mundum, et colore mutatur asperso succo quem diximus. Potest autem omne alumen uehementer stringere.

De Auripigmento. CAP. VIII.

AVRIPIGMENTVM, quod aliqui Arsenicon dicunt, extrinsecus calore est aurosum: tenuissime funditur, & in modũ

auri fulget. Inuenitur in montibus Aſiæ, & Armeniæ, Ponti, & Cappa=
dociæ. Verum eſt quod in Amiſta, et Cidis e Ponto affertur. Hoc enim A
eſt optimum, ſinceriſſimum, ex aurigino colore limpidiſſimum. Vires
quoq; habet quæ ſimiliter ut ignis deurere poſſunt, & alienationes con=
ſumere. Si cum calce uiua commiſtum corpori fuerit, illitum pilos tollit.
Vnde Græcis hæc ipſa mixtura Pſylotrum dicitur.

De Afronitro. CAP. IX.

AFRONITRVM optimum eſt leuiſſimum, & candidiſſi=
mum, latum, & fragile. Poteſt enim calefacere cum aliqua mor=
dicatione, relaxare, & omnem ſordem de corpore abſtergere.

De Aloſanto. CAP. X.

ALOSANTVS eſt ueluti pinguamen quod aquam ſuperna=
tat. Cuius quod optimum eſt, in Nilo flumine colligiť. Hoc em̄
& coloratiſſimum eſt, et cum aliqua pinguedine aquoſum, et bene putri
dum. Poteſt igitur acriter et uiſcide excalefacere, et quaſi ſal aliena con=
ſumere. Item collyriorum, et malagmatum uſui prodeſſe.

De Alcyonio. CAP. XI.

ALCYONIVM ſpecies habet duas. Videtur autem et ſiccū,
et liquidum. Aliqui dicunt utrumq; lachrymū eſſe arboris, quæ
in Italia et alijs locis naſcitur. Aliqui, quod eſt certius, ueluti pinguius,
unctuoſum eſſe dicunt, ualde glutinoſum, aquis paludeſtribus ſuperna=
tare. Hoc igitur ſcafulis imponi, et impletis muſcarijs recondi: in terra B
poſitum ſiccať: et maxime in Iudæa, ſed et in alijs locis fieri dicunt. Col=
ligitur et in Babylonia.

De Aſpalto. CAP. XII.

SICCVM Aſpaltum, quod eſt optimum, fragiliſſimū, et colore ru
ſum, ueluti purpura ſplendens. Quod nigreſcit, pice adulteratur li=
quida. Deinde quod eſt lucidū, et glutinoſum. Vtrumq; odore grauiſ=
mo. Vires autem habet uiſcidas, et efficaciter relaxantes.

De Afroſelino. CAP. XIII.

AFROSELINON in Aegypto tantummodo inueniť. Quod
ita creatur. Ros cœleſtis poſitus, a lunæ claritate in ſpeciem lapi=
s, quem ſpiclarem uocamus, cöagulatus conſtringitur. Vnde nomen
mpſiſſe uidetur. Eius color ceruleus, et lucidus. Poteſt autem omnia
ia capitis potatum emendare, et cephalargijs, et epilepticis unice pro=
t.

De Agrimonia. CAP. XIIII.

AGRIMONIA herba eſt pluribus nota. Cuius uires faciunt
contra uenena, et diuerſas compoſitiones. Huius igitur radicem
eci Eupatorium dicunt: et eſt diaphoretica ualde.

C

De Apio. CAP. XV.

APIVM herba est quæ in hortis inuenitur, omnibus notum, & eius semen facile nouerunt: magis tamē usibus medicinæ ipsum semen aptum est. Mittitur & in purgatorium, & in antidotum. Est autē uiribus acre, & excalfactorium, & diaphoreticum.

De Aniso. CAP. XVI.

ANISVM optimum est Creticum, deinde Aegyptium: Gallicū nouissimum. Veruntamen uires habet acriter excalfactorias & diaphoreticas, & ad usum medicinæ idoneas. Semen aūt eius simile est cicutæ. Si a nutricibus bibatur, lac prouocat: & magis odore est suaue.

De Agarico. CAP. XVII.

AGARICVM ab arboribus excrescit, prout tubera, uel boletus: & est tactu leue, & quasi uanum, ac frigidum ualde, aspectu subrubrum, penitius albedini non dissimile: fui furis gustu: in initio uidetur dulce, sed ex lento euadit amarissimum. Quod autem est optimū, in Ponto maxime inuenitur. Verum quod alijs locis nascitur, multo est inertius. Vires habet, acriter relaxare, & uenenosis morsibus, & putentibus resistere. Sic & uentrem purgat aliquatenus, & choleram, & flegma deponit. Ideo neq; dolorem, neq; uomitum facit.

DE ABSINTHIO.
CAP. XVIII.

D

ABSINTHIVM omnibus notum est, tam Santonicum, quam Gallicum, et Marinum, quod et Ponticū: quod ipsum ex omnibus optimum est, et in succo. Contusa tota herba, et succus eius expressus, et siccatus, uel in aqua usq; ad tertias decoctus, et sic ipsa aqua recocta ad mellis spissitudinem: usui reseruatur ad lumbricos expellendos, quod nemo ignorat.

De Amurca. CAP. XIX.

AMVRCA fæx est olei cum premitur, nigra, et aquosa. Coqui solet ad mellis spissitudinem. Cuius est optima, quæ de recenti coquitur, et sic uetustatem accipit. Vires habet stipticas ualde: propter quod in emplastra mittitur, et in alias multas compositiones.

De Aristolochia. CAP. XX.

ARISTOLOCHIA rotunda est, et longa. Magis tamen ad usum medicinæ eligitur rotunda: & hæc ipsa quæ non est uetusta, grauis, sicca, et quodammodo spissa, et gustu amara. Hæc igitur in emplastris mittitur, et caua uulnera replet: et ad uiperarum morsus, et ad alia uenena intrinsecus facit.

De Atramento. CAP. XXI.

ATRAMENTVM sutorium est quod foditur in metallis, et quod quasi adglutinatur circa foueas in quibus æs inuenitur: et

est quod in summa terra metallorum colligitur. Aliqui & parari ipsum
dicūt de ferro rubiginosissimo, quod in aceto acerrimo multo tēpore ma A
ceratur: & sic feculentum quod subsederit, siccatur. Optimum uero est,
quod est colore quasi sulphureo, et aliquatenus subuiridigans, et oprime
denigrans, si aqua spargatur. Vires autem habet acriter et uiscide strin
gentes, et refrigerantes, et inficientes, unde lanas cito, et alia denigrat.

De Aconito. CAP. XXII.

ACONITVM herba est quę folia habet a sua radice duo, uel
tria, similia cucumeris: et thyrsum non altum, radicem oblongā,
et ad ima magis tenuiorem et minuriorem. Speciem autē habet et colo-
rem ad similitudinem scorpionis pusilli in pedibus. Vires autem habet
quasi tapsia, et ualde uenenosa esse dicitur.

De Artemisia. CAP. XXIII.

ARTEMISIA est subsimilis absinthio, folijs latior, ramis al-
tior et fortior, sed aspectu et colore fere talis, et odore et gustu
quoqꝫ ac ipsa amara. Nascitur locis humidis. Potest acriter relaxare
menstrua, et urinam prouocare, et partum expellere.

De Asparago. CAP. XXIIII.

ASPARAGI et semen, et radix urinam prouocat. Potest aut-
em duriciam relaxare. Vires autem habet aliquatenus calefacto- B
rias, et diureticas.

De Amygdalis. CAP. XXV.

AMYGDALAE et suaues sunt, et amaræ. Vtræqꝫ habent ui-
res stipticas. Magis tamen sunt in usu, et medicinę aptiores ama-
ræ: eo quod stringunt magis.

DE ANAGALLIDE. CAP. XXVI.

ANAGALLIS nascitur locis humidis: et ipsa species habet du-
as. Est enim una ceruleo flore: altera quasi roseo. Verum utræqꝫ
erbæ sunt thyrso humili, et folijs mollib. et pusillis, quasi rotundis, ha-
entes circa ramulos suos radiculas minutas, et subdulces. Stringen-
s efficaciam quidem habet cerulea, quæ in emplastris mittitur. Et suc
sillarum cum melle attico, ad oculorum claritatem facit.

DE AMEI SEMINE. CAP. XXVII.

AMEI semen est pene Aethiopicum Cuminum, minutius quidē
et exalbidum, et quodammodo spissius. Cuius est optimum
od est recens, et non furfurosum. Vires habet acres, et excalfacto-
, et relaxantes: unde prorsus inflationes sedat, et urinas, ac menstrua
uocat.

C De Adarce. CAP. XXVIII.

ADARCIS nascitur locis humidis, circa calamos, quibus adhæret: & est spuma quæ habet speciem spongiæ ad similitudinem alcyonij, sed asperior, & siccior, & leuis ualde. Est acris ad modum ignis, & calefaciens: & si corpus fricatur de ea, cum magno calore punctiones densitate natas facit.

De Amomo. CAP. XXIX.

AMOMVM est genus herbæ odoratissimę, quæ habet ramulos siccos & duros, uirgulis colore subrufo, circa quas foliola tincta & copiosa, & in speciem racemorum implecta. Flosculum quasi uiolam, gustu acri, et calefaciente. Cuius optimum dicitur Armenum: sequens Ponticū: quod ipsum asperius est, et durius. Nam Medum omnium inertissimum: eo ꝙ locis humidis nascitur. Vires aūt habet omne Amomum calefacientis et stringentis. Eligere tamen debemus, quod ab una radicula omnes ramulos suos excrescentes et integros habet, folijs et floribus ut diximus. Reprobare debemus, quod glutinatur ut gumi inunctum cum amomo herba quæ est similis, sed caret odore, et florem habet Origano similem.

De Asaro. CAP. XXX.

D ASARVM radicula est minuta, et nodosa, quasi transuersa, suauiter olens: quæ et in Gallia, et in Phrygia inuenit̃. Verum optimum est Asarum Ponticum, et huius quod est recentissimum. Vires autem habet calefacientes, et cum arrimonia relaxantes: unde et urinam, et menstrua prouocat, et totum corpus excalfacit, cum oleo et uino inunctum, attamen leuigatum.

De Acoro. CAP. XXXI.

ACORVM, HERBA EST quæ thyrsum emittit, et folia lata et oblonga, et exalbida, in summo tensa et acuta quasi gladiolus. Flos aurosus. Radice quoq; implicata, nigriore, nodosa, et gustu acri, et aliquatenus odorata Semen plenum, spissum, integrum ad ipsum odorem: et stringit ut et Meu; et per omnia est efficacius, et magis calefacit. Et extrahere splenem uidetur, sumptum et potatum. Succus radicis illius claritatem oculis præstat mirifice.

De Auena. CAP. XXXII.

AVENA CRESCIT in segetibus, et est tota similis folijs et culmo frumenti. Hæc igitur uires habet leniter, sed efficaciter relaxantes. Et ad omnem tumorem facit.

De Andragne. CAP. XXXIII.

ANDRAGNE omnibus nota est, & uiscide stringit. Proprie tamen masticata, dentibus offensa: quæ ab immaturis pomis fit quam Græci limodiam dicunt, sanat.

De Affodillo. CAP. XXXIIII.

AFFODILLVS nascitur in molli terra, & habet folia simi‑lia Porro, capita circa terram diffusa: thyrsum lenem, rotundum, & oblongum, in summo ramulos excrescentes, habentes florem exalbidum: fructiculum nigrũ: radices quoq; oblongas, & rotundas, quæ sunt potentiores. Combustę enim, & in cinerem redactę, alopitias emendant, & albidas maculas. Decocta, & in aqua ipsa bibita, ad renum dolorem prodest. Vrinam, & menstrua prouocat: & ad tussim ueterem facit. Nam tunsæ et impositæ, radices duricias emolliunt. A

De Abrotano. CAP. XXXV.

ABROTANVM omnibus notum est, et amaritudine & acritate sua ut absinthium proficit: sic & lumbricos occidit.

De Aneto. CAP. XXXVI.

ANETVM uires habet acres, & calefactorias, & diureticas, aptas & idoneas ad omnes inflammationes intestinorum.

De Agrosti. CAP. XXXVII.

AGROSTIS herba est quæ in campis nascitur, & habet folia quasi auena, pusilla, & ueluti uiticulas in terra repentes, nodosas. Radiculas quoq; longas, spissas, nodosas. Fauctum uulnera glutinat: & potata urinam prouocat. Canes etiam cum uolunt purgari, hanc herbam manducant. B

De Arminio. CAP. XXXVIII.

ARMINIVM optimum dicimus, quod est leue, cæruleum, fragile, sine lapillis. Vires habet chrysocollæ, etsi inertiores, proprie tamen genas siccat.

De Alosacine. CAP. XXXIX.

ALOSACINE est ueluti spuma maris, quæ in petris insidet & remanet. Vires habet quas & sal, & omne nitrum.

De Bdellio. CAP. XL.

BDELLIVM lachrymum est arboris quæ in Arabia nascitur in modum resinæ. Optimum quod est pellucidum, cum aliqua pinguedine pro ut chrysocolla: & gustu est amarum, mundũ, & nihil in se stercorosum, aut alienum habet, ad ignem odorem suauem emittens. Potestautem, eo quod penitus excalefacit, duricias neruorum remollire, strictūras relaxare, et ea quæ collectiones habent euaporare. Sed adulteratur gumi. Quod ipso gustu, saporeq; depreheudimus: amittit autẽ sua mordicationem.

De Balaustio. CAP. XLI.

BALAVSTIVM flos est syluatici malogranati. Cuius floris aliquot sunt species. Inuenit enim album: & purpureum simile: quod & ipsum uires easdem habet.

C

De Butyro. CAP. XLII.

BVTYRVM fit ex lacte bubulino, & ouili. Est autem optimũ ouile: quia & calore subrufo, & amplius est pinguius. Quod ita conficitur. Mittitur in cuppã longam, & cum uirga quæ habet in capite rotulam, quæ intra cuppam capere possit, agitatur diutissime: hoc ipsum lac, sicut quod est illius pinguissimum, superne colligitur, & in uasculum reponitur. Optimum ergo est butyrum, quod est pinguissimum, & ex ouili lacte æstate factum. Vires autem habet leniter relaxantes: unde ad uulnæ tumorem, et loca neruosissima, & deligata: prodest & siccitatem pulmonũ proprie uidetur iuuare.

DE BVTRACIO. CAP. XLIII.

BVTRACIVM herba est in modum cicutę, similis apio, crescens ueluti ferula: & in summo florem habet aurosum, & splendidum ualde: radices subalbidas, et longas. Nascitur in locis humidis. Vires habet causticas, & exulcerantes.

De Brionia. CAP. XLIIII.

D

BRIONIA herba est. Radix eius plærumq; habet uastitudinẽ prope & longitudinem pastinacæ, Viribus autem acribus, & excalfactorijs: propter quod oleum in quo cocta est, ad acopia & malagmata facit.

De Croco. CAP. XLV.

CROCVM nascitur pluribus locis: flos mire odoratus. Cuius est optimum, quod cum bona longitudine, æqualem habet uastitudinem, & in summo ueluti apicem albientem, recens, & aspectu ipso prout succinum, perlucens, & ad tactum non humidum, & ad linguam gustum submordens, & saliuam diu, multumq; inficiens. Huiusmodi enim erit optimum. Vires habet omne crocum leniter stipticas: mitigat omnem dolorem, commixtum collyrijs, antidotis, alijsq; pluribus corporibus. Adulteratur uero oleo rosaceo perunctum, atque de fructu leuigato, coneo, spuma argenti, aut malabosiena, aut lapide pasto: sed dinoscuntur ista.

DE CADMIA. CAP. XLVI.

CADMIA FIT IN METALLIS VBI EST cuprum, & argentum. Est ergo optima Cadmia & quasi prima, quã grę ci Butricen appellant, quæ extrinsecus quasi ramulos habet, & intrinsecus subuiridicant. Secunda, quam Moniticem appellant, os erraticũ, quæ est tenuissima & aspectu testæ assimilis. Omnis autem Cadmia stiptica est, et uehementer stringit propter quod ad collectionem ad

miſcetur:& uulnera ſordida expurgat, & munda ad cicatricē perducit. A

DeCeruſa. CAP. XLVII.

CERVSA ſicfit. Acetum acerrimum fundito in amphoram ut impleat quaſi dimidiam. Deinde plumbum delatum & extenua torum ſuper acetum ſuſpenditur: & ſic ipſum ui aceti remiſſum, in am phora ueluti fæx ſubſidet. Qua fæce delimpidata, aceto leuigamus, & in ſole ſiccatā terimus, & ex aqua tamdiu lauamus ut nihil habeat aſperū:& leuigatam aquā in ſole ſiccamus. Cuius eſt optima quę eſt candidiſſima, & non grauiſſima, & quæ lingua guſtata non denigratur. Vires habet ſtipticas, ſed ex aqua, uel uino potata, uenenoſa eſſe dicitur.

DeGumi. CAP. XLVIII.

GVMI lachrymum eſt plurimarum arborum, omnibus notū. Cuius quaſi optimum eligimus, quod eſt candidum et mundū, & glutinoſum. Præſtat autem quod Tragagantum dicimus

DeCalciti. CAP. XLIX.

CAlcitis gleba eſt naturalis, quæ in Cypro inſula inuenitur, colo re ſubauroſa, intus uenas habens defiſſas, ut alumen ſciſſum, & in modum ſtellarum fulgentes. Cuius eſt optimum quod recentiſſi mum, & mundiſſimum, et æqualiter fragile. Poteſt igit̃ ſine mora ue hementer ſtringere. Ad profluuium ſanguinis, & uenarum habetur uti liſſima. B

DeConio. CAP. L.

CONIVM herba eſt nota. Cuius ſemen eſt ſimile aniſi: & in u ius medicinales colligitur. Refrigerat autem, & ſtringit. Sed & ſuccus illius expreſſus ſeruatur. Nam & ipſe eadem præſtat. Verum opti mum conium quod habetur, id eſt Creticum.

DeCaſtoreo. CAP. LI.

CASTOREVM animalculi quadrupedis eſt, quod Caſtor appellatur. Teſticulos huius animalis Caſtoreū uocant. Circa umina capitur. Optimum eſt Caſtoreum Ponticum. hoc enim pluri um inuenitur, cohęrentibus ſuis teſticulis, penitus ſiccū, colore renio, dore grauiſſimo. Poteſt igit̃ firmiter excalfacere, & relaxare, et ſimili lmare longa uitia neruorum, quæ nimis dolentibus contrahuntur.

DE CALCHANTO.
CAP. LII.

CHALCHANTVM IN METALLIS INVE ur: cuius quod foditur optimum dicimus, quod eſt colore cæruleo ius quam pallido. Eſt & aliud quod ex hoc quidem fit, admixta a qd coquit̃ in plumbino uaſe ſatis amplo, in quo & Calchantū inue r in glebas diſpertitū, & adglutinantum. Verū optimum, quod eſt

C colore, prout diximus, cœruleo, graue, mundum, perlucidum: & uiscide stringere potest.

De Crocomagmate. CAP. LIII.

CRocomagma fit expressis aromatis crocinis unguenti, et est quasi globata, & oblonga. Cuius optimum dicimus, quod croceum habet colorem, & similiter redolet ut myyrha, & gustatum linguam subsmordet, dentes quoq;, & saliuas, & manus inficit, graue & minime assulosum. Vires quoq; ut ipsum crocum repræsentat stipticas. nam et hoc leniter stringit. Plures autem in compositiones mittitur, propter precij distantiam pro croco, crocomagmate utentes.

De Coloquintide. CAP. LIIII.

COloquintis est Cucurbita syluatica. Nascitur maxime in Aegypto, magnitudine infantilis pedis: gustu amarissima, notaq; pluribus. Hæc igitur amaritudine & acredine sua, uiscide, & conuexatione totum corpus commouet. Sic & uentrem purgat, et in antidotis cōmiscetur.

De Centaurea. CAP. LV.

CEntaurea herba est origano similis, alia maior, alia minor. Verum folia habet magis sublonga, & rotunda, incisa quasi ferula.
D Ramulos ab ipsa radice longos, & plures: in quorū summo est flosculus purpurascens. Vires habet cum aliqua exasperatione relaxātes: unde totum uentrem purgat, & nigram bilem prouocat, & menstrua admouet, & partū expellit. Radix eius est candens uelut ignis, mollis, fragillis. Succus acris cum magna amaritudine, colore subrufo: & prodest suspiriosis, tussientibus.

De Chelidonia. CAP. LVI.

CHelidonia herba est omnibus nota, quæ succum quasi crocatum emittit: qui collyrio admixtus, ad caliginem oculorum facit.

De Cetro. CAP. LVII.

CEtrum lachrymum est arboris eiusdem nominis, solidum, uiscide, efficaciter, & cum uexatione refrigerans, et stringens: propter quod maxime catoriricis admiscetur.

De Cinnabare. CAP. LVIII.

CInnabar non est sanguis draconis, sicut aliqui putant. Optimū est quod in Hispania fit. Hoc enim splendidissimum est, & coloratissimum, colore sanguinis, ueluti coccinum. Potest igitur leniter stringere: quapropter collyrio adhibetur, sed & coloris gratia. Inficit enim et colorea adhuc magis quam hæmatites. Aliqui dicunt idem esse Miniū, cum Cinnabare.

De Cera. CAP. LIX.

CEra omnibus in locis inuenitur. Sed optimā dicimus, quæ aliquatenus pinguis est, munda, odore suaui, & quasi melleo. Verū

omnis cera molliter relaxat duricias: propter quod in emplastris mitti- A
tur, & acopa, & malagmata.

De Cicere. CAP. LX.

CICER semen est omnibus notum. Cuius efficacia fere talis est, qualis & apij: hoc tamen aliquatenus venosius inuenitur esse, & magis ad cōpositionem idoneum: uerū in antidotia, et purgatoria mittit̃.

De Cypero. CAP. LXI.

CYPERI radiculi sunt pusilli, nō dissimiles longis oliuis. Qua- rum eligimus quæ sunt grauiores & pleniores, sed & duriores, & ueluti lanuginem habentes similem spicæ, ac colorē fortiorem haben- tes, redolentes suauiter, & gustu acri, & subamaro. Viribus excalfaci- entibus, & aliquatenus stringentibus.

De Cocognidio. CAP. LXII.

COCOGNIDIVM fructus herbæ, quæ in montuosis locis crescit: hic uero colligitur, ac in sole siccatur. Et duos habet ue- luti cortices, unum extrinsecus rubrum, alterum quasi nucleum habet al- bum. Purgat uehementer, & si sincerus glutiat̃, nimio suo calore urit ut ignis ore, & fauces calefacit.

De Cyclamine. CAP. LXIII.

CYCLAMEN herba est quæ radicem habet nigram, corticē in specie rapæ: habens thyrsulum pusillum: circa quem folia similia hederæ, sed nigriora, tria, uel quatuor: & floscellū roseum in spe- B
cie uiolæ. Hæc igitur radix quo tempore tota herba florescit conciditur, et in pilam mittitur, et sic pressuriolo succus eius exprimitur, et in patella fictili siccatur: uel etiam coquitur, usq; dum mellis habeat spissitudinem.

Vires habet acres, et excalfactorias: unde et uentrem purgat, ipse suc- cus potatus, et caput. Cōmixtus cum lacte, aut melle, aut cum aceto, et per nares infusus, suffusiones super oculos inunctus dissipat.

De Costo. CAP. LXIIII.

COSTVM. Radiculæ sunt non ignoratæ, subalbidæ, planulæ, spissæ, et siccę, non uermiculosæ. Tale est enim optimum Co- stum. Sed et gustu submordet, et excalfacit. Hæc omnia in se habet q̃d ex Aegypto adfertur. Sequens est Arabicum. hoc enim leuius est, et o- dore suauius. Deinde Indicum, quod est uastum, et nigrum, & leue ue- lut ferula, infirmissimum. Est et aliud colore buxeo, et graue ualde, et o- dore acre. Verum omne Costum uires habet acres, stringentes, et ex- calfacientes.

De Cantharidibus. CAP. LXV.

CANTHARIDES animalcula sunt. Quorum sunt effica- cissimæ quæ in specie frumenti adhuc florentis inueniuntur, ua- riolę, et quasi strictę circa pennulas suas, uiolaceo colore, oblongæ, et ua-

C ftæ. Inertiores ẽm ſunt, et minores, et latiores, quæ circa roſas colligunt, et adhuc infirmiores, quæ unius coloris ſunt. Hæc aũt animalcula uapore aceto ſuffocantur, et in uas non picatum reponuntur. Faciunt in aliqua antidota, et in aliqua cauſtiça: ſed uenenoſa eſſe dicuntur.

De Chryſocolla. CAP. LXVI.

CHRYSOCOLLA eſt quaſi puluis uiridis ualde. Cuius optimam dicimus Armeniam. eſt enim leuis, et ſine ulla aſperitudine, et omnium uiridiſſima. Sequens eſt Macedonica. Poſt quas Cypria, æruginiſimilis. Verum omnis Chryſocolla uires habet acres, et ſtipticas: unde et collyrijs ad lachrymam facientibus miſcetur: et in cæteris carnes laxantes reſtringit, et ſiccat.

De Calce uiua. CAP. LXVII.

CALX uiua fit ex lapide, et eſt uiſcidiſſima quæ eſt recens uſta. Miſcetur autem in emplaſtris, et eſt cauſtica. Vires habet acertimas.

De Coliandro. CAP. LXVIII.

COLIANDRVM notiſſimum eſt omnibus. Huius igitur ſuccus uiſcidæ uirtutis eſt, refrigerat, et ſtringit. Propter quod ad ignem ſacrum proprie facit, ſi ipſa folia trita, et impoſita. Item ſemen eius tritum, et potatum cum oleo, lumbricos occidit.

D De Comino. CAP. LXIX.

COMINVM, id eſt, Ciminum. Veriſſimum uidetur Ethiopicum: ſequens Aphricum. Verum omne ciminum leniter relaxare, et calefacere poteſt. Sic et inflationibus, et torſionibus prodeſt.

Chamæleonte. CAP. LXX.

CHAMAELEON herba eſt. Inuenitur aũt nigra, et alba. Verum alba folia habet circa radicem in terra, uaria, denſa, aſpera, quaſi ſpinoſa, et in medio quaſi acute furculata. Florem purpureũ, denſum, et minutum, qui et ipſe albeſcit. Semen eius quaſi Cnici. Radicem albam, et uaſtam, mollem, grauiter redolentem, guſtu ſubdulcem, quæ cum paſſo urinam mouet, hydropicos ſiccat, lumbricos occidit. Nigra deinde quæ eſt, folia habet teneriora et pauciora, et ſubrubicunda. Thyrſulum oblongum, ad craſſitudinem digiti, et ipſum rufum: in quo ſummus culmus et flos ſpinoſus, hyacinthino colore. Radicem uaſtam, et nigram, et uariam, ſpiſſam, ſubrufam, mox ſubmordentem ſi maſticetur. Quæ facit ad maligna uulnera quę Græci cacöete dicunt. Item maculas et lentigines cum alijs commixta rebus tollit. Vtræqꝫ tamen in quibuſdã locis circa folia ſua dicuntur uiſcum emittere.

De Cardamomo. CAP. LXXI.

CARDAMOMVM ſemen eſt quod naſcitur in Arabia, & in alijs locis. Optimum quod eſt flauum, plenum, graue, durum, & quaſi lentum, nõ rugoſum, & totum concluſum: & ſi frangatur,

pulnerosum, gustu subamarum, & excalfaciens, odore graui. Vires A
habet acres, & calefactorias, & relaxantes: unde torsiones, & inflammationes uentris sanat, & urinam & menstrua prouocat, & partum expellit, & ad tumores uentris facit.

De Chamaemilon. CAP. LXXII.

Chamaemilon herba est omnibus nota. Cuius uirtus et efficacia est cum suauitate calefactoria, & cum omni dulcedine temperata, sudorem prouocans.

De Calamo aromatico.
CAP. LXXIII.

Calamus aromaticus optimus est qui in India crescit, subrufus, & nodosus, maxime iuxta radicē, intus exalbidus, & quasi aranea, habens cum frangit, plurima sestacia sicca & minuta, odore suauissima: gustu et uiribus stipticus et glutinosus, acris, et excalfaciens. Reprobamus autem qui aut exalbidus est, aut nigricans: et nodos raros et paucos habet.

De Chamaedry. CAP. LXXIIII.

Chamaedrys herba est oblonga: cuius folia sunt similia quercui, sed minora, gustu amara: thyrsulum & florem ex parte habet rubicundium. Nascitur locis asperis. Vires autem habet acres, et relaxantes: propterea ad tussim ueterem facit, et menstrua, Et urinam B
prouocat. Sed et partum expellit: et hydropicis prodest.

De Cassia fistula. CAP. LXXV.

Cassia fistula plures habet species, et uarijs locis colligitur. Optima est, quae in Arabia colligitur. Est enim aspectu gratissima, colore rufo, tenuis, leuis, longa, fistula maior, attactu leuissima. Huic cortex est uirgularum tenuis, quae sibi crescunt tenues et oblongae. Qui cortex tempore certo a uirgulis suis recedit, et quasi tabulas abducit, prout dracones squamis exui dicuntur. Verum omnes cassiae fistulae uires habent acriter excalfacientes, et stringentes: unde ad omnia uitia thoracis facit: et in antidotis mittitur, aliquando pro cinnamomo, duplicatis ponderibus eius.

De Cifi. CAP. LXXVI.

Cifi est quasi suffimenti genus. Quod ex his rebus conficitur. Calami aromatici cymas, aspalti ana lib. 1. smyrnis lib. 1. cyperi, uini ueteris, et uuae elapidatae pulueres, qui ut possunt tunduntur, et cribrantur, et siccum relinquis: in uino macerantur uno die: deinde aspaltum comburitur, et leuigatum aspergitur, et tūc mellis decoctio admiscetur: et sic omnia diligenter in unum commouentur, et in uase fictili reponuntur. Hoc antiqui ad eos utebantur, qui a pestilentiosis causis laborabant. Medici autem illud in aliquam compositionem mittunt. Potest autem acriter relaxare.

C
De Cinnamomo. CAP. LXXVII.

CINNAMOMVM. Sunt quasi ramuli & uirgulæ, quæ habent radices plures, et crescunt rectę, minutæ, longæ, colore subrufo & extenso, cortice succoso, qui cortex ungue non facile abraditur, nodulos plures ex interuallo habentes: & in medio leues: & si franguntur, quasi puluerem emittant, odore omnia uincentes. Fere enim hæc maxima probatio est, quod est omnium rerum odoratissimũ. Gustu quoque et uiribus est acre, et excalfactorium, et extensum: stringit, et submordet: propter quod in multis compositionib. mittitur: tum in antidoto preciosa.

De Cucumere erratico. CAP. LXXVIII.

CVCVMER erraticus nascitur locis maxime sabulosis, & est per omnia dulcis, cucumeri similis, sed illo longe asperior, et multo breuior, & minor. Radice igitur uastissima, iamque leuigata, et pro fomento imposita, ad olitanas, duricias neruorum, et podagram facit. Eadem tunsa, et tribrata, omnes maculas de corpore tollit.

De Coniza. CAP. LXXIX.

CONIZA omnibus nota est. Cuius folia pro acrimonia sua uiperas, et serpentes fugant: et ad morsus earum faciunt: sed et uuluæ uitia remediant.

De Colciconi. CAP. LXXX.

D COLCICONIS hissesphemeris est. Hanc ipsam herbã aliqui Bulbum erraticum dicunt. Effert autem florem album. Deinde folium emittit quasi bulbi fructum, thyrsum rubrum. Radicem subrufam et nigricantem, intrinsecus albam et mollem, dulcem, lacte plenam: quæ dicitur molestæ et graui strangulationi occurrere, et præcisos ferro sanare.

De Clematide. CAP. LXXXI.

CLEMATIS. Aliqui hanc Vitem dicunt. Habet autem flexibilia, subrufa, et quasi circumplexe folia acria, et exulcerantia: fructumque similem. Hæc flegmata deducit: et purgat.

De Cnico. CAP. LXXXII.

CNICVM thyrsulos habet bene longos et spinosos: capitula et folia habens oblonga, aspera, et incisa, et ipsa spinosa. Flos quasi crocum: semen oblongum, et quasi arnoglossæ, rubrum, et album. Quod totum uentrem purgat, flegma et choleram deponit, sed mediocriter. Tunditur ergo semen eius, et exprimitur succus eius, datur in ptisana, aut in iuscello pulli. Alij mel, uel anisum, et amygdala miscent: et faciunt dysentericis magnum adiutorium.

De Corallio. CAP. LXXXIII.

CORALLIVM est colore rubrum, et quasi arborosum. Vires habet stipticas: unde sanguinem exscreantibus mire prodest.

De Cuculo. CAP. LXXXIIII.

CVCVLVS græce Croconon dicitur. Alij Strignum uocant. A
Est herba facile nota. Nascitur & in hortis, ramulos habet pluri=
mos, & diffusos: folia maiora & latiora: fructum fert rotundum: qui uiri-
dis primum similis uuæ, deinde cum maturuerit, niger efficitur & dicitur
Vua lupina. Vires igitur stringentis, & bene refrigerantis habet.

De Calchanto. CAP. LXXXV.

CALCHANTVS in metallis fit. Optimum est quod est ro=
tundum, graue, & aliquatenus splendidum, siccum, fragile si leui
gatur. Adulteratur uelut scuua æris quæ frangitur. Verum æris floris uires
habet uiscidas, et stringentes. Sic enim cicatrices deducit, & factas in ocu-
lis extenuat.

De Ciano. CAP. LXXXVI.

CIANVM optimum habetur, quod et ualidissimū est, cærule=
um. Inuenitur autē in metallis in quibus æs conflatur, et quibus-
dam littoribus maris. Habet uires acriter stringentes, & quodammo-
do causticas.

De Cornu ceruino. CAP. LXXXVII.

CORNV ceruinum uires habet stringentes. Vnde ad omnē
profluuiū facit. Sed & limatur, & raditur, & in ouo in potum
datur, lumbricos expellit. Itē suffumigatū, uiperas & serpentes fugat. B

De Cöagulo. CAP. LXXXVIII.

OMNE Cöagulum stringere potest: unde ad omne profluuium
& aptissimum & utilissimum habetur.

De Diptamo. CAP. LXXXIX.

DIPTAMVM herba est mollis, quæ quasi ramulos emittit ro=
tundos, & exalbidos, & oblōgos, nodulos copiosos habentes: circa quos
folia excrescunt similia mentæ, sed exalbidiora, & angustiora, & in summo
ramulo flosculum roseum. In hoc ipso uelut semen nigrum producit o=
dore pene artemisiæ, sed suauiore, & gustu lente excalefaciens, & leni=
er stringens. Proprie tamen urinas mouet, & menstrua prouocat:
ed & partū mortuū expellit. Et odore suo uipeeas, et serpentes interficit.

De Diffrigi. CAP. XC.

DIFFRIGIS est ueluti fæx aquæ: conficitur et in uino, et aqua ex
nguntur: aut de lapide pyrite conficitur similiter ut calx uiua. Vir=
s quoque eius robusta est, & quod naturaliter in metallis lutosum & liqui=
m inuenitur, primum in sole siccatur, deinde coquitur. Potest igitur
cidissime stringere, & in modum niuis refrigerare. Vnde optima
imus, quæ gustu ualidissima, & stiptica est.

De Driocteri. CAP. XCI.

DRiocteris Filix est quæ in arbore crescit, quam græci Polypodi=
on uocant, Aluū mollit, Per omnia illius terrestris species.

C

De Dauco. CAP. XCII.

DAVCVM optimum est Creticum. Hoc igitur radiculam habet longam, grossitudine digiti: thyrsulum eadem longitudine, in cuius summo floscellum exalbidum, in medio quasi semen pelorũ magnitudine mellei. Et est aliud, cuius semen oblongum uidetur, & cimino similatur. Tertium uero quod cumulum habet quasi coliandrum. Verum omne daucũ uires habet acres, & excalfactorias. Sic protinus ad gustum linguam remordet, & excalefacit. Vrinam quoq; & menstrua prouocat, & partum deducit. Et ad tussim ueterem, et omnia uitia thoracis quæcunq; fuerint idoneum est.

De Dorigano. CAP. XCIII.

DORIGANVM, quod Alicacabũ aliqui dicunt. Folia habet colore similia oliuæ, longiora tamen, & asperiora: florem albũ, semen quasi orobi in folliculis: quod aliqui quasi amatorium describunt. Verum tota herba uenenosa est.

De Elidro. CAP. XCIIII.

ELIDRVM radicula est magnitudĩe digiti: cuius eligimus quod est spissum, et siccũ, non uermiculosum, gustu excalfaciens. Vires habet acriter relaxantes: & maxime ad oculorum claritatem facit.

D

De Euforbio. CAP. XCV.

EVFORBIVM lachrymũ arboris est quæ in Mauritania nascitur: & ut aliqui uolunt, in partibus Italiæ quæ Galliæ iungitur. Optimum Euforbium quod est recens, subalbidum, et glutinosum ad similitudinem minuti thuris, gustu lento, linguam uehementer mordens, & excalefaciens. Potest autem purgando humores stringere, & excalfacere aquatos humores, prout sinapi alexandrinum, quia est nimis acutum, & igneum, maxime hydropicis datũ, & colicis, & omnibus qui frigidi sunt uentris. At cholericos turbat, & sitim grauem facit: quia nimis exsiccat. Commiscet autem ei petroselinum, aut anisum, aut ciminum.

De Ebeno. CAP. XCVI.

EBENVM genus est ligni quod in Ethiopia nascitur. Cuius optimum, quod est nigrum, et æqualiter leue, simile sua leuitate corni. Est & aliud in India subrufum, uerum melius est ad usum medicinæ quod prius diximus. Vires habet gustu acres, & aliquatenũ stipticas. Vnde in collyriũ miscetur, & ad uulnerum olitana facit.

De Eleadrachi. CAP. XCVII.

ELE Adrachi. Oliuæ lachrymum est, et gummi assimilatur. Similiter ab ipsa matrice oliuę manat, maximeq; in Ethiopia inuenitur, Cuius optimum quod recens, mundum pingue, rufum, gustu submordens. Vires habet nõ leuiter excalefactorias, & ad oculorũ caliginẽ facit.

De Elaterio. CAP. XCVIII.

ELATERIVM succus est erratici Cucumeris, qui hac ratiõe con

A ficitur. Collectis pluribus cucumeribus prius quam ad plenam maturitatem ueniant, ipsos omnes incidimus, & in colum mittimus, supponentes aliud uas, quod succum excipiat illorum: & sic mittimus illos, & subprimimus: ut non solum humorem exprimamus, sed etiam ipsius cucumeris, quicquid est carnosum. Deinde sicut fieri potest siccamus in patella fictili, atque paulatim delimpidamus. Si quid uero aquosum supernatat, et quod est inmundum, quasi fæculentum, in mortario leuigamus, et in pastillos redigimus. Aliqui & aquam admiscent pluuialem, aut marinam, & rursum delimpidant, deinceps cætera similiter faciunt. Optimũ est Elaterium quirinaicũ. hoc enim candidissimũ est, & leuissimũ, & maximam habet amaritudinẽ: & gustu aliquatenus excalefacit, & saliuã eijcit in modũ ueratri. Quod aũt quasi pallidũ, & fuscius, & asperũ, & grande, uilius est. Vires habet similes Elleboro, uel etiã uastiores, totũ enim corpus permouet. Sic & uentrẽ uiscide purgat, & uomitũ suscitat. Et si plus sumatur, uenenosum esse dicimus. Sed et adulteratur amilo: propter candorem, & leuitatem, & ipsius pollinem. Item orobi farina, uel succo ipsius radicis. Hæc tamen intelliguntur, eo quod amaritudinis & candoris quem diximus aliquid admittit, & aliquid grauedinis assumit, nec ad gustum sic excalefacit.

De Erificio. CAP. XCIX.

B ERIFICIVM herba est quæ in summis montibus inuenitur, quæque folia similia habet apio: & thyrsulũ oblongum, in cuius sumõ flosceilus quasi uiolaceus. Habet & semen in medio. Radicẽ quoque et magnitudine, & uastitudine in specie cepæ oblongæ. Quæ radix alias radiculas minutas e lateribus mittit nigras, cortice clausas. Viribus est aconito & tapsiæ similis: propter quod gustu omnes illas probare deuitant.

De Elenio. CAP. C.

ELENION est herba omnibus nota. Nam & in hortis nascitur: & est similis Lapatio syluatico. Folia ijsdem asperiora & latiora habet, thyrsum albidum, in cuius summo florem aurosum. Alij sine thyrso describunt. Radicem bene olentem, uastam, subrufam, amaram. Huius igitur folia ex uino cocta, et imposita, renium uitia emendant. Item succus ipsius cum ruta, tussientibus & ruptis prodest. Vrinam quoque, & menstrua, & partum expellit.

De Eruca. CAP. CI.

ERVCA omnibus nota est. Vires habet excalfactorias & diureticas: & ob id pro sua uirtute ad uenerem proritat.

De Edera. CAP. CII.

EDERA nascitur diuersis arboribus, parietibus, petris, & terra: omnibus nota. Huius folia potata, dysentericos remediant. Bene trita, & pro fomento imposita, ad cõbusta, & uulnera cancrosa faciunt.

C

DeElelisfaco. CAP. CIII.

ELELISFACVS herba est exalbida, et oblonga: habet uasta, & quadrata folia, aliquatenus aspera: odorem suauem, fructum in summis ramis quasi orminij gerentē. Nascitur locis asperis. Potest autem acriter stringere, propter quod ad dysenteriam facit. Et succus foliorum eius capillos generat, & urinam prouocat.

DeEpithimo. CAP. CIIII.

EPITHIMVM flos est herbæ subuiridis, nauseam prouocans: quod & uentrem temperat, & uomitum facit. Sed thymi flos ex albidus est, & asper, & plurimum in Pamphilia inuenitur. Ambo igitur æquali uirtute purgant per os flegma, & per aluum choleram nigrā.

Fortiter tritum, & cum uino dulci, aut cum mellicrato misce, & modico salis, dabis quibus præcordia ab inflatione uexantur, & epaticis, & qui suspirium patiuntur.

DeErpillo. CAP. CV.

ERPILLVM herba est quæ in hortis seritur, & campis sabulosis et lapidosis crescit. Iacet, serpens ramulis tenuibus, & oblongis: folijs, densis, pusillis, odore suaui in modum samsuci. Flosculum habet

D in summo rubicundum. Inuenitur autem aliquando et stans. Potest autem urinam, et menstrua prouocare. Et in fomentationē capitis phreneticorum, & lethargicorum aliqui illo utuntur.

DeEritrodano. CAP. VI.

ERITRODANVM ramulos habet tenues, et quasi nodosos, & folia ex interuallo, & iuxta singula ueluti stillulas. Fructum rotundum, uiridis rubicundum, & in maturitate nigrum. Radiculam tenuem, pusillam, rubicundā. Est aūt diureticum, cuius usus ad eadem proficit, ad quod & alia diuretica diximus.

DeElatine. CAP. VII.

ELatine herba ramulos quinq; habet, uel sex, tenues et oblongos: folia quasi elxine pilosa, & stiptica. Vnde pro fomentis imposita lachrymam oculorum stringit. Cocta deinde, & manducata, ad dysentericos facit.

DeEbulo. CAP. CVIII.

EBVLVS, & sambucus uidentur quasi magnitudine differre, similitudinem & foliorum & granorū habent, & fere easdem uirtutes. Proprie tamen ebuli radix hydropicos exinanit & purgat. Sed & ipsa folia cocta & manducata, uentrem purgant.

DeErice. CAP. CIX.

ERICE ACRIS est ualde, propter quod & serpentes & uiperas fugat:

De Ficu. CAP. CX.

À

FICVS fructus eiusdem arboris. Qni nimium comestus, stomachum conturbat, uentrem deponit, feruorem nutrit, sudorem prouocat, sitim prohibet. Siccæ uero, quæ caricæ uocantur, stomacho utiles sunt, sitim operanĩ, & uentrẽ malaxant: faucibus, arterijs, renibus, uesicæ utiliter prosunt: & eos qui tarde spiritũ recipiunt, iuuaut. Hydropicis prosunt: thoracis sordiciẽ purgant. Decoctæ uero cum hysopo, & cornu ceruino potui datæ, tussibus antiquis prosunt, et pulmonũ uitia emendant. Cum aqua uero mulsa decoctæ, arterijs, & pulsellis tumentibus optimum gargarisma est. Duricias, parotidas, & feruores soluunt, si cum irio, & nitro decoctæ imponuntur. Crudæ similiter nitro & calce permixto, duricias, & omnem reumatismum emendant. Si cum fenugræco in aceto coquantur, & cum eodem succo permixtæ imponantur: impetigini, & maculis utile est.

Caricæ.

De Fœniculo. CAP. CXI.

FOENICVLVM est omnibus notum: de cuius radicibus cõtusis in pila lignea, lintheo succus exprimitur. Idoneum est ad multam medicinam.

❧ AD Lectorem.

Ne tibi Lector optime, imponat, quisquis ille sit, qui Autoris nostri hucúsq; fragmenta mordicus tenet, dum omni conatu, operaq; id laboris impendimus, ut integrum Oribasij opus habeas, ecce in plærisq; hic mutilus & detruncatus apparet, si Capitum seriem præscriptam suspexeris. Vnde tu boni consulas, ijs saltem quæ ob oculos posita sunt, deliciari. Reliqua uel ex Simplicium descriptoribus uenari facile liceat: hæc uero non delituisse pulueribus obsita, longe pulcrius uisum. Vale.

C

DE

IN DIETAM Theodori Medici, Præfatio.

Ne frustra mortalium deficiat genus, ad regendam nostrorũ corporum sanitatem, officia ciborum scientiam nostram nõ lateant: ut & salubria appetere, contraria cautius uitare possimus: hac monitione diligenti, quam semper saluti humanæ debui, nunc etiam Dietam uitæ præscribere libuit, bona ualetudinis conscientia, ut delectet in ea ratio, per quam sani esse possimus.



De Hordei natura, & ijs quæ ex illo parantur. CAP. I.

D HORDEVM natura frigidum est, & humectum. Succus eius si candidus fuerit, uentrẽ purgat, corpus infundit, & infrigidat. Ptisana pinguis & matura, nutrit, & infundit, & uentrẽ procurat: sed ipsa ptisana frigida est, & infrigidat, & uentrem constringit. Succus ex cantabro & lenis est, & uentrem procurat. Succus polentæ, quam græci alfitam appellant, infrigidat, & uentrem constringit, & uires acquirit. Succus alicæ, infundit, & nutrit, & uentrem procurat. Succus hordei omnis infundit, & uentrem stringit, & uires acquirit ac nutrit.

De Tritici uirtute, & uarijs generibus Panis. CAP. II.

TRITICI uirtus solidior est quã Hordei, plus nutrit, sed uentrẽ stringit: similiter & succus eius. Panis qui mundus siccat, & uentrem procurat. Panis ex fermento leuior est, & uentrem satis procurat.

Panis azymus, id est, sine fermento, plus nutrit, & minus uentrem deducit. Panis de hordeo stringit, et uires continet. Panis de alfita plus nutrit quã cæteri, & minus uentrem procurat. Panis de adore, id est, frumento, fortis est, nutrit, & uentrem minus procurat. Omnis panis qui minus coquitur, plus nutrit. Panis calidus corpus exiccat. Buccellatus exiccat, & corpora extenuat. Panis frigidus minus desiccat.

Pultes ex farina cõmuni, plus nutriunt, & uentrem stringunt. Pultes ex farina candida, plus nutriunt, & uentrẽ plus procurant. Pultes ex lacte coctæ plus nutriunt, & plus uentrem procurant: multo magis si ex sero fiant. Pultes ex melle & oleo coctæ, nutriunt quidẽ, sed lædunt,

& uentrem non procurant. Siligo alicæ fortiter cocta, nutrit simul, & uentrem procurat: succus eius infundit & infrigidat. Tritici farina recens siccior est, & minus uentrem procurat. A

De Lacte diuerso. CAP. III.

LAC omne quidem nutritorium est, excæpto bubulo: quoniam graue est ad digestionem, & uentrem stringit fortiter. Lac caprinum recens leue est, & uentrem procurat. Lac ouillinum similiter. Lac equinum magis utilius est. Lac asinæ plus omnibus superioribus nutrit, & uentrem purgat: sed & uires multum acquirit.

Lac caninum infantibus magnum est tutamentum, maxime si ab infante ipse canis fugatur.

DE LEGVMINIBVS uarijs.
CAP. IIII.

LVPINI calefaciunt, & nutriunt, & sunt digestibiles, & uentrē deducunt. Cicer uentrem & urinam procurat. Pisum uentrem procurat. Sisamū siccat, inflationem facit, & uentrem stringit, membra impinguat. Sisamū infusum non tantū uentrem stringit, sed inflationem & pinguedinem corporum facit. Fasiolum uentrem & urinam procurat. Lenticula stomachum mouet, & uentrem stringit.

Cicercula uentrem procurat, & stomacho inflationem facit. Papauer nigrum uentrem stringit. Papauer album nutrit, & uentrem procurat. B

De Fabæ natura. CAP. V.

FABA integra nutrit corpus, & uentrem stringit. Inflationem facit, & flegma deficcat. Faba fracta nutrit, & uentrem procurat: tumoribus oculorum magnum remedium est.

DE ANIMLIBVS uarijs.
CAP. VI.

OVNIA animalia, diuersa, agrestia et syluestria, ficciora sunt his, quæ in domibus nutriuntur. Cætera uero quæ uino condiuntur, & siccant, & nutriunt, & calefaciunt. Oxyzoma uero nutriunt cōpetenter, sed minus calefaciunt. Carnes sale conditæ & coctæ, minus corpora nutriunt, & deficcant, et tenuant, uentrē sufficienter procurant.

Bubula fortis est, et nimium uentrem stringit, et stomachi humores superfluos abstergit et consumit, fortitudine et grauedine sua. Vitulina minus quidē, sed tamen similiter. Caprina leuior est, et minus uentrem procurat. Porcina plus nutrit, et minus uentrem procurat.

Porcellina minus nutrit, et plus uentrē procurat. Veruecina, Ouilina, et Agnina digestibiles sunt, plus uentrem procurant. Hædina similiter, ut Caprina. Porcellina garimatia minus nutrit, et uentrem et urinam prouocat. Caprearum agrestium caro, ficcior est domesticis, et uentrem stringit. Ceruina similiter, sed uentrem stringit.

C Aprina plus nutrit, et plus siccat. Leporina plus stringit uentrem, membra desiccat, et urinam mouet.

DE VOLATILIBVS. CAP. VII.

OMNIA Volatilia natura ficciora sunt quadrupedibus: eo quod neque uesicas ad urinas segregandas concessas habeant, neque saliuas emittant. Fasianus siccæ naturæ est, uentrem stringit. Parix similiter. Perdix, et Turtur ficciores sunt, urinam mouent. Palumbus mansuetus, uentrem stringit, plus nutrit. Galli, Gallinæ, Pulli minus sunt ficci, uentrem procurant, nutriunt competenter. Gallinæ rusticæ & Anseres humidiores sunt, & uentrem procurant. Turdus similiter ut Perdix. Ficedula minus siccat, uentrem procurat. Anates, circicula, fulica, uel butiones, humidæ sunt, & uentrem procurant. Strutio minus infundit, & uentrem procurat.

DE PISCIBVS diuersis. CAP. VIII.

PISCES aliqui natura ficciores sunt: ut est scorpius, conchilia, draco glaucus. Omnes asperi semper leuiores sunt, & delicati: quia ociosi sunt. Omnes qui fluctibus & tempestatibus cæduntur, so-
D lidiores carnes habent, & sunt digestibiles. Pulpus, & Sepia uidenter esse leues, neque nutriunt, neque uentrem procurant: et oculis obscuritatem adijciunt: sed iuscella eorum uentrem deducunt. Anguilla grauior est omnibus. Tinnus siccat mediocriter, uentrem deducit. Lupus uentrem, & urinã procurat. Mugila & Solia similiter. Mullus ficcior est, & urinam procurat. Asellus leuior est, et uentrem deducit. Aurata ficcior est, uentrem stringit, sed interiora eius uentrem deducunt. Murena humidior est, et uentrem procurat. Locusta et Rombus ficci sunt. Sardinia corpus et dentes siccat, et urinam prouocat. Vmbra humectat, et uentrem procurat. Higynus similiter uentrem soluit. Acerna ficcior est, et urinã procurat. Scaurus et Torpedo similiter. Cancri siccant, et urinam procurant. Ostrea humida sunt, leniter uentrem et urinam procurant.

De uirtute Pigmentorum, et Herbarum. CAP. IX.

CASTOREVM calidum est, et diureticum. Dragantum frigidum est. Crocum frigidum est, et scalticum. Melilotum æquale est. Sampsucum calidum et calasticum est. Adarce calidum est. Liquiricia frigida est, et dulcis. Spica nardi calida est, et diuretica. Spica celtica, et cassia æqualis est, et stiptica. Alöe calidum est, et diaphoreticum, intus catarticum. Myrrha calida et glutinosa, et scaltica est. Piper calidum est, et catarticum.

Meu æquale, & diureticum est. Gutta ammoniaca calida, & diure=
tica est. Thus calidum, et glutinosum est. Mastix intus catartica, fo= A
ris tonetica. Hysopus æqualis est, sed plus est calidus. Zinziber ca=
lidum, & catarticũ est. Foliũ frig. & toneticũ est. Costum cal. est, &
catarticũ. Agaricũ cal. est, foras purgationi æquale est. Ros syriacus
frigidus, & scalticus est. Galbanum calidum & calasticũ est. Saga=
pinum calidũ est. Petroselinum calidum est & diureticum. Dau=
cus creticus calidus & diureticus est. Squinantũ calidũ et thermanticũ
est. Iris æqualis omnibus est. Semen balsami calidũ est, & aromati
cum. Euforbiũ igneũ, & catarticũ est. Cardamomum calidum est.
Garyophyllum calidum est. Panaci radix calida est. Opium
frigidum est. Iris illyrica amara & purgatoria uulnerum est. Storax
æqualis est. Opobalsamum calidum est. Spuma argenti frigida
est. Chamepitys herba est cal. & diuretica. Tripsaca herba calida,
& diuretica est. Aristolochia herba calida est. Hediosmus
herba est calida. Centaurea herba est amarotica. Peuce=
donum herba est calida. Betonica herba est
plus omnibus habens uirtutem. Resi=
na terebintina calida est. Resina pi=
cuina cal. est. Resina colopho
nia calida atque frigida est.

DE HOLERIBVS diuersis.
CAP. X.

QVAECVNQVE genera holerum in ore ueluti calidi & bo= B
ni odoris sensum habent, ut est apium, sinapi, uel eruca, calefaci=
unt, & urinam procurant, Ruta calida est, uentrem & uri
nam procurat: Pingues & uiscosos humores per urinam ea deducit: et
non inflat, sed extenuat. Ideoque ad inflationes expediens est: Nam et libi=
dines infrenat, & reprimit, & consumit semen, & siccat omnino. Alli=
um calidum est, flegma & uentrem deponit, inflationem prouocat, & o=
culis contrariũ est: & odor eius pro filacterijs est collo suspensus. Ce=
pe calida sunt, & oculis utilia sunt, uirtus earum liptinctica & uiscida: co=
mesta inflationem præstant, fastidium tollunt, uentrẽ molliunt, sitim pro=
uocant, & fœtorem oris tollunt, caligines oculorum detergunt: sinanticis
utiliter adhibentur. Radices utiles sunt, flegma dissoluunt, & inflatio=
nem procurant. Folia uero earum omnibus articulis dolentibus imposi=
ta proderunt. Quæ radix a ieiuno, uel post balneum si fuerit comesta a
quocunque, a nullo ueneno potest noceri. Nasturtium calidum est: cor
pora extenuat, & urinæ difficultatem facit. Anetum calidum est, et ca=
lefacit, & desiccat, & urinam prouocat. Ozymum calidum est, infla=
tionem uentris commouet, & diureticum est. Percussum scorpij, & dra=
conis maritimi mitigat, cum uino bibitum: dolorem oculorum tollit;

C ſuccus eius inunctus, caliginem oculis detergit, reuma prohibet.
Semen eius bibitum, melancholicis maxime prodeſt: naribus appli-
catum, ſternutamenta prouocat. Beta frigida eſt, uentrem procurat, &
iuuat contra ueneni ſuſpicionem: propter quod & egerit, et per nares pur
gat frigidum humorem: Elixata uero, quod in ſe nitroſum habet
emittit, & fit flegmatica: modice diaphoretica eſt: ſed fortiſſima fit, aut
ad proficiendum, aut digerendum. Eſt alba Beta, eſt et Nigra: hæc ha-
bet aliquid ſtipticę uirtutis, & magis in radicibus quæ nigra eſt. Bli-
tum calefacit, & uentrem procurat. Bulbi, id eſt, lampadones, inflatio-
nem faciunt, & uentrem citant, & deſiccatiui ſunt. Caules calefaciunt,
et uentrem procurant: radices uero eorũ nimis uentrẽ procurant. Cu-
curbita calefacit, infundit, et uentrem deducit. Rapa corpori uaporem
mouet, & uentrem inflat. Elixatura eius fomentum eſt podagricis, et per-
nionibus opitulatur. Cyma eius elixa & comeſta diuretica eſt, uenenoſis
potionibus occurrit, uentrem ſtimulat. Inciſa partibus, & in aqua ſalſa &
aceto compoſita & comeſta, digeſtionem & orexin faciunt. Puleium
calefacit: uentrem, et urinam procurat, partum expellit, et nauſeam prohi
bet. Origanum calefacit, & uentrem procurat. eſt autem amputatori-
um, & ſiccatorium; et extenuatoriam, & calefactoriam nimiam uirtutem
habet. Origanum itẽ participat aliquantum ſtipticę uirtuti. Satureia
D calefacit, et deſiccat nimis et extenuat manifeſte, pro qua re urinas mouet
in potu data, et thoracem, et pulmonẽ purgat, et ore ſputa expellit. Thy-
mus calefacit, uentrem & urinam procurat, & flegma deponit. Malua
humida eſt, & uentrem procurat. Cardus calefacit, & urinam procu-
rat. Intyba minus calefaciunt, et epaticis proſunt. Porrus calefacit, et
deſiccat nimis: epar et ſplen curat, quæ in eis ſunt conſtipata mouet: tho-
racem et pulmonem purgat, & per nares ictericos purgat: & ad aurium
dolores diuturnos facit. Porri ſectiui leniter uentrem procurant. Lactu
ca comeſta multam habet uirtutem: euſtomacha eſt, ſomnũ præſtat, uen-
trem mollit, lac mulierib. prouocat. Elixa comeſta plus euſtomacha eſt.
Non lota comeſta, ſtomachis medetur. Semen eius ſi bibitur, ſuperflua
ſomnia prohibet, uentrem abſtinet. Ipſa uero frequenter comeſta, caligi-
nes oculis infert. Sparagus uentrem & urinam procurat, ſciaticis ſub-
uenit, ictericis prodeſt, percuſſos a phalangionibus compeſcit. In uino e-
lixa, ore diu retenta, dolores dentium compeſcit. Semen eius ad hæc o-
mnia facere perhibetur. Vrtica ſimiliter ut ſparagus: ſed calore ſuo ni-
mis flegma deducit, et diſſoluit. Portulaca fortiter nauſeam ſtringit,
et dentium obligationes diſſoluit. Portulaca frigida quidem nimis eſt,
humida autẽ abundanter, modicũ aliquid auſteri habens. Propter quod
reprimit reuma, et maxime cholerica et calida tranſmutat et alienat, ſe-
cundum qualitatem ſuam nimis infrigidando. Propter quam cauſſam
febrientes iuuat plus ab omnibus ſtomacho impoſita, uel in totis hy-
pocondrijs: etiam ſtuporem dentium ſanat ipſa maſticata, et ſuccus illius

similiter. Et non, si extrinsecus apposita sit, expurgat, infrigidat. Hoc autẽ
ipsi herbæ contingit, atq; datur. Per hoc autem quod stiptica est, dysente A
ricis prodest cibo, et ad mulieris fluxum sanguinis, et sanguinẽ reijcien=
tibus solis. Ergo oportet multum uti ipsius succo. Bulbi calefaciunt,
et flegma per uentrem deponunt. Anisus calefacit & desiccat nimis.
Hic enim diureticus est: eo quod uentositatem in uentre amputat, et sine
dolore esse facit. Ameos semen calefacit, et desiccat nimis, & extenuat:
diureticum est, & diaphoreticum. Acori radix calidam & siccam ha=
bet uirtutem nimis, & leptomericam. mouet enim urinam, et scyrosin
splenis habentes curat. Absinthium quidem calidum est mediocriter,
siccum autem nimis. Succus eius ipsa herba calidior est. proijcit enim &
corroborat. Pro qua re & in uentre cholericos humores si in uino infusus
fuerit, purgat per urinas: propter quod in uentre flegmate existente nihil
iuuat. Habet etenim stipticam nirtutem, quæ in eo est amara. Virtus est
fortior, quę acredini quandoq; participat multo tempore. Plus calida est
quam frigida. Actis, et Chamæactis. Actis dicitur Sambucus, & Cha=
mæactis Ebulus, desiccatiuæ uirtutis sunt, et glutinatoriæ, et mediocriter
diaphoreticæ. Cardamomũ calidum est uirtute. Habet aliquid et ama
ritudine: quare lumbricos occidit, & scabiem fortiter sanat, et expur=
gat cum aceto. Cassia calefacit & desiccat uehementer. Est autem & li=
ptomeris satis. Hæc extenuatoriam habet partem, & dura est, et modice
aliquid in se habet stipticum: et extenuat simul et digerit quæ in corpore
superflua inueniuntur, et robur imponit uisceribus. Coliandrum in
uirtutibus est contrarium, et in se compositum. Multã quidẽ in se habet B
substantiam, et aliquas tenuitates. Modice autem est acri, humida, et tepi=
da uirtute. habet enim aliquantũ modice de stiptica uirtute. Hediosma,
id est, Menta, calida est uirtute uehementer. Hortulana quidem humidi=
or est, et ad libidinem excitandam mediocris est. Habet aliquam autem
n se amaritudinem, per quam lumbricos occidit potata: est autem stipti=
a. Propter quod cum pusca potata, reijcientem et exspuentem sangui=
em reprimit. Substãtia uero eius liptomeris est plus ab alijs quibuslibet
eoebus. Maratrum calefacit quidem, et siccat mediocriter: propter=
et urinas prouocat. Eruca calefactoria est et diuretica, et obiter per
am uirtutem uentri prodest. Daucus creticus uires habet acres, et ca=
actorias. Hic et ad gustum linguæ remordet, et menstrua prouocat, et
rtum deducit: et ad tussim ueterem, et ad omne uitium stomachi, quod
q; fuerit, idoneus est. Butyrum habet uires leniter relaxantes. Vn=
d uuluæ tumores, et loca neruosissima, uel delicata, et siccitatem pul=
num proprie uidetur iuuare.
Ouum natura humidum et forte est. Humidum est eo, quod lenem De Ouis.
habeat. Nutrit eo, quod forte ex natura sit animantis. Oua sorbi=
utriunt et infundunt, et uentrem procurant, sed inflationem faciunt.
Ouum molle plus est eustomachũ q; sorbile. Oua dura, id est, per=

C cocta, minus nutriunt, & non infundunt, sed uentrẽ stringunt. Oua cruda plus infundunt. Crudi etiam oui uitellus assus, ad dolorem oculorum, mixto cerotario, & oleo roseo medetur. Medicaminibus recte misce tur, ac dolores, uel condilomata ani ad sanitatẽ perducit. Frixus cũ galla aut rore syriaco, abstinet uentrem, & si solus frequenter recte adhibetur.

Albor etiam oui, oculorum dolorem & tumorem compescit, & faucibus prodest, & ad uoces clarificandas: eo quod lene sit. Oui uitellus crudus efficaciter refrigerare et stringere potest illitus.

De Casei natura. CAP. XI.

CASEVS nutrit, & ardorem facit, et uentrem stringit: eo quod cum cõagulo constringatur. Cõagulatus plus nutrit, & minus uentrem stringit. Cõagulatum lac bubulum, omnibus tumoribus medetur superimpositum, maxime oculis. Sic et uentrem stringit. Caseus caprinus similiter stringit, ut bubulus, & plus ardorem facit: quia siccus est. Caseus ouillinus plus nutrit, & minus uentrem stringit: eo quod pinguis sit.

De Vini natura. CAP. XII.

VINVM OMNE natura calidũ est. Vina recentia uetustis calidiora sunt: plus nutriunt, & uentrem procurant. Vina al-

D ba & dulcia, nutriunt, & urinam procurant. Vina nigra, sanguinem nutriunt, & neque uentrem, neque urinam procurant, sed & capiti & oculis contraria sunt. Vina nimis uetusta, corpora siccant, & choleram nutriunt, & uentrem stringunt. Vinum, maxime si cum modica aqua bibatur, saluti corporis maximum auxilium præstat, & urinam procurat.

Defrutum uinum, id est, sapa quæ de musto coquitur, calefacit, infundit, & uentrem procurat. Carenum similiter ut defrutum assum, calefacit, siccat, et urinam procurat, et faucibus medetur. Conditũ ex melle, calefacit, et uentrem procurat. Conditum ex passo similiter: plus tamen humectat, et stomachum iuuat. Conditum ex mastice, stomachum corroborat, et refrigerat. Sambucatum, & Rosatum, refrigerat, et uentrem et urinam procurat. Absinthiatũ stomacho utile est, et uentrem procurat, et choleram emundat. Violaceum urinam procurat, lumbricos excludit, et stomachum corroborat. Vuæ passæ uirtus est stiptica, maxime albę. Tussientibus subuenit, et uesicę. Dysentericis subuenit, maxime cum nucleo suo comesta. Clauos corporis tollit, uulnera humorosa siccat, uulnera item in nodis nata ad sanitatẽ perducit. Vinum uetus de nimietate uirtutis suæ plus bibitum, neruis et sensibus contrarium est. Pro suauitate modice bibitum, bonum est: unde ægrotis dandum non est. Mustum recens factũ, uentrem inflat, digestibile est, somnia nugatia inducit. Medium uero uinum, musti et ueteris excedit uirtutem: unde caussis et usui nostro necessarium est. Album uero uinum et lene eustomachum est, et digestibile, ac sanguine citius di-

geritur. Nigrum uero & spissum, indigestibile est, citius inebriat, & ar A
dorem addit. Rufum uero uinum medium est, cuius uirtus media est, sanitati, & ægritudini utile est. Dulce uero uinum citius acescit, stomachum inflat, intestina & uentrē similiter, uelocius ebrium facit, uesicæ fertilitatem procurat. Austerum uero, id est, forte, urinā prouocat, citius inebriat, caput tenens. Stipticum uero digestibile est, citius escam coquendo uentrem stringit, & omnia reumata intestinorū. Molle uero uinum nimis est neruis contrarium, urinam mediocriter procurat.

Salsum uinum caput scotomat, sitim incitat, uentrem mollit, neruis contrarium est, humores desiccans. Multi uero uuas ipsas in uitibus seruant, ex quibus seruatis uinum exprimunt, & uinum dulce faciunt: quod & Creticum appellatur. Multi uero mustum coquunt, & faciunt dulcores. Quod si nigrum exit & spissum, bonum ad usum sanitatis, & male habentibus necessario datur. Virtus est illi stiptica, incitatus pulsum uenarum. Quammaxime causticis cum oleo dandum est, uti acetetur: conio & miconio accæpto occurrit, lac cōagulatum soluit. Vesicæ, & renum morsus uulnerationis tollit, inflationes facit. Cacostomachum est, reuma uentris prohibet. Album uero uentrem mollit sine læsione melius omnibus. Gypso accæpto, uinum neruis contrarium est, caput & omne corpus similiter grauat, & calidum est, uesicæ inutile, uenis omnibus contrarium.

Vinum Pituinum, quod resinam pituinam habet, admodum calidū B
est, & digestibile. Vomitibus & hæmoptoicis contrarium est.

Vinum Paracitum quod dicitur dulcorem sibi cōmistum habere, calefacit, & caput grauat, similiter & omne corpus, citius hominē inebrians, inflationem præstat.

Vinum Nitalum, Falernū, dicitur utilius esse, maxime uetus: digestibile est, pulsum incitans, uentrem abstinēs. Eustomachū est, uesicæ contrarium, caliginē oculis inducit: multum bibitū omne corpus lędere potest.

Vinum Albanum fortius est Falerno, gustatu dulce, uentrem & stomachum inflans, uentrē mollit, digestionibus utile, neruis omnibus contrariū est, maxime capiti. Quod cum ueterauerit, austerum ualde efficit.

Vinum Quibium Albano fortius est, & carnes, & colorem bonum præstat, digestioni contrarium est, caput grauat inflando.

Vinum Surrentinum austerum est ualde: unde stomachi et intestinorum reumatismum abstinet. Caput non ualde tangit: quia satis leue est. Quod cum ueterauerit, suaue & eustomachum efficitur.

Vinum Adrianum, & Mamertinum in Sicilia nascuntur. Non ualde stipticam uirtutem habēt, citius ueterascunt, & bona fiunt, minus caput grauant.

Vinum Prætumtianum in his locis nascitur ubi & Adrianum. Odoratum est, & ualde lene. Quod multi bibentes, non se dicunt uinum bibere pro lenitate ipsa: nimie tamen bibitum ebrium facit.

C Vinum Strium simile est Prætumtiano : sed hoc bibitũ diureticũ est. Vinum Chium,& Salutiũ molliora sunt omnibus suprascriptis & leuiora:carnes corpori addunt,& cum in suauitate sunt, non ualde ebrios faciunt. Reuma stomachi bibita abstinent. Vtilia uero in confectionibus collyriorum.

Vino Lesbitano citius sanguis miscetur,& lemoratius uentrẽ mollit. Vinum Asianum quod epithymi loco deponitur,bibitum caput grauat,neruis contrarium est.

Vinum Chöacum & Glandiomenium, aqua marina admixta accipiunt. Quæ uina citius acescunt,uentrem inflant,neruis contraria sunt.

Vinum uitis agrestis nigrum est, uirtutem habet stapticam. Vtile est & reumatismo uentris,& stomachi. Et omnibus caussis, quibus stiptica & scaltica medicamina necessaria sunt,utiliter adhibetur.

De Aceto & oleo. CAP. XIII.

ACETVM natura frigidum est:uentrem stringit,eo q acidum sit: & non nutrit. Oleum calidum est,& nutritorium: & uentrem procurat,sed accæpta rosa refrigerans,& stipticum inuenitur.

De Aquæ natura. CAP. XIIII.

D AQVA omnis natura frigida est,& humecta. Aqua quæ de lapide emanat,leuior & limpidior est,& uentrem & urinam procurat. Aqua quæ de paludibus argillosis emanat,grauior est. Aqua cocta saluti corporis medetur multum. Aqua maritima uirtutem habet uiscidam,& thermanticam,& cacostomacha est,uentrem turbat,flegma deponit. Calefacta uero,fomento adhibita,de alto apostema adducit,& maturescit duriciam,spargit omnem diaphoresin,caussas neruorũ componit, Pernionibus non uulneratis opitulatur. Cataplasmatibus necessarie miscetur, malagmatibus, & medicaminibus nobilibus adhibetur. Diaphoreticis,quammaxime impetiginibus adhibetur. Tepida ad loturam turbonibus accæpta præstolatur. Scabies,pernas, & prurigines fomento adhibita tollit,capita purgat,tumorem amarum compescit. Liuores corporis fomento adhibita,emendat:morsibus uenenatis occurrit, frigoribus opitulatur. Phalangionum & scorpionum ictus,uel aspidum uenenum curat,in calda adhibita. Corpus attenuatum efficit,lauacrum utiliter adiectum. Quod lauacrum hydropicis,& cephalargicis,& surdis opitulatur. Multi uero coquunt,& sic reponunt,ad purgationem dantes solam,& cum pusca,& cum musto,& cum oxymelle:& post purgationem datur ius gallinę,aut piscium,uel temperet uicissitudine eius.

DE POMIS uarijs, Nymphea, Medullis, Nardostatio.&c. CAP. XV.

POMA omnia quæ cum seminibus sunt,uentrem procurant. Citonia immatura indigestionem faciunt stomacho, uires ad-

ducunt,& nutriunt. Succus uero eorum ſtomachi euerſiones procurat, A
& nauſeam inhibet. Meſpila, ſorba, pira, & his ſimilia, uentrem ſtrin=
gunt, & humorem corporis ſiccant, maxime ſi immatura accipiantur.
Meſpila dilatant, multum frigida ſunt, & comeſta uix digeruntur, & uen
trem cōſtringunt. Mela perſica, folia, & cymæ amaram poſſident qua=
litatem: propterea & lumbricos occidunt, trita, in umbilico impoſita. Et
hoc totum eſt diaphoreticū medicamen. Virtus autem eis humida & fri
gida eſt. Mela, nos Mala uocamus, calefaciunt quidem, & non nimis:
deſiccant autē abundanter, propter quod urinam mouent, & menſtrua,
cephalargicis inflationem faciunt.

Morus eſt arbor. Mora matura deſiccant, uentrem molliunt. Imma=
tura uero conſtringunt multum, ita ut dyſentericos & cœliacos expenſe
deſiccent. Pulueres ex eis fiunt, et cum cibo et cum potu ſumuntur. Cor
tex uero, aut radix ipſius arboris, participat eandem uirtutem. Purgat
urinā cum quadam amaritudine, ut etiam ſublatis doloribus, et lumbri=
cos occidat. Nimphęæ radix, et ſemen eius uirtutem habet deſiccatiuā
ſine mordicatione, reprimit enim reuma uentris. Semen uero eius pota=
tum, reprimit ſeminis fluxum, uel ſi plus a ratione fluat, rebibat. Et dy=
ſentericis quæ albam radicē habet, fortem uirtutem preſtat. Potatur aūt
cum uino nigro, et ſtiptico. Participat aliquantum proiectoriam uirtutē,
ita ut alfos ſanet infuſa aqua. Alopetias uero cum pice liquida curat.

Medulla uero malacticam habet uirtutem, facit ad duriciam et ſciro=
minas in corpore conſiſtentes. Vtilior omnibus probatur ceruina. Se= B
cunda bouina, et maxime de iuuenibus. Nam tauri iuuenis acrior, et
plus deſiccatiua eſt, ut poſſit diſſoluere duriciam ſcirodis. Nardoſta=
tius, ſpica nardi dicitur. Calefacit enim mediocriter, deſiccat autem abun
danter. Compoſita igitur de ſtiptica abundanter ſubſtantia, et acredine
caloris non multa, quandam amaritudinem, ſed modicā habet in ſe: et
ad epar et ſtomachum potio bona eſt, et extrinſecus appoſita facit. Nam
et urinam mouet, mordicationem ſtomachi ſanat, et reuma uentris de=
ſiccat, & humorem capitis & thoracis ſimiliter cöercet. Melior autem eſt
Nardus indica, ſyriaca.

Amygdalę amarę natura manifeſte extenuatoriam habēt uirtutem, et
purgant, & de thorace et pulmone per tuſſim iactare faciūt, et citius
urgāt. Succus earū pinguis et glutinoſus eſt, ſed et aperit conſtipata et
rgat epar, et ſplenem, et renes et colum. Et ipſa arbor per totum ſimi=
n habet uirtutē, ut etiam eius radices coctæ, cataplaſmatæ, purgent fel.
nygdalæ aūt dulces imbecilliores ſunt amaris. Dactylus Phœni=
s dulcis, non modico participat calori: et non ſolum extrinſecus im=
itus corroborat, et deſiccat, uerum etiam adducit et obdurat et con=
ſat. Huius in Chio eſt fructus accæptus.

mygdalæ uirides nutriunt, et uentrem procurant. Siccæ uero ſimi=
ſed non uentrem procurant.

C Timníicus humida ac uiridis leuata de mari, satis infrigidat, et desiccat, & habet aliqua stiptica mediocriter.

Mala granata aphra uentrem stringunt, & oculis prosunt.

Botrus uuarum calidus est, infundit, et uentrem procurat, maxime si albus sit. Immaturus nimis calefacit, et uentrem stringit.

Vua passa ardorem facit, siccat, & uentrem procurat.

Ficus uirides infundunt, & uentrem procurant.

Ficus siccæ siccant, & urinam mouent.

Nuces uirides & siccæ similes sunt amygdalis.

Castaneæ uentrem purgant, sed inflationem faciunt. Coctæ inflationem minus faciunt.

Nuclei nutriunt, ardorem faciunt, uentrem purgant.

Duracina infundunt, & uentrem procurant.

Pistacia nutriunt, & uentrem stringunt.

Damascena similiter uentrem stringunt.

Vinacia infundunt, sed uentrem non procurant.

Cerasa uiridia uentrem procurant, sicca uero uentrem stringunt.

Acrimia similia damascenis.

De Dulcibus. CAP. XVI.

D DVLCIA omnia cum lacte mixta, plus nutriunt, & uentrem procurant, sed capiti contraria sunt, stomacho frequentius insuauia sunt. Dulcia omnia ex oleo cocta, nutriunt, & uentrem & urinam procurant. Dulcia omnia quidem inflationem præstant, & indigestionem procurant: ieiuno stomacho, & post cibum non exhibeantur: medijs uero cibis debent ministrari. Dactyli nutriunt, uentrem stringunt, sed stomacho contrarij sunt. Similiter & de omnibus alijs rebus ordinauimus præcepta sanitatis ita disposita: quæ si quis fortesanus et sapiẽs obseruare uoluerit, minores imbecillitatis molestias sustinebit.

De Lauacro. CAP. XVII.

LAVACRVM cum fluuio, corpus infundit, & infrigidat. Lauacrum maris salsum, aut aquarũ sulphurearum, aut aluminosarum, siccat corpus & calefacit. Lauacrum uero balnei calidi ieiunũ, infundit, & infrigidat. Nimis uero calidum, & neruos subuertit, & oculis nocet. Lauacrum solũ in recente, corpora siccare consueuit. Lauacris oleum adhibitum calefacit, infundit, & uentrem procurat, maxime si oleo aqua misceatur.

De Vomitu. CAP. XVIII.

VOMITVS aliquando corpora infundit & relaxat, aliquando stringit & desiccat. Si quis relaxare corpus, aut mollire uentrem uoluerit, post cibum unius uel duarum horarũ interstitium dimittatur, ut totum corpus infundat, acceptis dulcibus, & humidioribus ci-

bis:deinde uomitũ exerceat competenter. Si quis uero deſiccare corpus, & ſtringere uentrem uoluerit, ſtatim poſt cibos iactare ſe non differat, priusq́ eorum ſuccus ad interiora uentris deſcendat, ita ut tunc uiſcidiores & ſalſiores prius cibos cogatur accipere. A

De Exercitio. CAP. XIX.

EXERCITIVM omne, uel labor naturaliter corpora ſiccat, et fortia facit. Similiter etiam animæ prodeſt, & ſenſus auget. Exercitium lene poſt cibũ, uel deambulatio, corpora deſiccat, & uentrem pingueſcere non permittit. Matutinum exercitium, uel deambulatio corpora temperat, & infundit, capiti multum prodeſt & oculis, & ſenſibus omnibus, ſed & uentrem facilem facit. Poſt exercitium uero uel laborem mollis deambulatio multum iuuat. Laboris etenim uexatione ſiccitatẽ ſui, uel molli, uel blanda iniectione retẽperat. Exercitiũ in puluere corpus infrigidat, & tumorem nudis pedibus tollit. Puluis etenim frigidus eſt. Exercitium cum oleo calefacit corpus, natura enim olei calida eſt. Hyemis tempore oleo perunctum corpus nutritorium eſt. Arcendo enim cum frigore, corpus creſcere & pingueſcere facit.

Potio mirabilis. CAP. XX.

POTIONEM hanc optimam & ſaluberrimam parato, totum enim corpus ſaluum reddit, caput deniq; & pectus, & omnia interiora illæſa per ſe cuſtodit. Per omne etiam tempus ſuum opprimit & detergit humorẽ. Cuius compoſitio iſto modo conficit. Primitus in menſe Martio mittis herbę ſaluię ÷ 15. piper 3. ij. ciñamomi 3. ij. garyophylli 3 1 5. mellis optimi deſpumati fialas. iij. uini fortis quantum plus opus fialas. xxx. conficis ut mos eſt, ut præclara & ſuauida ſit potio ad bibendum: & die inter diem ieiunus bibe, uel poſt cibum multam ſalutem operatur in corpore. In toto menſe Martio ſic peragis. In menſe autem Aprili mittis in hanc potionem herbam quæ nominatur abſinthium, ſicut ſuperius ponderatam, & pigmentum & mel, ſiue uinum addis, ut ſupra B

FINIS.

COSMAS. DAMIANVS.



❡DIETA HIPPOCRATIS per singulos Menſes anni obſeruanda.

MENSE Ianuorio, Zinziber, et rheuponticum bibat ſanitati A
ſtudens. Sangninem non minuat, & potionem contra frigora
bibat. Electuarium ad calefaciendum ſtomachum ſumat. Menſe Fe-
bruario ſemen apij eum condito bibat, & de pollice ſanguinem minuat.
Menſe Martio certiſiam bibat, & condítum dulce. Acrimoniam, ra-
dices confectas, & carnes aſſas manducet. Balneum uiſitet, ſanguinẽ mi-
nuat. Solutionem uentris non accipiat. quia frigora generat ipſa ſolutio.
Menſe Aprili betonicam, & pimpinellam bibat. Sanguinem minuat,
& ſolutionem uentris accipiat. Carnes recentes manducet. Calida uſitet:
et propter dolorem ſtomachi, unguentis calaſticis purgetur. Menſe
Maio, abſinthium, et ſemen maratri bibat: uenam epaticam incidat, po-
tionem ad ſoluendum accipiat, cataplaſmata capiti imponat, et oculos a
turbulento ſanet, urinam curet. Oleribus frigidis utatur primo: poſt ca-
lida bibat. Conſuetis autẽ frigidis, licet nec de ullo animali capere, nec
pedes manducare. Menſe Iunio de aqua frigida bibat ieiunus calicem
plenum: propter cholera reprimenda. Ceruiſiã non bibat, aquam coctã
uſitet. Lactucas nõ manducet, ſaliuã et ſauinã bibere debet. Menſe Iu-
lio apium bibat, longe ſit a Veneris actu: quia a cerebro humorem B
producit. Sanguinem non minuat, nec potionem ad uentrem ſoluendũ
accipiat. Saluia, ruta, & apio utatur. Menſe Auguſto puleium bibat et
acetum. Selinũ, maluas, & caules non manducet. quia cholera nigra nu-
triunt. Menſe Septembri coſtum et maſticem, lac caprinũ,
uel ouillinum ieiunus bibat: propter ſanguinem dulco-
randum, & pulmonem curandum. Menſe O-
ctobri conditum garyophylli bibat. Racemis
& muſto utatur, quia per ſolurionem
corpus ſanat. Menſe Nouem-
bri cinnamomum bibat. Bal-
neo non lauetur:
quia tunc ſanguis cõagulatus eſt, et de calore humoris mo-
uetur. Venam epaticam incidat, Ventoſarum generi-
bus utatur. Menſe Decembri ſpicatum condi-
tum bibat, et ſtudia bona corpori adhibeat,
ut omnes eſcæ eo tempore con-
fectæ ſint.

*



CAPITA LIB. ESCVLAPII.



SOLI DEO GLORIA

ÆSCVLAPII MEDICI VETVSTISS. De Morborum, Infirmitatum, Passionumq; corporis humani origine, descriptionibus, & cura, LIB. unus. — L. — A

DE CEPHALIA, CAP. I.



EPHALIA, id est, capitis dolor, commoti cum cere-
bro & temporibus. Vnde eum apprehendis? Extat do
lor capitis cum temporibus & fronte, quam Græci tritasion uocant.
Quod si medium caput dolet, hæmigranium dicunt. Aliquoties fit
magnus dolor, aliquando autẽ paruus, aliquoties per calorem solis cale- — Caussæ cephaliæ.
factum, aut ex nimio frigore, aut ex clamore turboris, aut uini plenitudi-
ne, aut ex uigilijs multis in maguos dolores ueniet. Mulieribus autem
opertiones capillorum, si diligentiam nõ habuerint, & sordes illis dolo-
res præstant. Quando aũt totum caput dolore mouetur: tunc & oculi
concauantur, quando radices oculorum transeunt ad platoneuron post
ceruicem. Nam aliquoties uertigo, & caligo nascitur, aliquoties sponte
dolor transit, aliquoties subito: & admodum maguus est capitis dolor,
quando uertigo, uel caligo nascuntur. Malfactio ex narium, siue in
initio ex stomachi collectione, frequenter fit. Isti perconantur uomi-
tum, & per magnitudinem caussæ rubescunt, & pene exeunt oculi, &
supprimuntur palpebris: uisus subtorquetur, lachrymantur, uel caligi-
nem præstant. Aures ingrauescunt, uigilias patiuntur, aliquoties & den — B
tes dolent. Quando impetus maiores ueniunt, sanguis eis de naribus cur
rit: tunc dolore releuantur. Iacent autem supini. Alij præ dolore iacere
non possunt. Quando autẽ caussa per impetum uenit, facies illis torque-
tur sine sensu. Quando autem febris eos dimiserit, citius ad sanitatem ue
niunt. Quando uero sine febribus comouentur, ipsa est chronica pas-
sio, & diuturna, quæ multis temporibus remoratur. Tunc scimus, si ex
stomacho anatimasis, hoc est, uentositas est in cerebro, repercussisse
mininingas per membranarũ caluariæ ciuitatem. Cognoscimus tunc eam
passionẽ in statu esse. Nam si febris fuerit cum dolore capitis: requiren-
dum erit, ne forte uentrem non purgent. quia & is cephalum stomachi
opprimit, & dolorẽ capitis nimiũ præstat, & uenter eius subito euacuat.
Curationi eorum medebimur sic. Iacere debent in cubiculo medio- — Cura.
criter temperato, obscuro, capite obuoluto. Silentiũ habeant, ut iracun-
diam nõ patiantur usq; ad diem tertium. Quod si cũ febre fuerint ardor
& dolor capitis: oleo rosaceo, aut uiridi caput infundi iubemus. Si hye-
mis fuerit tempus, cum calida: si æstas, cum frigida. Si cum uigilijs, cum
aceto, et mulsa calida gargarizent. Quod si et temporibus et fronte simul
dolescunt: cimolia, aut agatia trita cum calda, de penna linito frontem

C et tempora. Quod si sine febribus dolor fuerit magnus, et in ambobus
cornibus capitis, & hyems fuerit, & ex frigore natus fuerit, succurri de-
bet sic. Oleum Anetinum, aut Chamæmelinon, aut rutaceum calidum,
ad mansionē infundi iubemus. Quod si dolor in summo fuerit: saccella-
mus loca dolentia, ex farina triticea, cum furfuribus suis cocta in uino: et
uaporamus: & in nares ambas iniici iubemus piper tritum in oleo, aut
euforbium. Si uires permiserint, balneis uti debent, & fomento capitis,
ex decoctione papaueris, aut hederæ in aqua ad tertias coctæ, aut puleij,
uel aneti, uel rutæ. Quod si ex stomacho fuerit anatimasis in cerebro,
cum calefactione & uertigine capitis, & dolore graui, & sonus, uel auri-
um tinnitus; oxyrhodinum infundi placet capiti, uel ptarmicum: nares
ungi ex nasturcio, & pipere: dato potu absinthij pontici cum aceto.

Quod si intercedit & sitis: apium cum radice ammisci placet, uel oxy-
melle, aut pigræ, aut oxyporium diamilon. Quod si pars una capitis
in dolorem acutum uenerit, quod nupathiam Græci dicunt: & si oculū
simul cōmouerit, hæmigranium dicitur: si hyemis tempus fuerit, piper,
aut euforbium, aut laser unius oboli, modice tritum cum oleo modico in
aliam regionem auris ubi dolor nō est, infundi iubemus. Ad ipsam par-
tem ubi dolor pulsat, adhiberi piperis grana. x. gelasteras nouem, simul
trita: & locum dolentem linito: aut sinapi seminis coclear unum, piperis
D grana. xx. Columbino fimo albo, siccoq; trito, & ex aceto consperso,
frontem et tempora linito. Quod si maior fuerit dolor, saccellato locum,
ut diximus superius. Quod si diuturnus, uel magnus remoratus fuerit
dolor, & oculi partes euerterit, & uires, uel ætas permiserit, ex alia parte
flebotomare iubemus: & trociscaria adhibeto locis dolentibus quæ he-
migrania dicuntur, ex peucedano, opio cyrenaico, lasere, euforbio, et
opio mæconis, id est, papaueris: ex æquo cum aceto confecta: et alia si-
milia (ut scriptum est) et antidotum hiera dari iubemus: et arterias,
tum et uentrem, uel caput purgent. A uino, uel balneo abstineant usq; in
dimissionem. Et cauterizetur uena, quæ ipsam regionem frequenter do-
lore molestat. Quod si ambas partes capitis dolor pulsauerit cum ocu-
lorum molestia, et dolore temporū, uel aurium, uel frontis tensione, cum
nimio pruritu, et dentes doluerint, et feruor sit in facie: inter utrasq; sca-
pulas scarificationem cucurbitæ cum emissione sanguinis fieri placet: et
postea caput purgent, ex gargarismate, stafisagria, piretro, et pipere. Ori
ganum Lucanum ex æquo tritum, cum oxymelle gargarizent canicu-
laribus diebus. Quod si ambo cornua capitis dolebunt, et ceruicis do-
lor est cum tensione, et grauedine posteriorum partium capitis: ex uena
quæ in fronte est erecta, flebotomari iubemus: et balneis utantur: et ac-
cipiat potum elixaturam aneti et apij. Quod si ex recenti potu bibito,
aut indigestione ciborum fuerint: ex oleo rutaceo, aut chamæmilino ca-
put infundatur: et potum accipere debent e lixatura aneti, uel absinthij,
aut oxymelle ex calda: et cibo leuiter utantur. Quod si ex sole caput

dolet, oxyrhodino caput infundi iubem9, aut ſtrichni ſucco curatio fiet. A

De Scotomia. CAP. II.

SCOTOMATICORVM paſſio naſcitur in uinoſis homini-
bus, & qui frequenter caput ad ſolem purgant, & per ipſam calefa-
ctionem uenæ capitis aperiuntur: et poſtq̄ uinum biberint, chronica ua
litudine capitis onerantur hæmorroidæ quæ in capite ſunt. Et ut cauſſa
agnoſcatur, ſigna nos dare oportebit. Oculorum enim caligines cum
capitis uertigine conſpiciuntur, ut omnia ſecum moueri ſentiant: & ante Signa ſcotomiæ.
oculos tranſitus quaſi lanę, uel aranearum texta ſimiliter tranſire putant:
& ea quæ uident, duplicia ab illis fiunt. Frequenter ſe collidunt, murmu
rant quaſi fabulentur: cum torſione oculorum grauedinem capitis pati-
untur: aliquoties ſedent, aliquoties iacent: frequenter ſe uertunt: ſudant,
ſubito expaueſcunt, exurgunt, aut cadunt: aliquoties febriunt. In ipſo ti-
more repentino, omnia ſecum putant impelli, magis cum ſe inclinaue-
rint, aut ex alto aſpexerint, aut circulatim ambulauerint, ueluti rotæ ſi-
guli uertiginem conſpiciunt. Dolor eſt in capite, ſubglutiunt, & circium
patiuntur, & oculi eorum obtenebreſcunt. Ideo et nomen accæperunt
Scotomatici, quoniam Græcæ σκότος, tenebra dicitur: quoniam ex ſto-
macho in cerebrum fumoſitas aſcendit, et conſentiunt partes mininga-
rum, ac cerebro uexantur. Aliquoties fęde ſubitant, et ſe attrahunt cū gra
uedine capitis. In dimiſſione cauſſæ lumen eis tollitur, ſolum tenebras B
cernunt: et poſt quicquid uiderint, in rotundo ante eos uoluitur, in mo-
dum curſus rotæ. Quicquid reſpiciunt, uel ſi ad aquam attendant, ſimi-
lis uertigo ante eos appareſcit cum ſonitu aurium. Aliquoties eis ſan-
guis de naribus currit ſua ſponte, et nihil eos iuuat. Ex ſtomacho (ut ſæ-
pe diximus) fiet eis conluſio cholerum, non exeuntium in medianas
partes uiſcerum, cum uentoſitate. Tunc intelligimus, quando uomitus
naſcitur, aut cibos uomunt, aut choleram reijciunt. Et triſticiam patiun-
tur, et difficiles reſpirationes cum iracundia ex melancholia illis ueniunt,
& tabeſcunt corpore, & faſtidiunt. Primo ad hæc ſigna ſtomachum Cura Scotomiæ.
oportet curare, uel omnia ſtomachi adiutoria adhibere. Quod ſi non cu
rati fuerint, ad maniam, aut epilepſiam ueniunt. Curam eorum diligen-
tiſſime proſequi debemus. Acceſſionis tempore quando ſubito cadunt,
ut ad ſenſum ueniant, fricare oportebit, aures, mentū, labia, nares: & cir-
ca frontem capillos euellere: & fomentare faciem, hyeme calidis, æſtate
ero frigidis. Mulieri autem mammillas fricato, & odores naribus op-
one, puleium cū aceto, thymū, aut piper, aut ſinapi, & alia ſimilia, quæ
m poſſint commouere. Et pro dolore capitis, infuſiones holerum ca-
ti infundantur: uel inductiones frontis, quas iam ſuperius ſcripſimus
capitis cura. Cibari autē debent leuibus cibis. Si ſine febribus fue-
nt, ſanguinem de fronte oportet tollere uſq; ad libras II. Nam ſi plus tu
int, mal fiunt. Et poſt hoc antidoto, hiera: et cuſis in ſtomacho: ad quæ

C accipiant & ligationes articulorum: & ptarmico nares ungito, et ſternutamentis prouocetur. Et naribus infundi iubemus mentę ſuccũ, aut anagallidos, aut cyclaminos: & purgentur de catartico diaelleboron: Succurri debet in paſſionibus ipſis ſecundum tempus, aut ætatem, & uirtutem. Semoti debent eſſe de uoce. Quod ſi inueterauerit paſſio: dropace utantur, & ſinapiſmo: & a lauacro abſtineant, uſq; dies. 20. & in dimiſſionis tempore, cibos leues accipiant, & poma: ſimiliter & uinum album, & leue, aues, ſiue uenationes: & poſt cibum dormiant, ſiue ſilentium habeant.

De Epilepſia. CAP. III.

EPILEPTICORVM genera ſunt tria, Analepſia, Epilepſia, & Anatemia, ipſa eſt analepſia. Hoc initium epilepticorum creatur (ut diximus) ex analepſia ſtomachi in cerebri ſuperiores partes, qua omnes regiones capitis, cerebri, & miningarum, membra uexantur.

Analepſia.

Analepſia dicta eſt, eo ꝙ ſciſſa, una parte capitis ſenſum præbet. Et uel naſcitur ex negligentia ſtomachi, aut ex nimio cibo, aut potus frigidos bibendo, aut ex luxuria, aut nimium cogitando, uel ex indigeſtione ciborum. Primo caput dolent, uertigines capitis patiuntur, cum malfactionibus, ut in cephalargicis, uel ſtomaticis expoſuimus: & non curantes in principio ſtomachũ, ad epilepſiam ueniunt: aut ſi ſe non abſtinent a cibo uel potu, uel eis quæ ſuperius memorauimus non temperauerint. Epilepſia uero dicta eſt, a ſenſus atq; mentis oppreſſione. Quibus ſi occupa-

Epilepſia unde dicta.

D tis etiam corpus poſſidetur, eſt paſſio grauis & tarda. Græci enim epilepſiam, appræhenſionem uocauerunt. Hanc paſſionem alij morbum Comitialem dixerunt, alij Sacram paſſionẽ. Quam ſignificationẽ magnã, referunt Græci, latius exprimentes, hieram noſon uocauerũt, ut Democritus. Siue quod diuinũ morbum comitialẽ dicunt, ſiue ꝙ animę miſceatur, ſiue ꝙ ex capitis fiat cauſſa, quod templũ animi, ac ſacras partes corporis ueteres narrauerunt: alij autem pucrilem morbum dixerunt, ꝙ in ipſis abundet ætatibus. Alij Caducum appellauerunt, ꝙ ſubito cadant.

Naſcitur hæc paſſio ex nimietate ciborum, uel uinolentia, uel ex feruore nimio, uel ex cerebri commotione. Veteres aiunt ex aëris infuſione fieri, aut iracundia immitti. Ideo (ut ſuperius memorauimus) hieran noſon, hoc eſt, ſacrum, ſeu ſacerdotalem morbum uocant. Catalepſia paſſio eſt epilepticorum; cum uno ſigno epilepticorum, & febre. Quoniam epilepticis febris non eſt, ſed ſpumas per os & per nares digerunt. Cataleptici uero non ſpumant, ſed paſſio ipſorum a pedibus & tibijs inchoat: quando greſſum, uel tibiarum dolore, uel frigdore & grauedine, non reddunt. Fit autem uel ex nimio ſanguine, uel cholerum feruore, concluſo in ſtomacho: unde non habentes exitus naturales, caput grauant, & ſenſu priuant. Ex quibus epilepticos appræhendimus? Ex acceſſione quæ eos ita conturbat, ut homines ſenſu priuet, & omnem motum adimat, ueluti alto ſomno compræhenſos:

Signa epilepſiæ.

cum pallore, atq; oris laxamento, ut mentum laxum uideatur, cum respi=
ratione tarda, & pulsu magis palpitantibus membris, ut pulsum cerebri A
& motum magis conuertat. Vultu, atq; oculis tortis, uel stupore uultus,
uisu stridorem pectoris, singultum, ruborem per membra paulatim insi=
nuat. Palpebrarum suspectionem, & respectus stupidos, & stridorem
dentium, & linguam procidentem, hebetudinem membrorum, cum fre=
quenti raptu præcordiorum, suspensa ductione, uocis amputatio sonat,
cum extensione experimentorum atq; pulsus. In ultimo per os, atque
nares spumarū emissio consequit̃. Post accessionis aũtterminum, nihil
se passum reminiscit̃ ægrotans, sed mœsticia confusus, pigro motu con=
surgit, oculis rubentibus: atque pulsus perseuerante turbore, cum pro=
minentibus uenis, & fronte, & oscillatione frequenti. Epileptico=
rum genera sunt duo. Vnum genus cum tremore & somno: uel stertunt.
Aliud genus sine tremore, & sine somno. Qui cum spasmo sunt, hoc est, Epilepticorū genera.
tremore, non curantur: qui sine tremore sunt, curantur. Subitat eos hæc
passio aut in balneo, aut in foro, aut tecto, aut in itinere, & subito cadūt si=
ne sensu, & sine noce, & nō uident, neq; audiūt: torquent oculos, ut albor
tantum oculorum uideatur, & spumas per os agunt, squibala non red=
dunt, qui cum tremore totius corporis, dæmonem dicuntur apprehen=
dere. At eorum inmissa passione, difficilis exclusio fit, quod eius caussa.
sit chronica, hoc est, ueterana. Fit autem ex uentositate, occlusione ue=
narum omnium, corporis suffocatione. Ex crasso humore uentositatis, B
foramina conspissantur, a naturalium exclusione, ex pulmonibus & sto=
macho: in cerebro miningarum non habentium rectam concursionem,
purgantem exitus uentositatis organis primis, cum tremorem facit ex ui=
ni liquore, & ex indigestione, & ardore. Exinde solent incitari in acutas
passiones. In infantibus solet inmutari usq; ad annos uicesimum quintū,
uel uicesimum octauum passio: & tum recessionem facere, quia omnis
feruor ætatis usq; ad hoc spacium temporis sæpe fit. Quod si non recesse
rit, cum eodem remorant̃ curæ passionis, uel ibidem moriuntur. Cu=
rari autem debent sic. Mox ut cadunt, spumas quæ per os, & per nares Cura.
currunt, spongia iubemus extergere, expurgato ore, uel gutture, flegma
item crassum depurgare, tincto in ea laneo fune cum laxatiuo. Post hoc
ptarmicum, hoc est, sternutatorium adiutorium naribus apponimus: id
est, ex pipere, siluio, castorco, sulphure uiuo, piretro, & his similibus. Et
differe fortiori uti debent. Et si uires, uel ætas permiserint, flebotomari
in ipsa accessione, & contineri tremebundæ partes ligaturis, & diu frica=
ri & perungi. Et ex sabano limpido forriter fricato, ut sentiant fricatio=
nem musculi, uel manus, aut pedes, ubi tremor fuerit. Ex penna un=
gis interius intra os ex oleo, aut ex nitro intra faucium partes, ut uo=
mitum prouoces: aut post cibum reijciant, ut flegma magnum, uel spis=
sum, quod uertit, uel concludit omnia uiscera, purgetur. Vel aquam
salsam, cum oleo mixtam bibat, & sic uomitum prouocet, & fleg=

C ma, uel melancholiã. Inundato saccello calido, & farina in uino cocta, stomachum uaporari dicimus. Et fricatio articulorum adhibeatur ex oleo sicionio. Et tertio, uel quarto die, quando digestus fuerit cibus, leui, uel digestibili cibato, & ex aqua potato. Abstineat & a balneo, a uenere, a clamore, siue ab iracundia: & potum dato elixaturam absynthij pontici, uel oxymelle, castoreum, & pigrã. Quod si passio tardauerit, de antidoto pigra purgẽtur, & in scapulas cufas impone, et uentositas a pulmone fugetur. Et si ætas permiserit, scarificentur, aut flebotoment. Et in declinatione, uomitus ex radicibus prouocetur. Et post cibum exercitentur leuiter, & sinapismum in potu, uel toto corpore diureticas potiones accipiant, et stomachi quoq; cibos digestibiles et leues. Et capita uel chirurgia pertundes, uel cauterizabis, sicut ueteres chirurgici scripserunt. Et purgentur ex elleboro catartico: & potiones accipiant, epilepticorũ quæ scriptæ sunt: uel antidotum adrianum. Maxime sollicite curare debent infantes. Quos hæc passio frequentauerit, celerius moriuntur. Infantibus lac caprinum cum melle post accessionem dari debet. Iuuenes autem oxymelle, cum castoreo cum calda potentur, & caput, collũ, mentum, uel articuli manus, uel pedes perungantur de acopo, uel myracopo. Si hyemis tempus fuerit, ex calidis adiutorijs ungentur: æstiuo uero tempore, refrigeratoria padiutoria, uel unguenta adhibeantur.

D

De Mania. CAP. IIII.

HAEC EST insania, mentis alienatio, sine febribus, uelut hilaritatem, aut bonitatem, aut timorem, aut ab antecedẽtibus furorem nuncians, aut capitis dolorẽ, grauedinem, sonitum, atq; aurium tĩnitum. Vnde insania dicta est? Græci quidem nominum argumẽta dicentes, uarias opiniones indicant. Maniam enim uocauerunt, ex quo nomine multæ possunt significationes ostendi. Nos autem a mentis turbata sanitate, cuius sub dominio corpus agens sanũ dici minime potest, Insaniam nuncupamus. Multæ enim species sunt maniacorũ. ut subito rideant, irascantur, plangant, timeant, cantent, saltent: fiunt & multum literis studentes: cum rhetoricis, philosophis, multum legentes, uel multũ nimium cogitantes: grammaticis, geometricis, caussatoribus se tradẽtes, memoria multa congregantes, lectiones diuinas requirentes. Inde et manaici dicti sunt, quod diuina requirant. quia diuinatio græce μαντία dicitur. Subitat eos autem in exercitio cum operantibus, aut in balneo, aut in foro saltantibus. Ex his omnibus conditionibus memoria perit, ut nesciant quid faciant, uel qd loquanĩ. Per multa tempora hæc passio eos exagitat. Hæc passio sine febribus fit: ideo in illis magna est. Multum loquuntur extra rationem, & delyrant ut frenetici. Frenetici febriunt fortius, isti maniatici sine febribus sunt, ex corporali conditione. Fit autem ex mimio calore sanguinis, siue cholerum: aut ex nimio frigdore,

Mania unde dicta.

aut indigestione ciborum, siue potus, unde sanguinis plenitudo fit siue
ex nimijs uigilijs. Subito arripiuntur, quasi qui a dæmone irritentur, aut A
quasi qui uenenum biberint. Frequenter hoc patiuntur qui sanguinem
de capite multũ detrahunt, aut quibus sanguis de naribus multum fluit,
aut de hæmorrhoidis: cum multæ eruptiones, aut subito reuelanẽ, in sen-
su suo, uel in corpore. Aliqui uexanẽ ut qui hyoscyami succũ, uel opium,
uel mandragoræ succũ biberint, uel alias similes species, unde multi aut-
ores scripserunt. Cerebrũ item, & cor, pulmonẽ quoq; extra suam na-
turam plus noueris, aut stomachũ oppressum ex melancholia: unde tur-
bantur omnes spiritales motus, inclusa uentositatis copia: exinde uertigo
in cerebro fit. Inquietatur passio autumni tempore, uel hyeme, æstate ra-
ro. Debriantur ex calore stomachi, uel sanguinis, uel cholerum abun-
dantia, aut ex uini liquore: & inde irritantur in audacia (ut dixi) sicut e-
brius nescit quid faciat. Fit & infantibus. Mulieribus, ex matrice plerum
q;. Fit in ætate iuuenili, plus habentibus feruorem sanguinis, Caussa ista
si in senibus fiat, difficile curantur. Pueri autem usq; ad feruorem ætatis
inmutantur. Nam fortius exagitantur. Curæ diligentes, & obseruatio
nes his impendi debent, sicut in freneticis de ligatura, uel de iacentia (sicut
superius scripsimus) & sic curentur leniter sicut in acutis passionibus. In
accessione eorum leues curæ adhibendæ: in chronicis uero in dimissione
fortia adiutoria adhibeantur. Saccellus calidus ex farina cocta in uino,
ubi coxeris absynthium, imponatur capiti, stomacho, pectori, & cordi, B
Hæc diu uaporamus, ut diu loca sudent. Et clystere uti debemus. Et si ui- Cura.
res, uel ætas permiserint, uel cibos bene accæperint, flebotomentur cum
multis aposerisibus, pro uentositatis egestione: ut multus sanguis tollatur
usq; ad libotomiam. Et post tertium diem caput infundi debet ex oleo
rosaceo, & aceto, aut hedera, aut polygonio, aut peucedano, quæ in oleo
roseo & aceto excoquuntur. Et ex multis suprascriptis herbis coqui de-
bent, & exinde caput infundi, & anodinis potionibus, uel trociscis pota-
ri debent, ex calida aqua. Aut in napricis unctionibus nares unganẽ, quę
somnũ eis faciant. Accipiant opiũ męconium, sicut in freneticis admonu
imus: & uomitũ prouocet ex raphano, ut flegma, uel melãcholia, quæ est
interius, digeraẽ, Cibũ leuẽ dato, quãdo est accessionis tempus: sorbilia,
aut aliquẽ succũ, et panẽ coctũ modice dato: et postea aut sorbilia, et olera
quę uentrẽ soluãt. In dimissiõis tpe modice fortiores cibos accipiãt, et co-
operianẽ de lana tincta in oleo anetino cal. et silentiũ habeant. Et cufas in
stomacho accipiant, & clistere prouocenẽ, & post. 12. dies purgentur ca-
tartico de antidoto hiera. Et caput pressum tondant & radant, et anterito
mia caput inscidãt. Et sinapismo, et ptarmatico medicamine nares ungi-
to, et sinapi cum elleboro, et ex cedrina ungito stomachum, et hedera ca-
put ungatur, et ex cantharid. ut cutẽ capitis rumpat, et humor egeratur,
Potum accipiant lactis. & elleborum in cibo dato ℥. ij. nõ plus. Et ne plus
paueant, aut insaniãt, semoti iaceant a cõfabulatione, in domo tenebrosa,

C & ſilentium habeant. Non legant, non fabulentur. Quod ſi inueterauerint in eis cauſſæ, iubemus caput pertundi, aut cauterizari in occipitij loco. Ante omnia omnes rationes quas ſæpe docuimus intueri debemus, ut ſi fluxus ineſt conſtringatur, conſtrictiora relaxentur, frigdor calcfaciatur, calor temperetur, impetus mitigetur. Cerebri partes ex acopis ſeruent: ſi malfactionē ſentiant, ſatis eos iuuat. Plus inſaniunt quando miningæ eis infrigidantur. Curentur cycli curſu, in canicularibus diebus, donec Iulium menſem compleant, ita ut bis ordine innouent tempus curę. Acopo, diaſamſuco, uel myracopo caput, uel ſtomachū perungant: ut hominis inquieta ualetudo in perpetuum expellatur, uel miningæ, quæ ſunt in cauſſa, ad ſtatum ſulum reſtituantur.

De Melancholia. CAP. V.

Signa melancholiæ.

MELANCHOLIA dicta eſt ab eo, quod fel in nigredinem uertat: & eſt ex maniacorum ſpecie. Cognoſcitur autem ex crebra inmutatione ſenſus, ex ordine uitæ, atq; cōuerſarione humanæ mentis, cum uultu mœſtiſſimo, taciturnitate, ac pœna inſidiarum ſibi paratarum, cum fletu irrationabili: & nunc mortis, nunc uitæ cupiditate, inflatione præcordiorum, articulorum, frigido corpore, cum leui ſudore, atq; cholerico, uel uiridi, cum corporis macie, leuitate cibi accępti, corruptionibus fumoſis, ac ſpumoſis, uel acido uomitu, fellium nigrorum, D aut eorundem per uentres effuſione, cum inteſtinorū tormento. Hanc paſſionem atrā bilem uocauerūt latini. Melancholicos dicimus, eo quod fel nigrum nomunt. In uiris frequenter, apud fœminas raro in āñis conſtitutis. 20. in ætate iuuenili. Ita eos apprehendimus. Ex mentis uarietate euenit aliquoties cum febribus leuibus, plærumq; ſine febribus. Iracundia irritantur, cum mentis peruerſitate inſaniunt, ut maniaci: in uociferatione ſolū differunt, Ariſtotele philoſopho teſtante. Defecerat hac paſſione inaudita uirtute Metellus, offenſus ex fellis nigri abundantia, frigidā uim habente. Alij dicunt, ſanguinem nigrum, qui dicitur melancholia, ſpleni deſeruire. Ipſe humor accipit ſubſtantiā ex flegmatum cerebri infuſione: unde plus infrigidantur, & graueſcunt, et fiunt inde guſtu acres & frigidi, atq; iracundiā aerem habent. Nam fel rubeum, ſanguine temperatur: ideo eſt amarum, & igneum. Melancholia uero nigri coloris, frigida, et ſpiſſa, uel grauis (ut diximus) ex humor cerebri in ipſa melancholia uenit. Et plus accidit hyeme. Autumni etiam tempore plus mouetur. Nam æſtate, & uerno minus: ubi ſanguis & fel caleſiunt. In acceſſionis tempore pręcordia eorum inflantur, frequenter indigeſtionem ciborum patiuntur, et ideo frequenter cibum uomunt, cum ormiphagia, tanquam qui uenenū biberint, aut qui a cane rabido morſi fuerint. Talia ſigna aliquoties etiā patiuntur melancholici, ut homines fugiant, ſoli exercentur ſine aliqua animi offenſione. Eſt quando mortuos in mente habent, & exinde cogitant: per iracundiam oculi eorum nihil uident. Aliquibus

aures sonant, cum capitis grauedine. Corpus eius aliquoties infrigidat.
Post cibum inflationē patiuntur in præcordijs. Infrigidant illis brachia, A
et manus. Frigidum sudant. Morsum patiuntur stomachi, et inter scapu
las grauantur cum capite. Colorem habent in facie uiridem, aut nigrum,
aut liuidum: aut corruptelam patiuntur. Corpus ipsorum non nutritur,
sed marcescit. Ructant frequenter calidū, brumosum, fumosum, ut odor
est piscium crudorum. Torquetur illis uenter, et uentositatem intestino-
rum cōmouent, uel assellantur. Nigrum est in dimissione, si uenter eius
soluatur. Melancholicis initio passionis stomachus dolet, cum uigilia-
rum inquietudine, et fastidio. Maniaci uero initio passionis caput dolēt, Melancholici. Maniaci.
cum mentis hebetudine. Si plus soluuntur, cōstringi debent. Si constri-
ctione laborant, soluantur: ut ipsa melancholia quæ in uisceribus est, fo-
ras descendat. Curari debent sic. Pro constrictione uentris, lactis ca-
prini accipiant potum calidum ieiuni. Si autem uenter soluatur, potum Cura.
accipiant elixaturam absinthij pontici in aqua cocti. Melancholici si
non curantur, ad Maniam ueniunt. quoniā ex isto humore mania creat,
quæ est passio grauis & tarda. Initio corū cibum accipiant leuem, sorbi-
lem & digestibilem. In cubiculo iaceant, non satis lucido. Et clisteri for-
tiori uenter subducatur ex calda, ubi coxerint coloquintidarum sperulæ
cum oleo & melle: ut squibala de alto prouocent. Si ætas permiserit, uel
uires, flebotoment: ut extensio passionis soluatur. Vt in multis appræ-
hendimus, secundum uires singulas curare debet stomachum, & præcor
dia ex embrocis. Si uentris constrictio fuerit, accipiant elixaturam absin-
thij pontici, et post icra antidoto purgentur ʒ. iiij. aut secundū uires ac- B
cipiant, ter in mense, intermissis singulis uicibus. x. diebus, uerno & au-
tumni tempore. Post diem inter scapulas utrasq; cum scarificatione cu-
curbitent, ut sanguis tollatur, non multum, ut ÷ 1. amplius non. Et inci-
suras ipsas coöperito lintcolo intincto in oleo, & super loca carpinata po
nito (ut dixi) super plagas. Quod si inueterata fuerit passio: confecti-
onem istam dabis. Ellebori nigri ʒ. ij. infundis per triduum in mulsa.
quarto die elleborum proijcis, & mittis ibi colloquintidæ interiores sic-
os nucl. ʒ. ij. scammoniam tritam ʒ. ij. epithimum ʒ. ij. Contra has pas-
iones magnum medicamē. Omnem melancholiam purgat, aut ex icra
ut superius diximus) ʒ 1. Post potionem accipiant, succum ptisanæ,
iduo intermisso, ita ut alia die balneis utantur: et fricari corpus debet ex
arce, aut euforbio. In dimissione caussæ, epithimata fortiora in pla-
s ponito, uel malagmata, quæ præcordia extensa, uel dura relaxent. Et
mitum prouocare debent post cœnam: ita ut primū raphanum come
t intinctum in oxymelle, & caldam bibant, & sic uomitum prouo-
t. Interuallum omnis tridui in admissis diebus adhibeto, ut corpus
possit cōtra uirtutem adiutorio, aut secundum temporis qualitatem,
secundum ætates, uel nires. Quod si passio per multa tempora uete-
fuerit, dato de antidoto tyriacæ, digchidnes, hoc est, quæ conficitur

C ex uiperarum carnibus, aut antitodo mitridatis, aut iera dialoë. Quod si nimia solutio uentris fuerit, arnoglossæ seminis coclearia tria per triduum potionem dato, cum calida aqua, tria per tridua ieiuno. In dimissionis tempore cibos sapidos accipiant, & carnes minores: ut auium, aut gallorum, aut columborum, perdicum, & atagen, & aliarum similium: & agrestes uenationes, ungularum, uel interaneorum, capreolorum, hædinas, & uolatilium agrestium carnes. Pisces maritimos, aspratiles, albos, aut rubellos, epusucos, sarcellos, solias, marmoriola, parcas, gabiones, ostreas, & cinomusculos, & alios his similes qui stomacho commoto fastidium tollant. Vinum accipere debent anniculum, album & leue, & bene temperatum. Holera uero, spargos, atriplices, sinapi, apia, lactucas, porros, omnia uiscellata. Poma finice, thebaicas nuces, amygdalas amaras, tostas et humectas ex aqua marina, ut amaritudine careant, nucleos pisteos, persica, cidonia. Dimittat uero salsum, raphanum, cepulas, allium. Et post exercitium equi deambulare: uenere uti in maio, erit aliquantum utile: exinde hoc morbo carent.

DE Enthusiasmone.

CAP. VI.

ENTHVSIASMON species est Maniæ periculosa nimium. Irritantur ut maniaci, & in se manus iniiciunt. Isti subito arripiuntur, cum saltatione pedum, uel manuum, ut audiant sibi intra aurium ca-
D uernas uoces decentes diuinorum cantantium, tympanorum, aut cymbalorum percutientium sonos, et cum nimia delectatione resonant eis: sicuti uaccæ ad aram sacrificiorum solebant diuersitatem sonoram parare: aut sacerdotes quando libamina exhibebant, tunc istis sonis mouebantur. Sic istos sonos in cerebro repercutientes sibi audiunt, & auditos contestati, socij saltantium fiunt. Vel in cursu ueloci seduli sunt, ut subito rapiant gladium, uel macheram, & se percutiunt, et non sentiunt: aut morsibus se attrectant, uel in alijs hominibus, nescientes quid faciant: quos latini Causarios uocant. Inmissione, uel iracundia aliquoties se in cursum uelocem dirigunt cum uociferatione. Alij dicunt dæmonis angeli legionem esse: ut dum eos arripuerit, aliquā partem corporis nexent, uel uul-
Cura. nerent. Diligentia eis impendi debet. Quando supra scriptos sonos audierint, includantur diligenter. Et post accessionem eum audierint, flebotoment: & uenter eis moueatur. Cibum accipiant leuem, cum calida aqua: ut omnes uentositates quæ in cerebro sonos faciunt, diuertantur. In ipsa accessione silentium habeant. Quod si spumā per se egererint, aut ex cane rabido morsi fuerint, intra septem dies moriuntur.

De Ephialte. CAP. VII.

EX QVIBVS EOS apprehendimus? Cum in cibo uexantur, et difficili motu corporis, atq; somno, etiam soluto, graui, quo-

ties super ipsis grauantur: aut se præfocari dormientes putant: aut aliquē
sibi putant irruisse, qui eos premendo exanimare contendat. Vnde In- A
cubi dicti sunt, a mentis, atq; sensus incubatione. Alij aūt Incubos dixe- Incubi.
runt, q̄ ex indigestiōe cibi euenit Ephialtes, tanquam ascendisset aliquis
supra dormientē. Fit hæc passio ex multo cibo. Ex indigerie item fre-
quenter, ex alto nimioq;, hoc est, malo humore, aut ex abundantia san-
guinis, per somni fantasiam. Cum graui em̄ somno opprimuntur, dum
dormiunt, plus suffocantur, ut loqui non possint. Aliquoties per somnū
fabulantur, & quasi per diem disputent, sic sermo illorum prosequitur,
dum quasi cum aliquot hominibus fabulentur, aut uarietatem somnio-
rum diuersorum, uel fantasiam uideant, uel paueant, uel in somno cla-
ment. Fit plærumq; (ut superius memorauimus) aut ex multo cibo, uel
uino plurimo, uel ex paruo cibo, uel potu: hoc est, fit uel ex plenitudine,
uel inanitate: sicut et singult9, uel oscellatio, uel tremor, fit ex plenitudine,
uel inanitate cibi, uel potus. Sic ergo emendantur, ut ille cui ex nimio po
tu hoc contingit. Quibus euenit a nimio cibo uel potu, leuiter accipi-
ant: hi autem qui ex inanitate hoc patiuntur, cibari debent, sicut ueteres
dixerunt: iuxta quod corpus nimium, uel exiguum fuerit, eo plus, uel
minus hac passione læduntur. Nam si pallidi fuerint, & pallido uultu,
periculosum est illis: & si patiantˀ hoc frequenter per uigilias sine somno
ut cadant & suffocentur: perniciosa eis hæc signa sunt: aut ubi oppressio- B
nem passi fuerint supini, ualde suffocantur. Et post accessionis horas, ad-
hibe omnem oppressionem, uel pondus capiti. Experrectis ad primum
sensum, corpus omne tremit, sudor frigidus in stomacho uel in capite, &
pulsatio nimia cordis. Ventositas spiritus quæ solet in pulmonibus, &
cerebri partibus habitare, concluditur ex calore cibi, uel uini, uel sangui-
nis, uel cholerum abundantia, non habens exitum naturalem per nares,
uel per os: & præclusis in pulmonibus fistulis, uel in stomacho conclu-
sis, per uiscera discurrens hanc caussam facit. Curari autem debent sic,
quando admoniti fuerint. Si habuerint pręfocationem, corpus mouea- Cura.
tur, uel fabula excitentur, uel capillis capitis attrahantur, aut guttizen-
tur: aut facies eorum de aqua leuiter aspergatur, ut corpus, uel sensus eo-
rum ad pristinum sensum reuocetur. Quod si ætas, uel uires permise-
rint, flebotomari debent, ita ut ante flebotomum primum stomachum
curent. Et potum accipiant elixaturam absinthij, & sic flebotomum ad-
hibendum: & post pigrę potionem accipiant. Et post hæc omnia pur-
gentur, ex iera diacoloquintid. ut omnis humor malus, crassus exinde
purgetur. Cibum accipiant leuem, & digestibilem, & exercitationes, &
somniferas confectiones. Nares ungamus ad mansionem ex dro-
pace, ducentes. In dimissione cum uidemus uenisse securita-
tem animo, præparandum, ut non iracundiam patian-
tur: quia ex hoc inquietantur.

C

De Vocis amputatione.

CAP. VIII.

DEBILITATVR Vox aut per clamorem, aut per frigdorem, aut per æstum nimium, aut per ardorem febrium fauces inasperantur. Exinde feruores patiuntur & anhelitum. Vox inraucat aliquibus ex catarro, & ex pulmone solutio fit uocis, hoc est, raucedo. Si ergo sinochus & raucedo fuerit, tarde digerunt, ut clara uox reddatur.

Cura. Aliquibus & recenter frigida bibendo contingit. Vti debent cibis leuibus, & sorbilibus, & infusione capitis ex oleo anetiuo, & lana coöperto: & uaporationis fomento ex aqua calida cum spongijs. Et thoracem saccellabis, & de lana coöperies. Si tussis non fuerit, balneis utantur, & dragagantum sub lingua tenere debent, & humorem ipsum glutire, aut libanum, aut liquiriciæ succum. Et similiter gargarismatium intra fauces gargarizent: & ex mulsa, ubi coxerint palmulæ, aut caricę pingues, albę, cantabrum, rosa, hysopus, & liquiritiam (ut dixi) in mulsa coctam, tepidam mane uel sero triduum gargarizanto: ut saliua intra os foras proijciatur. Odoribus uero bene olentibus naribus apponentes, uel ptarmico uti debent. Quod si febres non fuerint, & suffocatio maior fuerit, flebotomentur: & postea accipiant electuarium ex semine lini, sisceos, amygdalas tostas, uuam passam: nucleatum, tritum, mixtum cum melle.

D Et uomitum cum raphano prouocent, & purgentur ex diacoloquintidis, iera. Accipiant antidotum beica, aut catapotias confectas.

De Arteriacis. CAP. IX.

ARTERIACI SVNT, quibus fauces reumatizant, uel dentes, cum asperitate gutturis interius: aut quando exscreant, asperitatē faucium sentiunt, aut quasi aliquid in gutture acre: & uox eorum secundum naturam clara fit. Sequitur modica tussis, cum coctura faucium interiorum. Aliquoties exscreant flegma spissum, & tarde redditur: aliquoties solutum proijcitur. Sequitur modica febris cum macie

Cura. corporis. Fit autem ex humore capitis. Curari debent sic. Si sine febribus sunt, cibos accipiant leues, sorbiles cum melle coctos, cum farina similæ tenuissima. Lac caprinum sorbeāt cum melle ieiuni. Cerebella, carnes minores manducent coctas in uino dulci: & granatū uinum bibant. Ieiuni gargarizent tepidum, aut diamoron, uel diacareon, aut diacadion confectiones. Vnum de istis gargarizent: aut de penna fauces ungant. Item post arteriarum asperitates, rosarum flores siccos, aut citonia matura in aqua cocta gargarizent: aut sapam, ubi coxerit puleium. Item dragagantum in melle infusum, tritum cum nucleis, addito melle despumato quod sufficit, datum coclear unum, transglutiendū mane, & ad mansionem per triduum. Quod si cum febribus os reumatizauerit, capiti diligentia est adhibenda. Caput condatur adpressum, & pectinet, &

omne reuma ſiccatur: & oxyrhodino caput iufundi iubemus, in æſtate
frigido, in hyeme calido: aut aſperum infundendum, ſecundum quali- A
tatem temporũ: in hyeme thermatica, æſtate refrigerioſa, ſicut de his ſæ-
pe docuimus.

DE DENTIVM VITIIS, CAP. X.

DENTIVM uitia ſunt multa. Aut dolor unius partis, aut am-
barum, aut molarũ, aut agitationes, aut frigidationes, aut tineæ,
id eſt, denudationes gingiuarum, putredines, ſiue tumores, aut ſanguinis
emiſſio: dentium ſiue molarum dolor, ſiue cancellatio. Si obuenerit hoc
ex reumate frigido capitis, deſcendit in radices dentium, & oſſium natu-
ralia loca commouet, quia humor eſt nequiſſimus capitis, & dentes uiti-
at, ſicut comparationẽ ipſius legendo didicimus. Stillicidia guttando pe-
tram excauant, aſſiduo lapſu: ſic humida gutta non pondere, ſed ſæpe ca-
dendo diſrumpit. Diſtillans humor frigidus capitis, dentes uitiat, hoc
eſt, commouet, pertundit, priuat, depannat. Quibus ſubuenire debe-
mus ſic. Pro dolore dentium, uel molarum, ſi ulla cõmotio eſt, uel putre-
do, ſaccellum facito ex ſale toſto, ut regiones dentium, hoc eſt, tonſillę ua-
porentur: aut humor frigidus, qui in eſt oſſibus, ipſe calefactus tempere-
tur. Et intra os collutionem adhibeant, uinum album ubi cocta fuerit ro-
ſa, intra dentes calidum teneant, uel colluant: aforis autem uapores ſac-
celli ſupra ſcripti. Item in puſca coctas radices hyoſcyami, aut ſtrigni, aut B
ſparagi, aut oleum calidum in ore teneant, ut omnis humor frigidus tem-
peretur. quia & dolores mitigat, & agitatos dentes confirmat. Item ad
frangendum, tolle hyoſcyami ſemen, aut radicis piretri non uetuſti, eufor
bij, hederæ, gummi ana ſcrup. i. lac de celſa quod ſufficit, & in gyrum ca-
ſulam facis. Item ad dentium dolorem, ſuccum hederæ terraneæ in au-
rem mittis in ea parte quæ dolet, & miraberis effectum eius. Sane ſi
commotus fuerit plurimum unus dens, ſiue mola cum tumore: primo ra-
dices eius ſcarificentur, ut humor, ſiue ſanguis egeratur. Si cõmotio nul-
la fuerit, adiutoria ſupraſcripta adhibeas. Nam ſi potuerit ſcarificationes
operari, & multum commotus fuerit, ferramento dens, ſiue mola, euella-
tur, & poſt de puſca locum colluat. Quod ſi commotio non fuerit, non
debet cum ferramento euelli. Quia contigit in inſula quadam, philoſo-
phum molam dolere, & ſine ulla commotione ab imperito medico euul- Nota.
ſa eſt, & ſtatim mortuus eſt. quia præ nimio niſu eripuit medullam quæ
illi intus eſt, quæ de cerebro principatum habens, recurſu humoris ſui in
pulmonem deſcendit, & ſtatim eum occidit. Quod ſi fricatio, uel
putredo in oſſibus dentium, uel gingiuarum fuerit: ex mulſa calida os
abluendum, & hoc puluere ſpargendum, et antheræ confectione, aut
thymi, aut origani, aut ſaturelæ ſeminis, cum uino melantio ex æquo
tunſa, & cribrata, utraq; loca ſuperius memorata ſpargenda ſunt, & os

C aperiendum, ut humor foras egeratur. Aut ex diamoron medicamento unganturradices dentiũ. Quod si antiqua fuerit putredo, radices dentium ex carbonibus calefacto origano cauterizamus. Quod si gingiua tumuerit, & sanguine fluxerit, in pusca interius lentisci decoctionẽ in ore teneat, et puluerem in ore similiter ponat ex anthera, uel usq; in diem quartum. Item admirabilẽ confectionem, quæ gingiuas sordidas, uel liuidas splendescat, & sanguinem constringat. Lenusci corticis radice sicca tunsa, & sale tosto ex æquo trito puluere utatur. Quod si ex gingiuis nimiũ fluxerit sanguis, inter utrasq; scapulas scarificatiõe sanguis tollatur. Quod si uulnus intra os natum fuerit, aut buccam, aut circa uuam, rosa, & croco ex æquo tritis, cum melle de penna linito locũ: aut puluere antheræ curato, diamoron mixto cum melle similiter (ut superius diximus) de penna linito.

DE AVRIVM VITIIS. CAP. XI.

AVRIVM uitia sunt multa. Dolores graues auditus, & soni, uulneratiões, percussiones, humoris discussiones, sanguinis eruptiones, uermes, aut si aliquid intus irruerit, aut surditas, aut pruritus. Hæc omnia

Dolor auriũ. uitia in auribus fiunt. Dolor aurium fit aliquoties in una, aliquoties in ambabus per frigdorem, aut ex uento frigido. Periclitatur interius in ipsa

D cauerna auditus aut ex lauacro frigido, aut aqua interius recepta, aut ex reumatismo capitis subitaneo sine aliquo tumore dolorem sustinet uehementer. Quibus curam adhibere iubemus. Saccello cocto in uino calido uaporamus, et oleum nardinum tepidum, et piper tritum cum oleo, aut ruta, aut cum aneto: aut amygdalinum, aut cepam marinam quassatam, in oleo coctam, tepidam in aures stillamus. Si tardauerit, & febris non fuerit, nec tussis, balneis utatur. Quod si dolor fuerit cum graui auditu, uaporationes fiant ex calda, ubi coxerit absinthium uiride in uase fictili: aures uaporabis, & interius raphani radices excauas, & oleum ibi mittens superiactas, bulliat, tepidum auribus instillato, & de molli lana nares obturato. Item ad aurium dolores unguentum. Medulla ceruina, cæra, oleo de nucella, succo polygoniæ herbæ æquis ponderibus utere: & ungito deforis aures in gyro, & miraberis. Quod si tarditas fuerit antiqua, sine ullo dolore: saccellentur, & uentrem purgent ex catapotijs catarticis diacoloquintidis, & scammonia, aloe, mastice, & succo caulium. Et postea caput purgent ex gargarismo, stafisagria, pipere, sinapi, hysopo, origano, puleio, nitro, ex eo in oxymelle mixta sapa, ad calidum solem, aut prope caniculares dies, aut post supinato capite gargarizent, ut omne reuma capitis fluat. Et auribus instillato oleum, ubi triuaeris amygdalas amaras Oleum laurinum cum pipere tritum, oleũ cedrinum, aut

balſamum,aut ceparum,uel raphani ſuccum cum roſaceo , & piper , aut
euforbium cum pipere ex æquo tritum cum roſaceo , aut afronitrũ cum A
roſaceo , & ſuccum porri . Hæc ubi , adiecto acri aceto tepida inſtillas
auribus , ſi fueris non habens exitum uentoſitatis,ſine grauedine & ſine
dolore ſtomachi anatimaſis in his ſit . Potum accipiant elixaturam abſin-
thij pontici:& ſtomachum curent,et auribus inſtilleт nitrum tritum cum
roſaceo. Aliud etiam. Fœniculi,aut marrubij uiridis ſuccum , cum roſa-
ceo & aceto mixtum, inſtillato,aut granati ſicci corium tritum, cum roſa-
ceo,aut oleo laurino,aut ptarmico nares ungito,ut ſternutent. Quod
ſi tumor fuerit cum dolore ex reumate capitis, aut ex catarro,aut ex ſan-
guinis impletura : uaporationes ex ſpongijs in calda tinctis,infundito in-
terius porri ſuccum , & ibi cum roſaceo , & melle , & lacte mulieris quæ
maſculum nutrit , inſtillato . Quod ſi uulnus fuerit cum ſanierũ ſqua-
lore , uel fœtore: infuſio eſt ex alto humoris , aut ſanguinis per cliſterem
tenuem ſyringæ . Colluantur ex mulſa tepida , & ſic extergantur ex lana
molli melodida . Et de præſenti infundi iubemus porri ſectiui succũ , aut
coriandri,aut ſtrigni cum roſaceo tepidum auribus inſtillato ad manſio-
nem. Quod ſi uulnus fuerit longi temporis:curato ex trociſco andronio,
aut muſano:aut crocum des tritum cum roſaceo & melle . Id autẽ antequã
medicamentum injicias , prima die lana molli in melodida uulnus exter-
gas. Aliquibus uulneratio aurium plus creſcit & claudit auditus fora-
mina. Infundi iubemus raphani ſuccum cum roſaceo,& puluere oxycro,
in ipſas cauernas ſuperfluas:aut ea comedat. Aut pulueriza ſtaphiſagri- B.
am,piper,& elleborum, trita : & ex hoc puluere impones . Semotus eſſe
debet a fabulis,a ſonis. Cibis debet uti leuibus,ſorbilibus. Et ſi percuſſa
auris fuerit: & intumuerit cum dolore : butyrum recens , aut ſine ſale ,
cum melle mixtũ ſuper calda tepefactũ, inſtillato tepidũ:aut adipes anſe-
rinos,aut gallinaceos ſuper calda tepefactos,inſtillato tepidos:adiecto ſi-
mul lacte mulieris, quæ maſculũ nutrit,Item porri ſectiui ſuccum , aut o-
zymi aut coliandri,aut ſtrigni cum roſacco , aut crocum ſine roſa uiride,
infuſum in lacte mulieris quæ maſculum nutrit , tritum , bene tepidum
auribus inſtillato . Et pro tumore deforis cataplaſmare debes ſit. Panem
mundum in uino infuſum,tritum cum melle cataplaſmato . Quod ſi du-
ricia adfuerit,lenticulam coctam in aqua,tritam cum melle tepidani cata-
plaſmato. Quod ſi humor nimius ex auribus fluxerit aliquoties ut lo-
tura carnium,ex muſculorũ tonſilla manat,cum grauem dolorem iuuent,
temperari debet , ne multum fluat, nec conſtringatur. Multus ſi egeritur
humor ſine ullo dolore,uinum granati coctum, & ſpiſſum , cum colofo-
niæ puluere,tepidum infundito:aut abſinthij uiridis ſuccum , gallæ pul-
uerem,aut andromacum cum melle,aut cum ſucco porri ſectiui , aut ſucc-
cum hederæ cum roſaceo colluere debent,ex mulſa tepida , aut elixatura
de lenticula in aqua cocta . Quod ſi ex auribus ſanguinis eruptio fue-
rit,ſiue uulnerũ cauſſa , ſine ullo dolore, ſiue alias cum ferro tunſum:cri-

C bratum puluerem per fistulam flato: aut colofoniæ puluerem, aut celticæ folia, granati ficci cortice m, nitrum, ex æquo tritum, flato: aut gallarum puluerem. Sed & si antiquis, hæc est cura. Si fuerit sanguinis eruptio, & ætas permiserit: circitent ex utraq; parte scapulas. Quod si intra ætatem fuerit, incidi iubemus capitis partes, id est, ambo cornua, hoc est, super utrasq; partes capitis, quemadmodũ supra dictũ est, ut multus sanguis egeratur. Quod si uermes in aurium cauernis nati fuerint, absynthij pontici, aut cucumeris agrestis radicis succum, aut capparis radicis succum, persicorum foliorum succum cum aceto instillato. Quod si nulla res eos iuuat: sulphur uiuum, cum calce uiua, trita cum melle instillato, aut sinapi semen, tritum cum hyoscyami succo. Quod si casu intra aures aliquid ceciderit, aut granũ frumẽti, aut stipula, aut arista, aut aliquid tale: sternutamentũ subinde prouocet: aut butyrũ, aut adipem anserinũ, aut gallinaceũ tepidũ frequenter auri instillato: & balneis utatur. Quod si ex ordeo aures clausæ fuerint, & fuerit sanguinis eruptio, facito ut supra hic dicitur. Item si sordibus aures clausæ fuerint: oleum calidum frequenter instillato, aut nitrum, uel sale tostum, tritum, & rosaceum calidum instillato: aut in lana tinctum auribus injciatur, & sic de melotida sordes ipsæ ex auribus tollantur. Quod si pruritus aurium fuerit plurimus, acetum, & oleum rosaceum tepidum instillato, aut fœniculi succũ, aut liliaceos flores tundis, & succum eius cum aceto & rosaceo tepidum
D instillato.

QVID Podagricis conducat, uel non.
CAP. XII.

RAMOS betonicæ, & ramos centaureæ qui plus ponderis habebunt, radices agrimoniæ, radices pentaphyllon, radices cannæ, radices sandicis, radices centũcapitum, uenæ citr. paragoriæ colliges mense Augusto, & sicca cum sole, & diligenter trita adseruabis. Quando uero bibendum est, ieiunandum est per dies. 15. Aut si non poterit ieiunare, tota die quoad potuerit ieiunet, parcescat et potui, edenda necessaria sunt, facto balneo asso. Dum egreditur de caldaria, accipiat pulueres supra memoratos in aqua tepefactos, & obuolutus sabano iacebit usq; ad sudorẽ. Et die ipso comedat pullos gallinaceos, aut anserinos, aut maluas rodat. Hinc per dies. 20. ipsum puluerem omni mane accipiat in potũ sicut supra, & post dies. 20. in septimana bis, aut ter usq; ad annum potabit quemadmodũ supra. A quibus uero abstinebis usq; ad annũ: De carnibus uaccinis, carnibus ceruinis, porcinis, leporinis, cum hædinis. Piscibus qui squamã non habent, id est, sepia, & uliginibus (quos comedunt multi) abstinebit. Olera quæ non sunt utenda, id est, bletas, olorstordes, & betas. Legumen omne comedat, excepto lectigolas, quas cauebit, uel lactucas, intyba, cucumeres, uel opiopinos, & ficus usq; ad annum non comedat. Tamen mente retinebit, quod de mense septembri, prædictos

pulueres in aqua bis potabit usq; ad mensem aprilem : & quando meli= A
us habet, tunc primum incipiat bibere Præter ficus, pomis omnibus,
& balneo utendum.

De Catarro. CAP. XIII.

CATARRI genera sunt tria, Catarrus, Coriza, & Catasti=
gnos. Catarrus fluens a naribus, aut una, aut ambabus, aut uno
oculo, aut una aure, humor fluens capitis, in diuersas partes discurrit, &
distillationem, ut superius diximus, per nares facit & pulmonem : unde
catarrus dictus est. Fluorem enim græci Catarron uocauerunt. Qui=
bus alijs speciebus nominabimus Catarrum? Catarrus nominatur a na
ribus factus, Coriza, a faucibus, Branchos, a raucedine pulmonum, un=
de & Tisis fit. Ex quibus appræhendis a naribus catarrum? Ex gra= Coriza.
uedine atq; constrictione narium, & frontis pruritu, cum iugi fluore, hu
more tenui, & crasso, & uiridi, cum sternutationibus continuis: neq; an=
helitum inde reddunt nisi per os tantum, & nares prçcluduntur: deiectio·
nem frequenter conantur, & nihil emungunt. Aliquoties aquam per na
res digerunt, quasi qui sinapi, aut cepulam acrem comedunt, ut lachry=
mas per oculos emittant. Aliquoties emungunt spissum, & colore sul=
phureum, uiride, aut fellitum, cum narium prædusione. Aliquoties una
pars capitis aurium per ipsum impetum condolescit, aliquoties partes
capitis, siue temporum : et per nares mucilenta in modum sanierum ege=
sta digerunt : ita ut capiti dolenti, & circumdolenti, sanies per nares sol=
uitur. Aliquibus suffocatione capitis aures crepant, & humorem dige= B
runt. Cura eorũ diligentiæ capitis adhibenda. Caput ungatur ex oleo
irino, aut daphnino, hoc est, laurino, aut melino, aut cyprino, aut aneti= Cura catarri.
no, aut rutaceo. Plantas ungãt de pice liquida, & de acopo therm ãtico.
Vngant thoracem, & collum eorum. Lanam lotam capiti eorum appo=
nito, conuenintia e auribus instillato. Ptarmico nares unganẽ. Piper tri=
tum, & euforbium melanrium, iris illyricæ radices, rutam, cuminum, to=
stum, puleium, ex his unum tritum in linteolum ligato : & moderato, ut
sternutamentũ prouocent. Cibos sorbiles dato. Corizam faucibus ca=
tarron aducnisse inde cognoscim9. Pruritum quidẽ faciunt cũ tirillatu, et
uoce obscura. Est & sternutatio assidua, cũ sensus prouocatione, & trans=
uorandi difficultate. His diligentia capitis adhibenda, ut superius in ca=
tarro diximus. Vel gargarismum dico adhibendum, ut in arteriacis dixi= Coriza cura.
mus: uel electuaria quæ fauces asperas leniunt. Catastignos ut catarrus
interius uiscerum distillationes, uel percussiones in stomacho, tussim cũ
nausea prouocat. Si pulmonibus obuenerit, grauedinem thoracis uche=
mentem facit cũ sputis spumosis, aliquib. cum raucedine: & si sanguinẽ
exspuerint, ad tisim ueniunt, & tabidi moriuntur. Aliquoties exspuunt,
uel exscreant ut pinguem saniem. Quod si tussis dura fuerit sine exterio=
rum fluore : ex mero calido dare debemus. Si item non febrit, in ficus
siccum mittis puleium, & piper tritum : assas tres comedendum dabis,

C autoxymelle, aut elixaturã fenugræci in mulſa coctam, aut hyſopi. Item
in uino & melle coquere debes rutam, piretrum, & piper: potui dato: &
gargariſmatium fiat, ut rcuma foras prouocetur: & irios radices ſiccas,
hyſopum, aut thymum ex æquo tritum, cum melle mixtum dato bibere
coclear unum, ieiuno, & uinum poſtea. Et ptarmico nares ungito. Edat
oua ſorbilia. Aliquoties totæ tres cauſæ ſimul ueniunt. Aliquoties ſin-
gulæ: ſic & eis ſuccurri debet, ut dictum eſt.

De Vua. CAP. XIIII.

VVA aliquoties ex catarro tumeſcit, aut inflatur: aliquoties ex
ſanguine, & humore laxatur. Et in faucibus iacet plus ad na-
turam ſuam, quæ humorem præſtat, uel ſaporem ciborum lubricatione
deuorandum: dum multa ſunt in illa foramina: ſicut ex mãmilla mulieris
emanat lac de foramine teuuiſſimo: uel uti acus punctura perfricatione
facta, foraminum obſtructione opitulante, grauata nimiis humoribus,
malefacto iacere cogetur. Quæ primo deſtillando uua, tuſſiculam gene-
rãt. Deinde negligentia ſæpius facta, ſuper pulmonem deſtillatio ruit.
Cura tunc periculum ubi tumet, & rubet, deſiccare debet. Quæ autẽ
eſt pannoſa, tenuis, liuida, longa in capite, acumine incidi debet, et inſtru
mento apte teneri primo, & ſic incidi, & puſca frigida gargarizari. Nam
ſi eam ex radicibus non inciderit, nec cicatricem fortem facit, nec bene pa
ragorizat, ut foramina naturalia pacta fiant, deriuationẽ in pulmone fa-
D cit: & tiſici, uel tabidi moriuntur: aut ſi frequenter deſtillauerint, ad per-
niciem deducunt. Quod ſi uua tumuerit, & laxata iacuerit intra fau-
cium ſpacia, et fauces uſtulauerit, uel linguam: totum hoc ſic emendabit.
Palmulas, uel caricas pingues coctas in mulſa gargarizent. Quod ſi os
omne reumarizauerit, & tuſſierit: caricas, roſas, furfura triticea, hyſopũ,
aut thymum, fenugræcum, puleium, lenticulas, ex æquo in linteolo liga-
tas, in mulſa coctas, colatas gargarizent, uel exinde ieiuni bibant tepidũ.
Quod ſi uua iacuerit: de antheræ puluere eam leuato: aut hunc pulue-
rem conficis, & eam leuabis. Corio granati ſicci, balauſtia, ſalẽ toſto, ex
æquo trito, cribrato utere. Nam in coctura faucium, uel uuæ eis pulue-
res non conueniunt.

De Tuſſicula. CAP. XV.

TVSSICVLA aliquibus ſicca uenit: aliquibus humectata, et
cum plurimis flegmatibus: aliquibus cum anhelitu & ſuſpirio:
aliquibus ex nimio ſputo, uel reiectatione: quæ a tiſi ſi uenerit, tabidi mo-
riuntur. Quammaxime tiſis excitatᷓ peripleumonicis, pleureticis, ſman-
ticis, & empyicis. Solita tiſis his euenit humecto ex capitis humore, aut
de catarro, aut ex faucium reumatiſmo in pulmonem, aut guttur. Sicca
uero tuſſis fit in pleureticis, peripleumonicis, ſtomaticis, ex diafragmate,
uel epatis tenſura, uel duricia ex faucium reumatiſmo, ex ciborum acre-
dine, & ſalſa commixtione: uel ex frigido potu, aut ex puluere, aut ex

fumo, aut odore non bono irritantur, & ex sanguinis abundantia, intus
crepunt, aut ex proclusione epatis. Curantur autem sic tussientes. Ia= A
cere debent in domo lucida, & bene olente. Et si soluta fuerit tussis, ele=
ctuarium accipiant quod eos cõstringat, hoc est, lini seminis tosti scrup.
viij. cumini tosti scrup. xvi. sinapi seminis scrup. 1. puleij sine fumo
scrup. iiij. nucleos tostos scrup. iij. amygdalas tostas scrup. xxx. uuæ
passę albæ enucleatæ grana. c. mel despumatum quod sufficit, datum se=
cundum uires. Item piperis grana 30. baccarum lauri grana. 15. ireos ra=
dices siccas scrup. iiij. thymi. 3. 1. tundis, cum melle mixto, dato cocle=
ar unum. Quod si flegma plus fuerit cum tussi: oxymelle accipiat, aut
oxyporium, diacidoniten: ut flegmata frigida incidant, & calefaciant, et
dimifragia comedant, uel salsamenta, & poma merata, uel cibos thermã=
ticos, uel conditum. Item contra solutam tussim, mel diutissime coctũ,
pastillicato, admixto gumi, ut unum corpus fiant: & ad oliuæ magnitudi
nem dato, ad omnes duricias constrictiuas: aut trociscum diaspermaton,
aut catapotias becicon. Quod si longa fuerit tussis, & ꝓmiscua, hoc est,
subito soluta, et subito sicca: dato antidon uesocon asclepiadeũ. Aut hoc.
Piper, rutam siccã, ireon, hysopũ, sinon, uel ulumũ opium, & myrrhã ex
æquo tritam cum melle mixtam, dato ad mansionem, aut mane secundũ
uires. Quod si sicca fuerit tussis, et uiscera fiunt sine sputo sanguinis: sto B
machum curent, et accipiant apozima, hoc est, elixaturas: aut origanum,
hysopum, aut radices de iri illyrica, aut rutam: unum ex his in mulsa co=
ctum potui dato. Quod si cum uomitu, oxymelle accipiant. Quod
si cum anhelitu, fenu græcum aqua coctum adiecto melle dabis. Quod
si cum dolore, uel tonsura: ireon et hysopum ex æquo tunsum, cum mel=
le mixtũ, dabis cocleare 1. singulo mane, uel sero. Cibos sorbiles, ut oua,
piper tritum, aut rosmarinum tostum, aut ptisanæ succum cum melle.

Quod si antiqua fuerit tussis: saccellare debemus thoracẽ ubi pulmo=
nes sunt, & ungere thoracem ex acopis thermanticis. Et ficus siccas assas
comedant ieiuni, & catapotias, ueciconiden, myrrham, castoreum, gal=
banum, opium, piper, storacem, ex æquo tritum cum aqua: & facies ca=
tapotias in erui magnitudinem, dabis ternas post cœnam in calda gutti=
re. Cibis uti debent humidis, & digestibilibus. Electuarium diaprassi=
on, aut diascylles, castoreum, prasium, cardamomum, & piper ex æquo
tritum, cum melle mixtum, dato secundum uires: & his similia.

De Hæmoptoicis. CAP. XVI.

HAEMOPTOICI, hoc est, sanguinẽ exspuentes sunt. Horũ
significationes plures. ut sanguinis de propria, & abusiua. Pro=
pria est, quæ ex supernis partibus labitur, sicut fluor significatur de capi
te per sensuales uibras. Abusiua est, quæ etiam ex inferioribus acceden=
te fluore significatur, aut ex pulmone, uel stomacho: nausea, tussicula ex=
clusis. In propria est enim fluorem uocare, id quod ascensu quodam

C non lapsum fertur. Sed græci uersa uice posuerunt, deriuationem nominis intuentes, id enim hæmagogam uocauerunt, quæ magis ex inferioribus affluere significat: quod fluor sanguinis sputum dici priprie potest. Paruam enim significationem sputum refert, fluor plurimam. Neq; sputum sanguinis est fluor, supradicta ratione. Parua enim materia sanguinis ex gingiuis, uel faucibus emissa, sputum magis quã fluor recte nuncupatur. Hyptisicũ est quod spuitur: quod exscreatur hæmagoga, id est, quod rejicitur. Quot sunt differentiæ sanguinis? Tres: Eruptio, Vulneratio, Resudatio. Eruptio fit fluor ex fluente, repentino, atq; limpido sanguinis fluxu, nulla antecedente querela uulneris effectu. Vulneratio ex humecta materia humoris purulenti, cum sanguine non limpido, & tussicula plurimorum dierum. Resudatio uero ex nullo sensu uulneris, sed quod magis ex accæpto cibo uel potu, acriore liquore comprobatur.

Sanguinis Eruptio. Vulneratio. Resudatio.

Qui sunt loci ex quibus fluor sanguinis efficitur? Ex supernis faucibus, hoc est, brancho, quod guttur: ex faucibus, pulmone, thorace, diafragmate: ex stomacho, & proximis locis, de capite, ex iecore, splene: & uena maiore quæ spleni coniuncta est.

Ex quibus apprehendo eas, quæ in supernis sunt faucibus partes, quod est branchus, quod ad guttur sanguinem projiciat? Ex sputo sanguinis, cum quadã manatione aquæ paruę, et asperitate linguæ, atq; ima

D gine uenulæ ex loco de quo sanguis ipse fertur, apparet. Quæ apprehenditur ac si liquoris acrioris gargarismum accæperint ægrotantes, mordicationesq; eius loci sentiunt.

Ex quibus eos qui de faucibus sanguinem projiciunt? Ex paruo fluore sanguinis, cum humore retinaci, & leui tussicula. Ex quibus exclusos? Ex quibus eos supra dixi, qui de pulmone sanguinẽ projiciunt plurimum, atq; cõaceruatum sanguine fluorem, & ipsum uti spumosum, rufum ac feruentem, sine dolore, cũ uehementi tussicula, ex thoracis grauedine expulsum: aliquando cum stridore pectoris, & uocis in articulo obtunsione, & raucedine, genarum rubore.

Ex quibus eos qui de thorace projiciunt? Ex supra dictis signis, & paulo mitioribus, cum dolore lateris, aut pectoris, aliquando etiã spinæ mediæ utrarumq; palarum, quod græci metafremon uocant, per multum fluorem uni spumosum sanguinem, ex quibus & diafragma sanguinem projicit.

Ex quibus qui ex stomacho sanguinem projiciunt? Ex uomitu plurimo, sanguis niger, uel cõagulatus, aliquando autem cum cibo attestante animi defectus, cum corporis iactatione, atq; fastidio, saliuarum fluentia, membrorum in frigido corpore pulsu paruo, dolore utrarumq; palarum, magis si acrem liquorem biberint in siti, morsum in stomacho patiuntur, malfiunt, infrigidantur.

Ex quibus qui de uentre sanguinem projiciunt? Ex his quæ de sto

macho memorauimus, ſed paulo uehementioribus. Nam plerumque eti-
am per uentrem quidem ſanguinem emittunt, ægrotantes cum dolore, A
atque tormento, & mordicatione medijs præcordiorum.
Ex quibus qui de proximis locis exſpuunt? Ex inſpectione oris pa-
rotidæ uenam apprehendimus, aut ex tonſilla uulnerata, aut ex gingiuis.
Ex quibus qui de capite per ſenſuales fibras ſanguis exſpuit? Ex ante-
cedente feruore faciei, aut capitis grauedine, uel dolore, & extenſione,
uel narium, cum titillatu quodam eius partis qua ſanguis effluit per na-
res, atque ad eas deducendum ducunt. Hæc ut plærisque dormientibus in-
quietudine accidit, ut ore impleto, atque faucibus occupatis, cum quodam
exſcreatu putido excludantur. Et ſi ad ſtomachum, uel uentrem deflu-
xerint, permitte ægrotantem donec per uomitum excludantur, accæpto,
uel tranſuorato acriore liquore, nulla mordicatione loci ſequente. Arte-
ria aſcendit, tuſſicula excluditur, qua neque ante fuerat uexatus ægrotus,
nec poſt excluſionem ſanguis interpolatus. Quod de pulmone proij-
cientium ſignum eſt? Ex quibus de iecore ſanguis proijcitur. Ex tumo-
re capitis, cum dextera parte præcordiorum, ex colore uiridi, uel aquato
ſimili. Ex quibus ex ſplene dolor? Siniſtris pratibus capitis, uel præ-
cordiorum, colore plumbeo, ſimili lingua.
Ex quibus ex uena maiore, quæ ſpleni iuncta eſt ſanguis proijci-
tur? Crepat ex multis uocibus, aut ex multo uino, aut cibo, aut ex uſu
uenereo, aut ex nimio pondere, aut ex catarro, uel nimia tuſſi crepant ut
ſanguinem uomant. Hæc ſi in cibo uenerit, cum ſpinæ dolore, uultu, lin- B
gua pallida uel nigra. Quod ſi crepuerit in ſeptimo uertebro ſpinę, in ſto-
machum fluit, & per os uomitur, ueluti cibus. Si in pede, uel manu, aut in
capite uenerit, aut in renibus: paralıſin facit. Nam ſi in pulmonibus uene-
rit, ſtatim eum occidit. Supra ſcriptas cauſſas hæmoptoicas uocant, id
eſt, ſanguinē exſpuentes, Sed tamen de his omnibus malignis ſputis qui-
dam curari non poſſunt, ut ex pulmonibus, ex uenis, ex uulneribus, ex
iecore. Omnia enim ſputa ſanguinolenta, maligna. Cura autem corū,
medebitur ſic. Iacere debent in domo lucida, refrigerato loco: inmobili Cura.
ecto ideo, ne petra, uel ſub diuo aut corpus uexetur, aut moueatur. nam
moti fuerint, ſtatim ſanguinem proijciunt: uel ſi iraſcanẽ, aut clament.
ıxta tempus adhibere debent flabella, & folia pampini, myrti, aut cala-
ıi, cum aſperſione: ut omnia frigida habeantur. Similiter coöpertoria le-
iatiſſima, quæ eos non calefaciant: ne per calefactionẽ ſanguis plus pro-
iatur. Quod ſi ætas permiſerit, uel uires, initio pus ſanguinis fleboto-
ent, quammaxime in omnibus doloribus, uel pleureticis, cum ſangui-
n exſpuentibus, ubicunque tumor inde apparuerit. Poſt flebotomiam
lſam decoctam accipere debent, interuallo remedij loco potius quam
ionis. Sanguine cũ ſputis ſordidis ex uulneribus emiſſo, medicamini
purgenẽ ſiue corruptura uenę alicuius ſanguinis. Puſcã frigidam aſſi-
e bibere debent. Item ad ſaniẽ, Bolum (eſt aũt ſpecies terræ candida

C & glutinosa, quæ ualde huiusmodi curis debetur) adiuncto amilo, ex æquo tritum, datum cum pusca frigida, aut cum succo arnoglossæ, quæ latine plantago dicitur: aut succo cum pusca mixto, sanguinē mire stringit. Aut ipsam quoq; herbā coctā, et oleo et muria adiecta ad hoc comedant, symphiti succo ex pusca frigida potato, aut hippoquistidos: et omphacio & draganto, & alumine, et amilo, & aliis constrictiuis potionibus. Si ex pulmonibus fuerit, arnoglossæ succo cum hippoquistidos, & gummi, et amilo, & infusionib. thoracis, & oxyrhodino in lana succida utanť. Cibos accipere debent constrictiuos, alicam coctam frigidam, & panem siccum ex uino stiptico frigido, & ptisanæ succum cum amilo, & arnoglossæ succum cum siseleo: & similium succorum sorbitiones, adiunctis speciebus supra scriptis in ouis sorbilibus. Accipiant cerebella, & ungulas coctas, et rostrum ex porcello minore. Et potum accipiant ieiuni, ex aqua ubi coxerint citonia: aut palmulas, aut turiones rutę, uel rubi turiones comedendum dato, ieiunis: maxime uero citonia cocta, aut assa, aut granati duri grana. Et epithima conficis sic. Ex citoniis, amilo, thure, aloë, cum ceroto myrtino attollatur: & ex lemniis fragitidos, aut ex trociscis diacoralli, aut dialectri confectis, & ex aliis antidotis quæ scripta sunt ad hæmoptoicos: et cucurbitam cum scarificatione sanguinis oportet detrahere. Obseruent se a balneis hæmoptoici in locis refrigerosis, a clamore, ab iracundia, a uenere, a uomitu, a uino et salsamentis, et puluere, et fu-

D mo. Et mulieribus fit hæc passio, quæ menstruis non purgantur. Curentur & ipsæ sicut in uiris scribentes docuimus.

De Phthisicis, hoc est, Spuentibus.

CAP. XVII.

SIC phthisicos apprehēdis. Ex febre cum tussicula, ex screationibus uariis, sanguinolentis, uel liuidis, aut purulentis, aut pro quantitate exclusæ arteriæ, cum corporis macie, & uitæ, attestante uirium debilitate parua, aliquoties sicca tussi, aliquoties soluta cum flegmate, aliquoties cum catarro. Curentur electuariis ex ireos, & hysopo, aut thymo, contusis ex æquo, mixtis cum melle: coclearibus singulis mane & sero. Et uuā deficcent ex anthera: & succum ptisanæ accipiant, & butyrum cum melle. Et curentur sicuti in sanguinis fluore diximus.

De Tisi. CAP. XVIII.

TISIS VITIVM fit ex reumatismo gutturis, aut ex uua, & distillatione assidua, ex catarro distillāte multo tempore, pulmones uitiante: sicut in dentium caussa supra diximus. Hæc passio pulmonum periculosa, et maligna ualde, sine ulla sputatione sanguinis. Fit autem in ætatibus in decem et octo annis, usq; in tricesimum et quintum. Sequitur autem tussis cum sputaminibus uariis, aut tenuibus, aliquoties similibus saniosis, aut spumosis. Sequitur et sonus respirationis, anhelitus pulmonum, febres leues, hebetudo corporis, et fœtor, anhelitus oris. Si inueterauerit annum, et si non curati fuerint, moriuntur.

Plurimis modis cum facti uirtute diligentia est eis adhibenda: ut ante
accessionem febrium cibentur, aut post dimissionem. Solent enim ali= A
quibus & typicas accessiones facere. Aut die inter diem cibari debent, ex
sorbitionibus. Ante accessionis tempus fortissimos dato cibos, polentas,
oua, cerebella, uolatilia, gallinatia, carnẽ, capita, pedes porcellorũ, aut hę=
dorum in ptisana coctã, & allia cocta cum aneto & oleo ex aqua condita,
& gallorum testiculos, ascellas columborum, anatum, columborum,
& conchilia petrosa tincta in aceto, condita, ex pipere, libistico, costo, me
liloto, & his similibus si sine febre fuerint. Et lac comedant, uel bibant.
maxime asininum statim mulctum, ne infrigidet, potum dato, ieiunoque
manente, non de pastu ueniente. Melius dare lac de animalibus ieiunis:
quoniam lac ipsorum constrictiuum est, & desiccat dura natura. Conue=
nit his ex dimifragia, & fricationibus totius corporis, plurimum capitis
ad collum & thoracem, & omnem actionem eorum. Cura desiccatiua fi=
at pro reumate, electuaria, et potiones multis utiles probatas. In nocte ad
potionem danda confectio ex duobus, pipere, aut diaprasio, & alijs quæ
calefaciant & desiccant: aut hysopum in mulsa coctum potum dato: aut
Irim illyricam. Et deambulatione mediocriter utatur, & odore bono.
Habitatione conuenienti uti debent. In obscura domo iaceant. Circa ca
put & thoracem et collũ unctiones mordaces, quæ cum tensione possent B
fieri ex ulcere. Vel epithimo utant̃, quo reuma calefaciant, uel desiccent.
Et si permiserint uires, hicaroticis medicaminibus, aut cauteribus caute=
tizent circa thorscem, nouissima cura ipsorum.

De Empyicis. CAP. XIX.

EMPYICI sunt saniosi. Eos apprehendimus ex antecedentibus
signis quę in interioribus collectionẽ denunciauerunt, dolore ma=
gno, cum febribus & horroribus inordinatis, & consequentia repentina,
& sanierum effusionem soluunt cum pulsus erectione. Item Empyici
fiunt ab hæmoptoico ex uaporatione singulorum. de alternis passioni=
bus: & proprie sic noscuntur Nam tisicus fit non repentina effusione sa=
nierum, febres etiam cremento temporis, accessionesque efficiuntur pulsu
crebro, cum iliorum dolore. Empyicus autem repentina effusione sanie=
rum cum febrium accessione, apostematum collectiones fiunt, interius in
medio latere, aut in thorace, & in pulmone. Collectio & scissura sanierũ,
fit cum febre et tussi, et corporis macie, et sine uirtute empyici sunt. nam
& quæ uisceribus eminent, collectiones uocantur. In alio latere fiunt col=
lectiones, quæ si eruperint, empyici erunt, & spuendo saniem digerunt.
Fiunt autem empyici plurimum ex pleureticis: aliquoties aut ex ægri=
tudine acuta non bene discutiente, aliquoties autem & febribus antiquis
uix carente, & usque huc deducentes. In tempore commouentur, aut fri=
gores, aut plagis, aut ponderibus aurium, & humoris plenitudine acerrĩ
ma, aut ex uini liquore: quibus signa cõmunia sunt ab omnibus. Tumor

C est in collectione regionis. Sequitur autem (ut diximus) febris lenis, & frigdor inordinatus, & dolor pulsans eruptionem. Aliquoties autem super pulmones fertur ex thorace: aliquoties autem per intestina collectiones & digestiones fiunt. Aliquibus autem in uesicam, plenitudine ex renibus facta, apostema cadit. Aliquoties in eodem loco ubi nascitur maturatur, & crepat. Significantia futura hæc signa, cum tussi, & super impositionibus anhelitus obseruabimus. Omnes empyicos spissum habentes pulsum, neq; dimissiones humorum, neq; a febribus desinentes, circumuenit passio. De his ergo conamur nunc in cura: sicut multoties diximus. Empyicis adiutorio utimur sicut in pleureticis. In acuta passione hoc non aliquando necessarium: aliquoties adbreuiat, aliquoties prolongat initium. Cura eorum. Detractione sanguinis utendū ex cubito contrarię partis dolentis lateris, contra plenitudinis grauedinem. Si autem uires permiserint, multoties in locis ipsis dolentibus. Imponere debent cöopertorium factum ex lana, cum infusionibus glaucini, aut ficionij, aut ueteris olei, ubi coxerit ruta, aut anetum, & circum ligetur. Si febris fuerit & nimius dolor, acetum & oleum imponitur, adiuncto nitro. Post infusiones adhibere debent cataplasmata, & uaporationes. Iuuat autem panis in mulsa coctus, & semen lini, & uaporationes ex milio, & ex sale tosto, aut ex cantabro: per saccellum calidum uaporato loca dolentia, ut multum sudent: aut ex oleo calido in uesicam fuso, obuoluto in

Cura empyicorum.

D linteo, locum circum calefacito, uel cucurbitato, raptum, ut diu constringat locum dolentis: & post infusionibus: & postea cerotarijs ex cyprino & rutaceo oleo confectis, & emplastro malactico Serap. et diamnasse, uel malagmate diasabato, quæ adductionem faciant. Quod si duricia fuerit in superficie, uel interius, & adhuc non crepuerit, neq; ruptionem saniērum fecerit, ut maturet & deponat, hoc adhibeatur. Fœnugræcum, semen lini, resina, manna, et libanum insimul cocta: aut thymum, & altææ radices inductas imponito. Item folia abrotani, fimum columbinum, nitrum, cacrios, piretrum. Quod si eruptio saniērum fuerit: oxymelle dato potū: & fiat cataplasma in oxymelle coctū: imponito & adiutoria quæ prouocent saniērum squalorem. Et cibos mellicos accipiant, uel potum, qui stomachum calefaciat, cibos coctos cum sale & aneto. Sorbitiones faciant, commixto aut puleio, aut hysopo. Quod si eruptio saniērum creuerit, ut bene expurgetur, hoc accipiant. Amygdalas amaras, nucleos, urticæ semen, lupinorum farinam, tunsa, in melle mixto, dato cibos ptisanę, ubi coxerit faba frixa, si febres non fuerint, & sinape comedant. Et si melius habuerint, carnes comedant hædinas, pedes porcellorum, rostrum, aures, coctorum succos, & maxime procellorum minorum lactentium, ut non sint durę: ne indigestionem faciant: unde & piper addant. Aliquibus autem & cepulas, & allium dabimus ieiuno comedere: ut orificium apostematis aperiat, & non claudat. Olera autem, betas, maluas, lapatium probauerunt bene purgata, quia & intestina mouent, &

purgant. Pastinacas autem, & porros, & sparagos coquito: ut urinam A
moueant: sed stomachũ grauant, & fastidium faciunt. Et post accæptos
cibos poma accipiant, mala cidonia cocta, & grauata, & acinos modicos
digestibiles non multum: ut uulnus purgent, & claudant sinum eius.

Dandum erit eruum coctum sicut cicer: succus eius, aut lac potatũ. Et
cauteridiare thoracem debebunt, in dimissione: ne collectio iterum fi-
at. quia ista causa fit de nimio potu & uino: ideo pro indigerie ciborum
uel potus, aquam cum nitro, aut aquam salsam bibant, & uomitum pro-
uocent: & malagma thoraci per stipticia, sulphur, & bitumẽ imponant,
& malactica: & electuaria diuersarum uirtutum quæ eos purgent, uel sa-
nies exiccent. In dimissione dimifragia, & exercitationes, & cepulas,
allium & sinapi accipiant, & bulbos coctos cum melle tritos, & commi-
xtos: & uulnus cõglutinent interius. In multis locis apostemata fiunt:
quorum præ omnibus periculosa erunt quæ in pulmonibus fiunt: &
dicunẽ peripleumoniaci. Acuta est hęc passio: quia & cito occidit. Nam Peripleu-
pulmo semel uiciatus, uel incisus, aut ruptus, curari nõ potest: quia die et monia.
nocte incessanter a spiritu mouet. Exinde aũt cognoscimus de pulmoni
bus esse: quando sanies & spumas proijciunt: ex saniebus diuerse appa-
rescentibus, liquidis, & fętidis: ex raucedine uocis, cum tussi forti: genua
fiunt rubicunda, et albores oculorũ lucidi fiunt, uel albidi, et in circumitu B
palpebrarum extensio, & pro dolore pondus est in thorace. Sed leuc iu-
dicamus, quando saniem proijciunt, & pondere leuantur. Vt ergo de-
bemus in thorace cataplasmate de hysopo, & abrotano, & ficorum clixa
tura. Potum dato mulsam ubi coxerit puleium, aut hysopus, aut origa-
num: & mel coctum dato: & pultes, & sorbitiones ex melle confectas, &
coctum melle puluerem de ireos dato. Et pro purgando uulnere, iubeo
accipere lini semen tostum, ustum, tritum, & nucleos: & terbinthinam cũ
melle, oliuæ magnitudinis ad mansionem glutiendum dabis. Iuuat autẽ
eos ex duobus pipereorum antidotis. Desiccat reuma & diaorobum, &
crocum ex melle, & alia secundum uires quæ scripta sunt in dinamidijs
ad empyicorum curas, uel diligentiam. Et cibis uti debent empyici sicuti
& tisicos scribendo docuimus.

De Anhelitu. CAP. XX.

ANHELITVS, & Orthopnoia aliquibus uocatur commu-
niter. Quam passionem sic deprehendis. Ex difficili respiratio-
e, cum præfocatione sensus, atq; thoracis grauatione, cum febre pluri-
a, laterum cõductione ad superiores partes, cum uocis debilitate, uultu
ibeo, & extensione, tussicula cũ sputo. Humores eius tenues, aut crassi:
pini iacent cum difficultate. Sudore etiã frequenti, pulsu magno, no-
urnarum accessione interpellante. Quid differt a Peripleumonia?
elerior passio est, cum febribus. Dicere autem debemus diuersitatem
e inter Anhelitum, Orthopnoiam, & Dispniam. Orthopnoia enim

C anhelitus rectus, ut quantum projicit foris, tantum anhelet. Dispnia aūt semper interius ad se trahit anhelitū. Inuenitur aūt & aliud genus anhelitus in ægrotis, in accessionibus multis, uel in febribus creticis, q̄d multi medici anhelitū dixerūt, fętide anhelantes, calidi, seu frigidi, maligni. Cōmuniter omnes anhelitus dicuntur in acutis passionibus sæuissimi. Nam isti qui ex pulmonibus ueniunt, prolongant ualetudinem. Patiuntur isti quando pulmo et thorax concluduntur, inuicem alterutrum semiscentes, et ægre conualescunt. Et quando pulmo patitur, manifeste cum stridore projicit spumosas saliuas, cum rubore genarū in facie, alboreq́ oculorū splendescunt maxime. Quibus inueterauerit hęc passio, multoties cōtorquentur in thorace: pulmo de alio in alium locum, cum extensione præcordiorum mouetur. Euenit autem ista passio raro mulieribus, uiris frequenter, in accedentibus ætatibus, & instanter usq; ad senectam ducentibus. Quibus autem in ætatibus puerilibus crescunt, immutantur secundum ætates, et soluuntur a passione. Quibus uero in iuuentute fuerint, ibi senescunt. Loci autem hærent aut frigidi, aut humidi. Hi ergo commouebuntur tempore hyemis, quod est frigidum & humidum. Aliquoties coinquietantur aut ex aëre frigido, & frequenter infusiones constringunt. Hæc passio his qui metallica operantur, aut ex purulentia, aut odorum fœtore, aut gipsi, aut aliorū euenit. Item ex multis humoribus crassis, plenitudine sanguinis, & ex hæmorroidarum con-

D tinentia fit: mulieribus maxime quæ non purgantur. Contingit hæc passio temporibus frigidis, uel humidis, aliquoties etiam et suffocatio sequitur cum anhelitu. Signa sunt uitalium, uentus temperatus, non multum frigidus, neq; calidus, sed humectus, sicuti diximus. Sequitur autem initio grauedo thoracis, & immobilitas totius corporis, & pigricia, & stupor paruus constrictionis per spiritum, hoc est, anhelitum, & uariæ iactationes, iacendo in lecto eminenti, uel humilium graduum scalis. In somno fantasiam patiuntur, & uentris difficultatem. In omni autē accessione Dispniæ difficili anhelitus fortior fit, & anhelitu laborantibus tardus fit pulsus. Infrigidantur articuli omnes: & uicinitate pulmonum & thoracis, recedente anhelitu, ex suffocatione ipsa rubescit facies multum, q̄maxime genæ, quasi qui ad uaporem sederit. Et oculos motos a regionibus suis, infestissimo anhelitu, & pectoris feruore cōuocatos esse, cōtingit: & collum, & oculi eius obtumescunt, ac diuturna sede stertunt, & scabunt nares, ut non sufferant uulnerationem: & in strato frequenter sedent, nec eis placet iacere. Tussis sequitur: pręfocatione modica & spumosa, cum multo labore. Aliquoties solent in accessione projcere sputū narium. Aliquibus aūt contingit circa initium appositionis, ut tumidi fiant. In sensu incerti quando febrietint. Non alleuiant uigilis, sed omni tempore patiuntur. Aliquoties paulatim dormientes, pereunt subito in ipsa suffocatione accessionis: aliquibus cura fit, et secundum circuli tempus occupantur. Aliquibus flegma ducitur ex uomitu, aut egestione

uentris, aut ſimiliter ex uſu ueſicæ. Difficile iacent ſupini, in altum caput
cupiunt gerere, uel frequenter ſedere deſyderant. In ſomno ſonus guttu= A
ris, diuerſis ſonis ex pulmonibus uenientibus auditur. Curam aliquoti-
es ex acceſſione faciũt, & ſponte ad dimiſſionem ueniunt, quando ab ac=
ceſſione anhelitus occupatur. Cura eorum. Silentij habeant obſerua- Cura.
tionem, fricationem pedum & corporis. Coöperiant thoracem ex lana
molli: uentrem non ſoluant. Quod ſi acceſſio anhelitus eos ſuffocauerit,
& uirtus permiſerit, uel ætas, flebotoment ex cubito cum menſura. Et ef-
fuſiones thoracis fiant ex rutaceo oleo, aut ſicionio, aut gleucino, aut ama
racino, uno ex præſentibus. Et ligationibus articulorum ligentur, & un-
guentis thermanticis bene olentibus ungi debent. Vnguentis, uel cata-
plaſmaribus uti debent poſt flebotomum. Poſt ſecunda die, uel tertia ca-
taplaſmari, uel lanarum embroco: cum uaporatione ſtomachi liniantur,
uel ſaccellis triticeis coctis in uino diu uaporitato thoracẽ, & inter utraſq;
ſcapulas, ubi pulmonis regiones ſunt: & cucurbitas, uel cuſas in thoracẽ
& in præcordia imponant. Quod ſi tranſacti fuerint dies xl. & paſſio
nõ declinauerit: inter utraſq; ſcapulas ſcarificentur, & cum menſura ſan=
guis trahatur. Et poſt paucos dies purgentur ex iera, per ſingulos an-
nos cum flebotomo & ſecundum iera: aut humorum, aut ſanguinis eua
cuatio fiat. Ex ſuperiore ratiõe adiutorium, et fortiores cliſteres maxime
uentri adhibeantur, ex coloquintidæ decoctione, aut centaureæ, aut ab=
ſinthij. Si paſſio tarda fuerit, ſinapizentur circa thoracem: & potiones ac B
cipiant elixaturam hyſopi, aut origani, aut marrubij, & ireos triti. Pul-
uis cum mulſa potatus, multum iuuat. Multi probauerũt raphani radi=
ces, tunſum corticem, et radicem colatam in mulſa potauerunt: et trociſ-
cum anodinum, et diacidnon antidotum, et ammoniacum ſpleni tritum
ex mulſa potatum. Lecto penſili iaceant. Cibis uti debent ſecundum ui=
res, ſimplicibus, calida, ex alica facta ſorbitione, et aneto, et puleio. Dan-
da mellita, uel ptiſanę ſuccus utiliſſimũ fuerit, ſi coctę fuerint in eo amyg=
dalæ amarę, et tuſæ. Et cibi qui uentrem molliant, et moueant, ut maluæ,
betæ, coctæ in aqua puteana: in acceſſionis tempore his cibis utantur. In
dimiſſionis tempore flebotoment: et ſi uires creuerint, uel ętas, diureticis
utantur adiutorijs. Hæc ſunt fortiora. Et ſi nimius feruor fuerit, dropa=
cem habeant in thorace. Maxime ex medicamine bitumen, nitrum, ani=
ſum, adarcem: admiſce reſinam. Et poſt dimiſſionem, in thorace cauteri=
entur. Et per multum tempus uectationibus uti debent: non multum ſe
fatigent, aut cõmoueant. Supra mare, aut circa mare geſtentur ſecundũ
tempus. Et potum dato aceti ſquillitici coclear 1. ieiunis, aut cyathos
duos. Fumigationes naribus bene olentes apponantur. In dimiſſionis
tempore balneas ingrediantur: & uinum optimum, album, bibant. Car
nes molles, agreſtes, uel gallorũ, & alicã, & palmulas thebaicas, & amyg=
dalas amaras, et granata matura, lini ſperma, amilum, et urticam, et piper
cum melle mixtum dato poſt cœnam. In cubiculo iaceant bene lucido,

C & lucernæ eorum sint ad carbones. A puluere semoti debent esse. Et uomitus ex radicibus fiant. Et acopo utantur, & pipere, sagapino, & opopanace, abrotano, hysopo, costo, mixto nardo. Cibos leues, sorbiles, & oua, panem, et mulsam calidam, maluas, & pisces aspratiles, & oxymelle accipiant cum pipere et gingibere: et uinū, et mel, et diureticas potiones, et antidota somnifera.

DE STOMACHI caussa,

CAP. XXI.

Caussæ stomachi. IDEO Stomachi caussa nomen accæpit, quod in ipso stomacho ipsæ caussæ fiunt, scilicet dolor, debilitationes, anathimia, lipothimia, anatrophia, catatrophia, diarria, itora, defectus, tumor, duricia, uentositates, reumatismus, frigdor, uocis amputationes, fastidium, indigestio, uel malus ructus, uomitus, uapor, flegmatum infusio, singultus, sudor, ardor, collectio, uulnus, carbunculus, paralisis. Hæ omnes caussæ ex stomacho ueniunt. Oportet nos dare signum eorum, et curam. Dolor ex stomacho fit, ex cholera, uel flegmate: quæ si in stomacho procludantur, nō habentes exitum, neque per os, neque per uentrem, maximum dolorem faciunt stomachi, ut æger necloqui possit. Cui uaporationes adhibere debes. xe farina triticea, cocta in uino, & in saccello stomachū uaporato, & potu dato. Si febrit, elixaturam de rosa coctā in aqua, aut in lacte bouino, aut ciminum tostum, aut apij semen ex æquo tritum cum calda potatum dato. Quod si dolor est sine febribus, potum accipiant elixaturam absinthij pontici, aut centauream: & ungantur ex nardo, aut pentamyron. Quod si antiquus fuerit dolor, pigra accipiant, & epithimo utantur diastoracis. Debilitationem stomachi, quam græci anathimiam uocant, sic agnoscimus. Ex appetitu cibi cessante, quem græci anarexiam uocant, pulsu paruo, cum animi & membrorum defectione, atque post cibum stomachi grauatione, cum accæptorum defectione, tardo sensu illius, ructationibus, aut sonitu uentris, attestantibus priusquam cibus digeri cœperit: aut si pessime corruptus, uaria qualitate transierit, quæ eructuationibus acidis ut brumosi significantur. Hic si cibo abstinuerit, ægrotat. Os uentris sibi quasi cucurbita rupta uacuum sentit, attestante sudore, cum pulsu paruo, & oculorum caligine, & interdum uisum obscurari sentit, aut defectionem interpellat. Cibum quærit, & cum paruum cœperit, desinit, aut uirium attestante debilitate, aut corporis nutrimento cessante: & ipsius cibi membris non proficiunt, & officium uiarum deficiente nutrimento corporis detrahunt. Inde coloratus ægrotans efficitur: ex parua occasione, facilis in febre, atque iracundia. Cui medebimur, ut sequitur. Fomentum erit adhibendum stomachi sic. Celticæ ℥. i. masticis ℥. ij. rosæ. ℥. iij. apij seminis, ℥. ij. absinthij communis sicci, ℥. ij. si habuerit citonia matura, uno partibus inciso

Stomachi dolor.

D

Anathimia.

ʒ.ij.si non, uel turionis citoniati articulū: omnia in linteolum ligas, infun- A
dens in uino ueteri, optimo, albo, pridie mane coques ad medias. Lanā
carpinatam, lotam intingis, exprimis, & super stomachum ponis. Hæc si
foris adhibita fuerit, aliam spheram calidam inunctam in ipso uino re-
nouabis, necesse est per triduum: prima die nouem; secunda undecim;
tertia quatuordecim spheras, ut diximus dabis: aut ubi numerū suprascri-
ptum impleuerit, ambas super pari imponis, & de fascia ligabis: aut ubi
fuerit lana leuis, & de calido sabano extergis. Et potui dabis si febrit, eli-
xaturam apij ctaneti. Si febris non fuerit, accipiant elixaturam absinthij
pontici. Quod si solutio uentris fuerit: accipiant oua cum melle, aut e-
lixaturam de citonijs. Quod si cum digestione, oxymelle. Quod si anti-
qua fuerit caussa: epithima dialoes ÷ iiij. masticis ÷ viij. absinthij com-
munis & florum ÷ ij. omnia teris diligenter, & cōmisces cum ceroti con-
fectione. Si febrit, ex nardo, id est, cæra ÷ vi. & oleo ÷ vi. simul diu teris;
in linteolo grosso inducis, & imponis: & leuas hora tertia diei: et facis per
triduum. Et potum dabis oxymelle, aut oxyporium, diamilon, & pigra
dabis. Et autumno cibos offerimus leues, & digestibiles, & uarios, qui &
fastidium tollant, & stomachum non euertant. Quod si febres non fue-
rint, balneo utantur. Sed & anathimiā in stomacho sic apprehendimus.
Caput dolet, uel aures sonant, oculi parum cernunt: stomacho dolent, B
aut grauantur, aut cibum reijciunt, tarda digestio: uertigo, ut subito ca-
dant cum tremore stomachi. Lipothimia stomachi, hoc est, malfacio, Lipothimia.
fit ex nimietate, aut ex sanguinis, uel ex uentris euacuatione, aut ex hæ-
morroidarum fluxu, siue narium, aut mulierum menstruarum fluento,
aut ex plenitudine sanguinis & cholerum. Naribus odorem bonum
opponimus, ut puleium, mentā, thymum, & absinthium, laterem perfu-
sum aceto: & sternutatorium naribus apponimus, & uomitum prouo-
camus: & fomentationes stomachi adhibendæ in hyeme, calidæ, in æstate
frigidæ. Et potum dato elixaturam de rosa, & malorum citoniorum, aut
origanum, uel puleium, aut hysopū in mulsa coctū. Quod si frequens
fuerit lipothimia: stomachum foueant ex oxymelle & pigra, & epithima
dialoe ei impones. Et absinthij pontici elixaturam bibat. Anatrophia Anatrophia.
stomachi, hoc est, sursum euertens. Si ex uomitu, aut quem acceperint ci-
bum siue potum, de præsenti uomunt, cum defectus fit ex frigdore, unge
stomachum ex oleo nardino, aut chamæmilino, aut anetino tepido, et su-
perspargis puluerem de mastice, et super lanam carpinatam lotam, ad tu-
tamentum corporis imponis, aut alicam, aut similam cum ouorum albu-
mine tritam in charta inducis, stomachoq; imponis. Et omphacium cum
melle accipiant in calidum potum. Quod si intra stomachum foueant:
saccellamus, aut cuphas imponāt. Aut potū accipiāt elixaturā absinthiū
ponticū, aut granatū uinū. Cibum accipiant desiccatiuū, et panē ex pusca
frigida, pultes et oua assa. Catatrophia stomachi, hoc est, subuersiones. Catatrophia.
Quid est Diarria? Solutio uentris solum, ut qui cibum acceperint Diarria.

C inoperatum, non coctum digerunt. Fit ex nimietate ciborum. Si febres nõ fuerint, lauenť:& potum accipiant oua cum melle, uel oxymelle cum elixatura apij,& elixatura aneti. Et cibis ſtipticis utantur qui uentrẽ non ſoluunt.

Corruptela ſtomachi. Itora ſtomachi, hoc eſt, corruptela. Fit item ex nimio potu, uel cibo manducato, ita ut uomitum & uentrem ſimul ſoluant.

Defectus. Defectus ſtomachi maxime fit ex uini putredine,& nimia rẽcẽtia bibendi. Aliquibus contingit ex corruptela ſtomachi ſine cibo,& ſine potu, ut frequenter cibos reijciant, ut dyſentericis, uel lientericis. Quibus hæc eſt adhibenda potio magna & probata. Cidoniæ radicis corticem album in uini myrtini ſextarijs tribus coques ad tertias, & ſuper addis mellis lib. & iterum coques lento igne:& ſubinde moues, ut ad mellis figuram uemat: colas,& das coclear I. ieiuno, per tridua ſingula. Item granati duri grana,& uinum auſterum ex cis cõmixtum coque:& tolle ab igne ubi bullire cœperint: agitas, et mittis mel,& coquis ut ſpiſſum fiat:& da ut ſuperius.

Tumor. Tumorem ſtomachi ſic apprehendimus. Ex nimia ſiti, atque oris ſiccitate, et iactatione animi, atque corporis laxamento, uigiliarum inquietudinc,& tumentium partium feruore, pulſu crebro articulorum, & frigido corpore. Si ergo digeſtio difficile conſequitur, cum grauatione tumentium partium, aut accæptorum corruptione, ex quo inflatio præcordiorum fit, ac ſi totus ſtomachus in tumore fuerit conſtitutus, omnes ſupra memoratæ partes tenduntur. Conſequenter fomentum ſupra ſcri-

D ptum fiat, adiecto oleo hiſpano. Et poſtea cataplaſmetur, ex hordei farina,& ſeminis lini,& fœnugræci, in uino & melle cocta: uaporentur. Item abſinthij uiridis turiones teres, cum axungia ueteri cataplaſmato: aut citonia matura, aut dactylos, aut caricas pigues coctas in uino teres cum axungia,& melilotum,& abſinthium cataplaſmato: & accæpto epithimo dialoes,& adiecto nardo exturbenť:& cuphas de cucurbitis accipiant. Et pro indigeſtione eorum, accipiant oxyporium, & piper cum ruta tritum, cum melle mixtum: ſecundum uires dato. Quod ſi inueterauerit, impone epithimum diamelilotum. Et potum accipiant elixaturam abſinthij pontici.

Duricia. Duriciam ſtomachi ita apprehendimus. Ex recentibus ſignis tranſactis horis: hoc eſt, feruore et dolore tumentibus, duricia ſignificatur, initio ueluti igneo ſenſu atteſtante grauedinem, atque ſub pectore tactu os reſiſtit duricia. Ex tranſuoratione difficili, cum præfocarione ſenſus. Fit aũt ex frigdore potus, uel uinolenta,& nimio coitu. Curantur autem ſic. Primum fomento ſupraſcripto cum oleo: & poſt cataplaſmato ex hordei farina, lini ſemine, fœnugrẹci. Caricas in uino coctas, panem ſiccum, tritos abſynthij flores, tritas alteæ radices coques in uino: adijcis mel, & caricas, & ſupraſcriptos pulueres mittis in ſtomachum: uaporabis, & ſpargis puluerem de aloe, & maſtice: cataplaſmabis mane per triduum. Quod ſi antiqua fuerit duricia: hoc utaris remedio. Myrrham, ammoniacum, & thus excoctum, ſuccos caulium in chartam inducis donec ſponte cadat,& imponis epithima diamilon, aut po-

lyaricion. Item aliud epithima ad duriciam stomachi. Cuminum, lauri baccas, puleiũ, absinthij sicci flores, rutę lib. 1. olei ueteris lib. 2. A Venstositatem, uel inflationem stomachi, quam græci pneumatosin uocant, Ventositas stomachi. uel extinctionẽ, quam sub pectore ægrotantis tactu nostro sentimus, magis post cibum: inflationem cum ructatione continua, ac difficilem cum dolore, & cum fastidio cibi atq; potus consensum, de interuenientibus laxamentorum ructationibus sic apprehendimus. Intestinis inflatis, etiam sonitus eorundem sequitur, uentositas, uentris emissio consequitur, & pondus in stomacho sentiunt, & cum sonitu uentris digerunt, uel uesicæ. Hi causas primum accipiant: stomachum curent oxymelle: bibant cum elixatura aneti. Quod si ætas permiserit, uel uires, flebotoment. Ex his tantum potiones accipiant. Aneti semen, dauci semen, absinthium & castoreum ex æquo, tritum, si febrit ex calda: si non febrit, ex uino. Aliud. Calamiten teres cum pipere, ex calda potato. Item Aneti semen, cuminum, pulcium ex ęquo trita, cum melle mixta, dato coclear 1. ex calda. Quod si antiqua fuerit passio: impone epithima dialoe, aut diasperma ton, aut oxyporium diacitoniten accipiant. Reumatismum stomachi Reumatismus stomachi. apprehendimus ex humiditate oris, & sputi fluentia, & nausea. Cum fastidium, ac uomitum, & acceptis cibis corruptionẽ patiuntur: os, item lingua, labia, & bucca coctionem ueluti scabiem sentiunt, ut difficile cibũ B uel potum accipiant. Gargarizent caldam ubi coxeritrosa sicca, et os colluant: aut diamoron medicamen accipiant potum: aut oua cum melle & calda potum: aut elixaturam aneti sicci, & apij uiridis in aqua cocti, & granatum uinum, aut citonia matura, tunsa, expressa cum calda potũ accipiant. Frigdorem stomachi sic apprehendimus. Ex dolore et frigdore totius corporis, cum uomitu frequenti. Si sine ullo humore fit, ex frigda recenti bibendum, Si sine febribus: stomachum curent, & potum acci Frigdor stomachi. piant elixaturam aneti sicci: & castoreum cum pipere ex æquo tritũ cum calda potum accipiant. Quod si ex recente bibendo stomachus dolue rit: saccello uaporidient, et potum accipiant piperis ʒ. ij. aneti seminis ʒ. i cumini ʒ. 1. tundis, ex mero calido potum dato. Vocis amputatio ex stomacho fit, & ex cholerũ infusione, aut ex sanguine, aut ex catarro. Quod Vocis amputatio. o apprehendimus. Ex spiritus obtuso sonitu, atque ex stomachi nimio olore: aliquibus ex faucibus, aut uuę, aut linguę manifesta ratiõe. Si ex holeribus, uel ex sanguine uomant, flebotoment: si ex catarro, curentur s quę in catarro scripsimus. Anarexiam, hoc est, fastidiũ, atrofiã, uel Anarexia. cafmon, ita apprehendimus. Fit ex febribus, uel cholerum feruore. si sine febribus fit molestum est, cõmune in omnibus ægritudinibus. am in febribus si plus comederit, inutile: fastidium autem utile quamxime in creticis passionibus. Qui in ægritudine fastidiuerit, in dissione melius habebit, & bene curabitur. Nam qui in ægritudine codunt, in dimissione fastidiunt. Fit autem fastidium ex febribus cum pore, aut choleribus. Fumositas enim eorum pertransiens, si ad fauces

C e stomacho uenerit, uel ructuationes, uel ærugines faucium, uel oris fi- unt: ut quicquid cibi uel potus accęperint, malum saporem generet, aut amarum, aut brumosum, ex stomacho uenientem cum nausea. Hi iacere debent in domo splendida & lucida, et odorem bene olentem opponamus, cum exercitatione: & oxymelle accipiant, aut absinthium uinum cum calda, & cibos utiles, bene olentes, quę delectationem afferant comedendi, & qui bene digerantur. Deinde agrimoniam, et salsamentum, quę æruginem oris & faucium extergant: aut sinapi cum aceto squillitico soluant, & scaria, uel raphano. Et quicquid desyderant, cibum accipiant, etiamsi cibi contrarij fuerint. Parum per singula accipiant: ut ex uapore cibi modici fastidium repellant, oxyporium accipiat, diacitonitem, aut diaciminum. Et balneis utantur.

Orexia. Orexia, hoc est, multum comestionis desyderium, qui ultra naturam, uel consuetudinem comedunt, post autē ualitudine corripiunt. Sic eos agnoscimus. Cum a somno experrecti fuerint, frigido sudore perfunduntur, plus accipiunt, plus dormiunt, & graues corpore fiunt, cum indigestione. Hi non comedant præter unum cibum semel: ac detur eis cibus leuis, ut oua, uel pedes: & uinum calidū ieiunis dandum erit per triduum. Indigestionem, uel acres ructus, & multam comestionē, uel assiduam dimifragiam, uel flegmata in stomachum infusa, seu humores stomachi, uomitu prouocent ex cōmixtione raphani: & oxymelle potum accipiant, & uentrem purgent.

Vomitus. Vomitus fit in stomacho frequenter, ut cibum uomant cum flegmate, & os humectum habeant. Fit ex frigdore, uel flegmatis abundantia, aut ex cholerum, ut nihil intra stomachum teneant, cum grauedine corporis, uel macie. Stomachum curent, uel uaporidient. Cibos siccos dabis, assos, teneros, constrictiuos: maxime paruum potum accipiant. Cibum diligentia & cura adhibeant, quem in frigdore stomachi scripsimus. Ventrem moueant, & lauacro utantur, & unctionibus thermaticis, ex oleo nardino, uel pentamyron: aut absinthij elixaturam bibant, & granatorum uinum, & omfacium cum melle. In dimissione pusca, uel potiones amaræ dandę quę uomitum compescant, ex collectiuo mastices, ex oleo nardino, aut pigano, oxymelle, oxyporio.

Vapor. Vapor stomachi fit ex inflammatione febrium, uel cholerum, ut os semper asperum sentiant & siccū, sine ullo humorē. Emendantur autem sic. Masticis 3. ij. mentę uiridis 3. 1. addis succum arnoglossæ: & dato fabæ magnitudinē cum calda.

Flegmatum infusio in stomachum. Flegmatū infusio in stomachū fit cum tussi & nausea. Quæ flegmatum est infusio, crassa & frigida est: ut semper stomachum, uel articulos manuum, uel pedum frigidos sentiant ægrotantes, cum indigestione. Quibus medicamentum hoc confici debet, quod flegmata ipsa calefaciat, & incidat. Fœniculi radicis 3. iij. aceti 3. 1. coques ad mediam: colas, & mittis mel: potionem illam iterū coques lento igne, ut spissum fiat, dato potu coclearia iij. cū calda ieiunis per triduum. Et oxyporium, diacuminū, aut citoniten accipiant. Singultus ex stomacho fit aut ex frigdore, aut ex frigida bibēdo, aut ex mul-

to cibo uel potu, aut ex paruo cibo. Curentur autem sic, ut frigdorem ca=
lefaciant, exinanita cibentur: si ex plenitudine, ieiunium accipiāt, et oxy=
melle, & oxyporium. Quod si tardauerit, trociscos crudos accipiant. Si
febriunt, ex calda: si non febriunt, ex uino. In dimissione lauacris utan=
tur. Sudor frigidus ex stomacho fit per longam ægritudinem. Si fri=
gidus semper manauerit, longam ægritudinem significat: si calidus, bre=
uem. Isti curandi ex cura stomachi. Fomententur epithimo: omfaciū, &
oxymelle accipiant. Ardor stomachi fit aliquoties sine febribus, sine
nimia cum siccitate oris ex choleribus. Potum accipiant elixaturam apij
uiridis, cū omfacio, aut oxymelle. Item cucumeris hortulani seminis ÷ 1.
draganti ÷ 5. Dragantum infundis in aqua ubi recens est, & ubi solu=
tum fuerit, addis puluerem de semine cucumeris: simul teris ut unum cor
pus fiant, & facies catapotias fabæ magnitudine: & dato unā sub lingua
tenendam, & humorem gluriat ad mansionem. Item apij semen, cucu=
meris semen, coliandri semen, maluarū semen ex æquo tritum cum uuæ
passę enucleatæ carnibus, addis mel & butyrum, sine sale tritum bene, ut
unum corpus fiant: dato coclear 1. sorbiendum. Item apium uiride, cum
semine cucumeris in aqua coctum, potandum dato. Collectio in sto=
macho fit. Quam sic agnoscimus. Ex humore stomachi, & signis his, cō=
currentibus febribus, & frigore, & horroribus, & pulsibus, cū sensu sto=
machi iacente. Ex unctione olei cocti tumorem cataplasmabis. Vapo=
rentur donec ad eruptionem sanierum ueniant. Aliquoties & per uen=
trem digestionem sanierum proijciunt. Quod si eruptio sanierum fętida
fuerit in stomacho, humores curentur. Potum mulsæ, ubi coxerit rutæ
& ptisanæ succus, adiuncto melle, & alias sorbitiones similes, ut ptisana
confectas dato: a foris cerotaria quæ constringunt, uel comedant, eligma
tia purgatoria, aut antidotum diafinicon. Vulnus in stomacho, uel car=
bunculus si fuerit, in uicinis partibus dolor magnus, maxime quando
glutiunt sputū, sanguinolentum cōmiscetur cum saniebus. Vti debent
isti cibis utilibus, sorbilibus, ex lacte, & amilo: & confectionem diacodi=
on, aut carenum aut dragantū: & electuaria facta ex lenticula cum melle
comedendum dato, & ptisanæ succum cum granato uino sorbeant, &
mel coctum, et de coctione ficuum siccarum pinguium: & aristolochiam
coctam in melle, dato ipsam coctura: & adriani antidotum cum mulsæ
potu. Et cataplasma deforis, in stomachum imponimus diadabnion, &
citonia, & alia similia stomacho cōuenientia. Cibos tenues & crepticos,
qui expurgent, & uulnus curent. Paralisis stomachū si temtauerit, nulli
cibi, neq; potus eis sapiunt, neq; desyderant, neq; aliquam digestionem
faciunt. Quam passionem incurabilem relinquimus: quia celerius mor=
tis periculum, uel perniciem infert.

A

Sudor frigidus.

Ardor stomachi.

Collectio.

B

Vulnus stomachi.

Paralisis stomachi.

De Paralisi. CAP. XXII.

PARALISIS fit aliquoties in toto corpore, aliquoties cum sen
su, aliquoties sine sensu. Cum sensu, Apoplexiam dicimus: sine

C sensu Epilepsiam, uel Maniam. Paralisin appræhendimus ex amisso sensu tactus, uel motus eius partis quæ passa est. Nam ex frigidis, aut calidis rebus nihil sentiunt ægrotantes, neq; mouentur, attestante eius grauedine cum frigido corpore, & totius corporis labore, & defectu partis quæ passa est, extensione, aut contractione totius etiam corporis. Quæ est Paralisis quæ Paradoxon appellat̃? Quæ ambulantes detinet. Fit paralisis iuxta senes, qui nimium frigidi sunt corpore, & flegmatum infusione. At in iuuenibus qui ætatem nimium calidam habent, ex infusione sanguinis, aut ex uini feruore, aut ex frigdore, aut indigestione ciborum, aut ex labore: aliquoties cum sensu, aliquoties sine sensu. Quando commotionem cognoscimus, & cum superuenerit, ut subito sicuti formicæ iuxta partes corporis moueant̃, & aliquando aliqua pars uelut ignis ardeat, aut infrigidetur una pars articuli, paralisis fit. Quod si in toto corpore fuerit, apoplexia uocatur. Aliquoties cum adductione patitur quis sine ullo dolore, et subito nascitur in dimidia parte corporis: aliquoties aliqua pars corporis soluitur, & difficile mouetur, & infrigidata stupescit. Virtutem si nõ habent permanentem, in eo causam frigdoris patiuntur: & membra mouere non possunt, nihilq; sentiunt. Pulsus in eis nõ inuenitur, & colorem pallidum habent, & fastidium fit ex frigdore. In multis etiã partibus corporis fit paralisis. In parte dextera manus uel pedis: siue in sinistra parte. Aliquando lingua soluitur, & implere non potest articulationem uocis: et angustias, & odorem nõ sentiunt. Caput aliqui-

D bus & nares, & labia, & buccæ, & supercilia palpebrarũ oculorum: aliquibus cum sensu fit, & dolorem sentiunt motus. Quibus sine sensu, nec motum sentiunt. Aliquibus ex plagis, aliquibus crura. Aliquibus lumbi cum spina, aliquibus uesica ex frigdore, aut ex humore frigido paraliuicantur. Paralisis item fit in hyeme, et in æstate, contractione locorũ cum

Cura. nimio dolore & grauedine. Curationes earum adhibendæ, ut partes ipsæ quę compessæ sunt, multum fricentur ut uaporationibus in sole calido. Odorificentur unguentis ex pice, resina, pipere, euforbio, adarce, & his similibus confectionib. utantur. Fortissimę fricationis, et cõmotionis uentris exercitationibus mediocriter utantur. Et in locis ipsis superficietenus ungantur, cũ mordicãtibus unguentis, ex squilla assa, euforbio, pipere, piretro, sinapi, adarce. Si in ipsa passione paralisis cibum nõ appetierint, accipiant potum. In ipsa parte cucurbitarum raptus apponantur: & post cibũ dropaces, post tractum & lauacra. Et partes quæ contractæ fuerint, aut extensæ, aut cũ uulneratæ fuerint, iuuari debent mollioribus fricationibus: & extensiones ex medullis ceruorum, & adipibus compositis, unguentis, & cibis humidis. Quod si ex sanguine paralisis uenerit, fit tempore uernali, et autumni & æstiuo: in ætate iuuenili, & uinolentis. Cumq; patiuntur, exsoluuntur, ut eos trahat: & sine dolore formidinem & stuporem habent ueluti ligneum sensum. Inter initia eorum flebotoment ex brachio contrariæ partis. Quod si uires nõ permiserint: de

ſuperficie articulorum. Poſt tertium diem, partes extenſæ, uel ſolutæ ex
acopo, diacoitmio, & uaporationibus acinorũ ualidiſſime obruantur, & A
ad ſolem dropace partes ungantur: & ſic lauacris utantur, & uomitu, &
purgatione ex elleboro. Omnes paralitici, ſi in dextra parte corporis,
aut in manu paraliſis, aut in pede fuerit, aut in quacũq; regione capitis,
brachio ſiniſtro flebotoment. Quod ſi in ſiniſtro latere fuerit, aut in re-
gione capitis, ex dextero latere flebotomẽt: et emiſſio ſanguinis fiat ſecũ-
dum ætatem, aut ſecundum mutationem ſanguinis. Quod ſi lingna
paraliſi fuerit uitiata, aliquoties pars una linguæ, aliquoties ambæ partes
attrahuntur, aliquoties ſoluuntur articulatione neruorũ, aliquoties im-
pediuntur ut nullum guſtum ſentiant, & ad bibendum impediuntur, &
odorem non ſentiunt. Vti debent dimifragia, et colluitione oris ex oxy-
melle. Piper, ſinapi, origanũ, et hyſopum, et omnem acrimoniam come-
dant: et caſtoreum ſub lingua teneant, aut laſer tritum cum oxymelle mi-
xtum. De penna lingua ungatur: et os aperiant, ut humor digerat. Ca-
put ſi paraliſis tentauerit: regiones eius omnes ſubuertentur, ſcilicet buc-
cæ, labia, oculi, cilia, lingua, nares. Iſta agnoſcimus ſic. Caput eorũ tre-
met: aliquoties exagitantur buccæ, labia. Si ſanus, diſſoluitur, uel cadit:
inſanus autem torquetur locis. Secundum naturam non poſſunt conti-
nere humorem intra os. Maxillæ autem laxationem patiuntur, et ſecun-
dum naturam mutationem habere non poſſunt. Cibum accipere non
poſſunt. Cilia palpebrarum diſſoluuntur, uel laxantur, et mouere ea nõ B
poſſunt. Oculi eis ſubtorquẽt. Et quando in uno oculo eſt, aut qñ in
ambobus, facies eis torquetur quaſi cincinum faciant. Eſt quando unũ
ſermonem rectum loquuntur, aliũ bleſum. Iſtę omnes ſupraſcriptę cauſ-
ſæ ex commotione cerebri eueniunt. Similiter & odoratum narium non
ſentiunt, necq; odoris boni, necq; putidi. Curantur ſic. Si ætas permi- Cura.
ſerit, inter initia flebotomentur: et capita uaporizentur ex ſaccello cocto
in uino, farina triticea. Sed poſt uaporationẽ ungatur caput ex oleo nar-
dino, anetino, aut roſaceo: & lana carminata, lota, caput coöperiant, &
poſtea occiput thermanticis ungatur. Potum accipiat oxymelle cum ca-
ſtoreo: & gargariſmatia quæ flegma incidant, piper, ſinapi, piretrum, ſta-
phiſagriam, origanum, gliconum, hyſopum, thymum, & nitrum ex æ-
quo trita cum oxymelle gargarizent ad ſolem calidum. Quod ſi ſol non
fuerit, ſaccellum calidum in caput ponant, & ſic gargarizent ieiuni, ut
humor omnis per os digeratur.

Propter laxationem labiorum oportet maſticare piretrum, aut piper:
aut caſtoreum ſub lingua teneant, & in bucca nucem integram: & ad
carbones lentiſcinos ſufflent, ut uel labia, uel cilia, uel oculi ad naturã ſu-
am ueniant, & odorem in naribus accipiant ptarmicum. Adhibenda
erunt & ſternutatoria: ueluti piretrum, euforbium ex æquo tritum cum
aceto: quo cum nares ungantur. Quod ſi memoriam ſenſus perdide-
rint, aut alienatur: ſtomachum curent, & inter ſcapulas ſcarificentur, &

C caput ungant ex acopis thermanticis : & purgentur ex elleboro : & gar=
garizent oxymelle de puluere cocognidio , & ſtaphiſagria. Naribus
autem infundi iubemus de ſucco radicis betarum partes duas, & mellis
partem 1. Et exerceantur fabulis, ut ſermones componant, & ad ſenſum
priſtinum ueniant. Et purgentur ex ihera. Partes autem manuum, ſiue
pedum , ſi aliquem ſenſum perdiderint naturalem , neq; frigidum, neq;
naturalem ſentiant , uel motu careant, & ſingultus frangitur ut non ſen-
tiant : fricari oportet uel radice aſari, aut ex licio : aut unguento utantur
mordaci, hoc eſt, oxymelle ſquilla, ſinapi, piretro, pipere, calce, lauri bac-
cis ex oleo, & aceto. Quod ſi ſtupor in ipſis partibus permanſerit : in
balneo ſinapiſmo utantur, aut ad ſolem dropace ungantur: ut omnis hu
mor de his locis depellatur. Quammaxime ei ſpina dorſi, uel ceruix un-
gi diligenter debet ex acopis, uel myracopis. quia omnes iuncturæ cor-
poris noſtri ſibi coniunctæ ſunt. Quod ſi ex plaga corporis parali-
ſis obuenerit : ſtatim flebotoment, & illis adiutorijs , uel unguentis un=
gantur quæ proxime ſuperius diximus.

Quod ſi crura, uel pedes, uel manus paraliſin paſſæ fuerint: primum
capitis erit diligentia, ut ungatur & fricetur : & cucurbitis inter utraſq;
ſcapulas ponantur: & ptarmico utantur, et flegmagogo: & gargarizent.
Spinam, uel loca uicina ungant ex acopis, uel cerotarijs thermanticis, &
malagmate diaſpermaton, & fricationibus locorum ante cibum. Et poſt
D cibos coöperiantur loca ex lana molli, carminata, lota, calida. Vngantur
ex unguento quod ad proprium faciat , ut eſt euforbiũ, piretrum, piper,
adarce, lauri baccæ, cacrios , & his ſimilia : ut ſentiant loca tepida cõmu=
nitionem. Vel uini medicamina, et exercitationes adhibendæ mediocri=
ter. Quod ſi lumbos paraliſis tentauerit , pedes greſſus negant, unde
ambulare non poſſunt. Quibus utendum erit enemis ex oleo rutaceo,
aut anſerino adipe , ex oleo laurino : tamen primum enema ſimplici ex
oleo rutaceo : & tum confectionibus uarijs, ex bitumine, piretro, & au-
ripigmento, adarce, caſtoreo, & his ſimilibus utantur . Et dropace & ma
lagmate utantur diaſpermaton, aut diaſinapi, aut diaphnidon. Et potum
accipiant piper, caſtoreum, aut radices de praſſio ex uino: & alia adiuto-
ria adhibeantur, quæ paraliticis præſcripta ſunt. Guttur autem diffici-
lem paraliſin patitur: quia aſſidue mouetur. Aliquoties fit cum modica
tuſſi, ut ſecundum conſuetudinem non poſſit moueri. impeditur enim a
radicibus linguæ : & ſtomachus aliquoties compatitur, ut cibos non ac=
cipiat: prouocantur calido, frigido tonſillæ, nec cibo, nec potu nutriun=
tur cum lenitate. Febriunt. Cibus In ſtomacho nõ digeritur, ſed in præ=
cordijs remanet : & torpeſcunt illis femora : ſugglutiunt , reijciuntq; ſi
aquam acceperint: uentrem tenere non poſſunt. Squibala proijciuntur,
excæpto humore fœtido. Aſſellantur cum magno labore , ut ſubito ſol=
uuntur, & ſubito ſtringuntur . Curationes ſtomachorum adhibendæ.

Veſicam autem ſi paraliſis tentauerit: lotium ſine dolore dimittunt,

&nesciunt, dum eis ueretrum tenditur, & cum arenis e uesica egreditur.
Gonorrhiam patiuntur, ac semen frequenter proijciunt, et nesciunt. Fre- A
quenter in pulmonibus, & in corde inflationem sentiunt. Paralisis incu-
rabilis in senibus, cum febribus. Facies foueatur. Et medulla ceruina to-
tam spinã dorsi unge. Et cibũ accipiant succũ alicę, uel panẽ in mulsa. Pri-
mo tamen stomachũ curent: et post flebotoment, et sic alia adiutoria adhi-

De Cœliacis. CAP. XXIIII. (beant.

COeliacorũ multę sunt passiones uẽtri cõpatientes. Græci enĩ κοιλίαν uen
trẽ dicũt. Sunt aũt caussę uẽtris dolor, solutio, tumor, collectio, uulnus, ex
tensio. Solutio uentris fit frequenť cũ tumore & malfactiõe & frigdore
articulorũ, et sudore frigidô cũ defectu multo: sequiť insomnietas, et pul-
sus erectus. Fit aũt ex corruptione ciborũ acerrimorũ, ex frigdore, unde
dolor in uentre nasciť. Si ex feruore ciborũ uel potus fuerit, aquã purã,
nõ satis frig. nec tep. sed medię temperatã dandã iubeo. Q. si ex frigd.
fuerit: uaporationib. omnib. uti debẽt, & fricationes adhibere: & iterũ a-
qua cal. sorbiendũ da: & cataplasmatibus quæ nõ soluãt, utanť, & balne-
is. Et cataplasmata, & cucurbitarũ tenacitates sine scarificatione appona-
mus. Et cibos leues, et potiões ad mãsionẽ dato quę cœliacis scripta sunt,
et cuminũ, piper, rutã ex calda. Tumore aũt uentris factus dolor, fit cũ
resistentia partis mediæ quæ iecur atq; splenẽ determinat, cũ dolore atq;
feruore, & accæpti cibi grauatione, uel corruptione, & duricia. Et tumor B
inuentus præcordiorũ, & supradictorũ uiscerũ propter inspectionẽ, ma-
gis tactu nostro probať. Et iecoris & splenis dolor erit, unitate, uel lõgitu
dine, nulla uicinarũ partiũ cõmunione. Præcordiorũ aũt tumores, ten
siones, atq; sine ulla declinatione determinatę partes, apprehenduť sic.
Tumorẽ ex præcordiorũ extannia patiunť, quæ a confinio pectoris, uel
cordis, uel umbilici terminanť. Tensiones dolorum ex feruore dexteræ,
aut sinistrę partis. Itẽ saltũ uentris apphendimus partibus palpitantibus.
Item inflationẽ uẽtris apphendimus ex eius partis extãna, quæ tactui no-
stro facile cedit, attestante feruore: & sonũ reddũt, si palma percussi fue-
rint. Tumores, uel duriciã, uel extensiões uentris, uel pręcordiorũ, si oẽs
in uno fiunt, oĩa supradicta signa patiunť: et linguarũ asperitas, & articu-
lorũ infrigidatio, cũ extensiõe et dol. Curari oportet stomachorũ curis,
fomentis, cataplasmatib. de cerotarijs: uel epithimo utanť, q̃d ad tumo-
rem stomachi diximus, id est, dialoes, & polyarcion, malagmate diasper-
maton. Et cibi leues adhibeantť: & nõ bibant recennia. Maxime si colle-
ctio in uentre sit, sic cognosciť. nam dolor similiť et duricia ex tumore nas-
ciť circa præcordia. Cataplasmari eos oportet, & operari, ut ad amaritu-
dinẽ eruptionis ueniant: tñ primo uaporenť cataplasmate. Quod si eru-
ptio facta fuerit uẽtris interius: aut uomunt per os humores, aut nasum,
per intestina discutiunt: sic cognoscitur. Quod si eruptio sanierum
fuerit facta cum pręcordiorũ incisiõe: recta addimus pro discussione sa-
nierum, uel humore sordido, et adiutorijs utimur ad deductionẽ rupuo-

C nis. Per diligentiam curetur ipsa incisio sicut in chirurgica docuimus.

Quod si uulnus in uentre natum fuerit, morsus fit circa descensum potus & cibi: sequuntur nausea, fœtores & febres: & circa uentris egestionem digeruntur sanies aliquantæ, sicut ex uulneribus solent manare, sicut pro indigestionibus projjcientes simulant. His conuenit accipere sorbitiones ex careno & ex melle despumato confectas, et ex medijs ouorum, & nucleis confecta eligmata, ex melle & butyro: & polentam cum melle, & lenticulam similiter confectam. Et aforis utantur cerotario ex oleo cyprino, aut rosaceo. Et fricatio & resolutio corporis conuenit, ut humor digeratur. In his color mutatur. Panem, similam, & uinum dulce, aut carenum accipiant. Si ergo his cibis utuntur, sine periculo curantur, necq; in ipsa passione tardantur. Et si extensio uentris flando fuerit, fricari eos oportet: et encathismo utantur ex oleo et calda, & aquis mollibus, et epithimo diasamsuco, et quod dicimus ileon, et ijs similibus: et cibis sorbilibus, qui uentositatem non præstant, neque extensionem mouent, tenuibus: & post cibum deambulent. Cœliacorum dispositioni, uentris solutio fit frequenter per corruptelã ciborum, uel per crapulam, uel ex frequenti solutione, & potuum plenitudine, & maxime medicaminum frequenti purgatione, & colicorũ accessione contingit. Tempore frigido in uentre uentositas extra naturam concluditur, & non digerunt operationes. Consumitur in hac passione maxime crescentiũ ætas infantium. Et qui-

D bus est naturaliter solutio uentris, si cœliaci sunt, ibi moriuntur. In iuuenibus raro fit. His maxime contingit tempore æstiuo, raro autem alijs temporibus. Ventris solutio uiridis frequenter eruptionem habet gracilem, & solutam, ut similis sit urinæ rubeæ, spumosq; uiridi. Est quando emittunt sanguinolentum & putridum, cum macilagine intestinorum. Est quando assellantur die ac nocte. Est quando cum inflatione intestinorum, & dolore uentris sugglutiunt, sitiunt, & uigilias patiuntur. Exardescit illis uenter, fastidiunt, indigestionem patiuntur, & morsum uentris cum dolore. Aliquoties multo cibo delectantur. Pallescunt, colore uiridi. Est quando febricitant. Dysenteriam patiuntur, & difficile continentur a solutione, aliquoties intestino exeunte per colamentum, a frequenti solutione, & utracq; passione uexantur: hoc est, aliquoties sponte soluuntur, uel constringuntur. Aliquoties in medio uentre fit, aliquo-

Cura. ties in parte uicina uentris, et in ipso loco sentiunt grauedinem. Curantur autem sic, ut reumata constringantur: ne sc; ad febres ueniant, aut multum soluantur. Quod si cum tumore & duricia fuerit, sicut superius diximus, loca durissima, uel tumida, uel dolentia infundi debent ex oleo rosaceo, aut maxime græco, dulci, mixto cum rhodino, apposita lana succida, & superligata fortissime. Quod si plus fuerit reuma: infundi debent ex oleo lentiscino, aut anetino, aut myrtino, aut melino: adiuncto illis ciclaminis succo, et agatia, et omphacio, aut cataplasmate stiptico, hoc est constrictiuo.

Quod si fluxus & dolor multus non est, sed multũ fuerit reuma: ther-
mantica adhibeant cataplasmata ex fœnugrœco, semine lini, & hordei fari A
na: & pro stringendo reumate in uino primo coqui debent dactyli, & ci-
tonia: quæ teruntur, & sic in ipso uino soluant, quo puluere spargantur,
& uaporentur leuiter, & sic cataplasmentur epithimantur dysintericorũ,
& hydropicorum modo: & accipiant potiones simplices, & semen arno-
glossæ, tritum cum uua passa enucleata. Trocisci fiant magnitudine nu-
cis, & siccentur ad umbram. Quando opus fuerit, dato uinum ex calda
potum. Quod si inueterata fuerit passio: dato ex antidoto diacitonion,
aut trociscum anodinon, aut crocodes, aut dianactis ægiptiacæ. Et uomi-
tum post cœnam prouocent ex raphano. Cibandi constrictiuis, & bene
digestibilib. ubi coquantur aliquæ herbæ, ut ozymum, aut origanum, ser
pillum, & similem uirtutẽ habentes. Obseruent se a uectatione, ab iracun
dia, a frigidis, & post somnum modice deambulent, & sic sedeant. In di-
missione balneis utanť siccis, sed ut in solium non descendant: et ompha-
cium mellis accipiant cum calda, ubi coxerint citonia, et uinum, et grana-
ta, aut succum orizæ, aut lenticulas ex aceto, et ouorum assorum media-
na tincta in aceto modicum comedant: et lac caprinum ubi extincti fue-
rint lapides candentes: poma, malogranata, mespila, et cibos ubi coquun
tur citonia, aut pruna. Quod si anus doluerit, uel intumuerit, enemã ac-
cipiant leuem.

DE COLICIS. B
CAP. XXIIII.

EX QVIBVS apprehendimus Colicum? Ex dolore sub um-
bilico ad sinistram pedente, et nunc in splene perseuerante et parti
bus uicinis, nunc iecore, nunc in colo, nunc in uentre: unde Colici dicti
sunt a parte quæ patitur: Colus enim ex ipsa passione uocatur. Fortissi-
mus dolor fit, et per multa tempora durat. Passio uocatur colica. His con
tingit hæc passio, ex corruptela, aut multa esca, aut ex frigdore, aut luxu-
a, aut ex meraca potione, maxime frigida bibendo, ex labore, et totius
orporis fatigatione, ex frigdore sudoris a labore, et ex medicamine ali-
uantorum potissimorum neruos nocentium, aliquoties ex clistere for-
ssimo frequenter utentibus, et his similibus quam maxime commoue-
r hæc passio, et frigdore uiscerum, uentositate conclusa. Aetate autem
uenibus multoties fit hæc passio: uiris et mulieribus raro. Est autẽ hæc
ssio grauis. Curatio eorum talis est. Quum in accessione obtorque- Cura colicorum.
et extenditur non solum intestinum, sed et renes et uesica compatiun-
, deducentes eos usq; ad nouissima, necessario aliquib. in sinistra parte
t alterã partẽ attrahant, et renes et membranarũ impetu condolent,
quoq; ipsum intestinũ quod colon dicitur, procludiť. Hic multi me-
errauerunt, non scientes signa colicorum manifesta, et dixerunt pe-
losam passionem. Nos autem uerifice signa monstrabimus.

C Incipiens dolor ab umbilico, & totum ilium tenens dexterum, & præcordia dextera, fit extendens usque ad sinistrum ilium, per uentrẽ usque ad splenem: et extendens inguen sinistrũ, perueniens aliquoties usque ad stomachum: & dolor sub umbilico a dextera parte lateris eius cum summo dolore, ueniet uiolenter, acerrimus, ualidissimus, cũ contractione ipsius intestini, cum grauedine, & uocis amputatione. Aliquocies eos procludit, ut nec urinam, nec uentrem, nec squibalam faciant, cum proclusione ani ut nec uentositatem digerant. Extensio fit præcordiorum, cum tremore & rugitu, & pondere ani, & uomitu. Aliquocies fit eruprio intestini. Aliquoties ex toto nihil reddunt, nec squibala, nisi solum delectationẽ uentris. Aliquoties egerunt modicũ cũ grauiolentia & pondere, ut diximus. Fastidiunt grauiter. Cibum digerunt uentosa egestione, aliquoties cum frigdore, & nihil alleuiantur. Quando transierit accessio, omnis extensio præcordiorũ, uel uentositas transit, & eruptio digeritur, et dolor paulatim minuitur, & uentositas ani cum tormento digerĩ, & uesicæ & uentris digestiones, & urina & uenter solutus redditur. Curantur autem sic. Ad omnes dolores colicorum statim uaporationibus omnibus, et saccello farinarum in uino cocto, et cataplasmate utimur: admiscentes in cataplasmate sulphur uiuum, cuminum tritum, cum uua passa enucleata,

D omnia ex æquo in unũ trita, in linteolo appone in pectine, umbilico, & in cruribus: & cusę & cucurbitę in his locis apponendæ. Quod si pondus ani fuerit cũ dolore, cataplasma adhibeant ex calda et oleo, aut aqua ubĩ coxerint cypressi comæ, aut lauri, et absinthij, aut puleij: calda ipsa sedat. Quod si uentrem et urinam non soluerint, et præelusi fuerint, iniectionem accipiant. Si febricitant, inmittis: si non febriunt, rutæ articulũ, cumini coclearia tria in linteolo ligas, et coquis in olei dulcis partibus ij. aquæ parte una, lento igni, ut ad oleum redeat: colas, ipsum oleum tepidum mittis, butyrum sine sale coclearia ij. ad adipes anserinos, aut porcinos recentes: et his tepidum inijcies ad mansiones per triduum, Quod si ex frigdore commota fuerit passio, aut in dimissione febrium: in ipsa oleum anetinum, aut rutaceum dato: aut addis therebinthinam, aut castoreum tritum. Quod si impetus maior fuerit cum euersione stomachi: de antidoto philonio semunciam soluis in uino ueteri: in conclusione oleum rutaceum inijcies. Cerotaria thermantica adhibenda circa sumen, et acopum, piretrum, euforbium, nitrum, et piper cum ceroto, et ex oleo rutaceo sumen ungito. Et potum dato trocis cum anodinum: aut colicus cum sit, trociscum diacastoreum ad mansionem potato: si febrit, ex aqua calida: si nõ febrit, ex uino potato. Cibos leues, et digestibiles offerimus.

Quando accessio doloris non est, catartico purgentur pro indigerie: oxymelle quoque accipiant cum puluere de nitro. Rutam, anetũ, semen apij cum oxymelle coctum dato coclearia ij. aut cum calda in accessione: et ungantur loca dolentia præcordiorum, et spina dorsi ex oleorum infusionibus, rutacij, samsucini, aut laurini. Quod si cum parte unius lateris, et

cum tussi acerrimus steterit dolor, ex alia parte ubi dolor nõ est. Cibum accipiant alicę, uel panem in mulsa, primum: post flebotoment, & sic ca= lida adiutoria adhibeant. De brachio sanguinem emittere debent, cum opopherisi ante omnia, si ætas, uel & uires permiserint. Si in uno loco fluxus manserit & dolor, cataplasmetur ex fenugræco, & lini semine, & polline hordei in mulsa cocto. Quod si infrigidauerit, loca dolentia saccellamus sale tosto: & post uaporationem saccelli, oleo rutaceo loca unge: & semper loca calenter coöperito &, superligato. In declinatione balneis utantur. Et post balneum potũ accipiant bethonicæ puluerem, cum pipere et lauri baccis in mulsa: et ungantur loca ex oleo cum nitro, myrrha et cimino; et ungatur anus ex pice liquida et oleo. Quod si tu= mor ani fuerit: ungere, aut inijcere debemus ex butyro, aut ex adipe an= serino. Quod si inueterata fuerit caussa, stomachum curent: aut accipiant antidotum quod accipit papauer, aut mandragorã. Et malagmate utan= tur diaspermaton, aut diadaphnidon, aut polyarcion. Quod si pondus uenter fuerit passus sine febribus, in encathisma sedeat de fęnugręco, lini semine, et alteæ radicibus in aqua et oleo coctis. In accessionis tempore hoc acopo uti debent, omnibus meliore. Piper, nitrum, calcem, piretrũ, tacrios, sinapi, pumices uini combustos, adarce, euforbium ex æquo te= ris cum olei uetere, et unges. Et uomitum prouocabit post cœnam ex ra= phano. Purgentur ex hinc elleboro. Cibos accipiant leues, cum uino di gestibiles: uel poma, modice ut delectent, nec multum dulcia, nec ematu rata, ut sunt palmulæ rhebaicæ, & nuces, amygdalæ dulces, & nuclei dige stibiles. Lac Colicis inimicum est. Sed si delectauerit, coctum in cibo se= mel aliquantum uteris. Istam potionem Colici probauerunt. Cochle= as cum testis suis crudas. vij. tritas cum piperis granis x. luna prima ex uino potu in solio balnearum dederunt. Interim probatum remediũ. Qui lupum in sylua occidit, lana sublata, & sine ferro a duabus sorori= bus fascia terna interius uentrem ligent: non ad eascolus accedit. Item potio alia. Mastiχem, amomũ, semen apij ex æquo tritum, coclear unum [febrit], ex calida aqua: si non febrit, ex uino potato. Ipsa loca ubi dolor [i]unge de pice liquida, & spargis puluerem de sulphure, & super lanã [i]mponis & ligas.

A B

Potio pro colicis.

De Trombo. CAP. XXV.

TROMBVS, tremor est membrorũ solutus ex differentia mo= tus. Spasmus autẽ tensione atq; coniunctione efficitur. Tremor [mem]bro, hoc est, frequenti uibratiõe fit, membrorũ saltu, extensione palpi[ta]tium. Periculosus est hic tremor membrorũ, propter neruorum debi[lita]tionem. Quam maxime mouentur, uel plus contremiscunt a frigdo[re c]um pallore uultus. Aliquoties fit ex uapore sanguinis, in intima & [ui]sceru[m] partes concurrens. Fit autem ex contractione & tremo[re n]eruorum, aliquoties in una parte, aliquoties in toto corpore. Quan[do si]ne sensu hæc passio fit, uidemus eos tremere quasi a timore, aut frige-

Trombus. Spasmus. Tremor.

C dore tremant. Stomachum primum curent: quia ipse compatitur, sicut scriptum est. In stomacho nostro medius neruus est, dextra leuaq; sanguinis uena. Curentur secundum naturam, & secundum ætatem, uel secundũ tempus. Et si hyemis tempus fuerit, potum accipiant uinũ uetustum, calidũ: aut conditum piperatũ bibant. Si ætas pmiserit, & tempus, ante omnia flebotoment: & postea uentrẽ purgent cum fricatione omnium articulorũ, cum unguentis thermanticis, & exercitationibus uarijs, depositione uentositatis, & lauatione cum aqua calida, uel marina. Iuuenibus ex medietatibus uomitus prouocetur; & purgentur ex elleboro. Nam senibus si hoc ucnerit, difficilis curatio relinquitur.

De Catalepsia. CAP. XXVI.

EX QVIBVS Catalepticum appræhendimus? Ex febre, atq; uocis emissione, cum mentis tarda intelligentia, pulsu magno atq; uehementi, oculis patentibus, atq; in motibus palpebrarum, uisu obtuso, in augmento febrium: atq; in declinatione motu deficiunt oculorum. Nam cum eis manus suspensas ante oculos transferimus, easdẽ obtutus sequitur, aut digitorum obumbrationẽ expauitantes palpebræ contendunt. Si etiam clamati fuerint, nõ respondent ad oculorum respectionẽ, atq; conuersi audisse noscuntur, & lachrymantur. Odoramentis, aut aliquo ciborum gustu commoti, ingemiscunt, rubore perfusi: & declinantes, calido sudore laxantur, atq; sinceritate proximi afficiuntur, frequenter anhelantes fœtidum. Et si linguæ eorum, aut labia ex dulci, aut amaro ungantur, non sentiunt, & pruritum siccum aliquis sudor calidus sequitur. In dimissione febri carent, & item accessio illis fit. Malignus est autem in hac passione feruor, multus in superficie, & uelox anhelitus, & obtorsiones oculorum, & inflationes manuum, & feruor in aquosum sudorem discurrit, cũ pustulis circa thoracem: & in facie pustillatura. Inalbescit eis frequenter facies. Stuporem patiuntur, & lethargicum: oculos claudunt, & odores, uel sapores nõ sentiunt. Hæc passio ex stomacho fit, ut in ipso stomacho aliquoties tumor inuenitur: ideo omnes curæ stomachorũ adhibendę illis erunt. Muti sunt, fugglutiũt. Fouere stomachum debent uel oxymelle, uel epithimo, uel oĩbus adiutorijs stomachi.

D (margin, beside "ter anhelantes")

Cura. (margin, beside "cho fit")

De Bolimis. CAP. XXVII.

EX QVIBVS Bolimos appræhendimus? Ex animi, atq; membrorum defectione, frigido corpore, cum neruorum tremore, stomachi atq; uocis debilitatione, pulsu tardo, humiliq;, cum tremore. Cibum accipiunt multum, & nõ satiato corpore crassantur, et tabidi efficiuntur. Fit maxime iter agentibus. Genæ soluuntur, lassi fiunt, & subito cadunt, infrigidantur, & uix anhelant. Quod si non cito iuuati fuerint, celerius pereunt, per ciborum grauedinem. Odores bonos odorent, atq; frigidis spargantur, & sorbitiones offerantur, et fricationibus pectoris, & calefactionibus foueantur. Cibos uero & potum accipiant, casto-

reum cum elixatura de ruta, & iera: mane iuuentur, & uomitum semper A
prouocent: & cibos indigestibiles accipiant, ut nõ subinde eos delectet.
Isti fastidiunt ex nimio appetitu ciborum plurimorum, atq; non præma
sticatos, properant transglutire, consequente grauatione, & tensione,
atq; accæptorum uomitu.

De Ptyriasi. CAP. XXVIII.

PTYRIASIS est pediculorum quantitas, aliquando in capillo, aliquando in toto corpore emergentium: nunc solutæ quantitatis, nunc non solutæ, bellatores ac duriores, & mordaces nascunť. Hos græci agrios uocauerunt. Fit ex corruptelæ plenitudinè, frequenter in toto corpore. Aliquibus consuetudine, aliquibus ægritudine. Exinde se discutiunt, ut plurimi nascantur, fortes. Aliquibus cũ prurigine nimia corporis, uel capitis aduenit uigilia, morsus, pallor, fastidium. Macri fiunt, φ soluta est caussa per accessionem quam patiuntur. Cura eorum. Vt elephantiosi curentur. Et primo psylotrum faciant, & rasuram capillorum in aqua marina lauent: & defricentur corpore, & bulbis nigris & oleo simul trito, ut mellis crassitudinem habeant utantur, hoc & corpus ungatur, & staphisagria trita cum sale & oleo. Quod si autem pruritus nimius fuerit, sulphuris uiui pars. I. staphisagriæ partes ij. salis pars. i. cum aceto & oleo pingui, fiat unguentum. In balneo diu fricentur, & caput lauent ex abrotano & papauere in aqua cocto: aut elixatura turbisci: & dropace mixto utantur ad solem, propter salsum humorẽ. Item utantur asso lapide, pipere, stafisagria, nitro, sulphure, libano ex æquo, bitumine, pice, resina, cæra alba: singulis ad solem totum corpus ungatur, ut bene siccentur. Item sulphure, stafisagria, nitro, pipere ex æquo trito, cum aceto & melle mixto in balneo totum corpus perungať. Item aliud mirum. Elleborũ album, cum axungia porcina ucterc tere, & ungito ad ignem, uel in balneo sicco, & non lauetur usq; diem tertium. Cura. B

De Lumbricis. CAP. XXIX.

LVMBRICORVM genera sunt tria, Rotundi, Longi, & Lati. Nascuntur in modum seminis cucurbitæ, quod græci ascarides uocant. Tertium genus ut uermib. minutis similes. Et quia in plurimis partibus corporis nascuntur, signa eorũ oportet nos dare. Ex quibus appræhendimus eos, qui latis lumbricis uexantur? Egestionibus per uentrem, orificium corpusculi mouentibus, semini cucurbitarum per quam similibus, aut paulo maioribus, cum appetitu cibi uehementi, & pallore corporis, aut uirium debilitate: quod grçci atropham uocant, attestantib. mordicationis partibus, quæ umbilico subiacent, & magis ante cibum. Ex quibus apprẽhendimus eos qui rotundis uexantur Lumbricis. Ex mordicatione cum dolore pungente, ac tormento uentris & intestinorum, nausea cum tensione, ueluti currentibus animalibus supra stomachum, ita quod sentiunt: attestante aliquando uentris feruore cum Lumbrici lati Rotundi.

C fastidio, ac debilitatione uirium, pallore faciei, ac gustus, tussicula parua, sicca. Animi defectus, quem græci lipodomiam uocant. Cum sonu turbantur pessimo. Pressi ingemiscunt, aut dentes stringunt: aut proni iacebunt stramentis infixi, ac propter consuetudinem dormiunt: aut repente clamantes, repentino casu demersi, conquiescunt: aut uario motu cōducti, torquentur cum pulsu paruo, crebro, inæquali deficient. Ex quibus apprehendimus eos qui Ascaridibus uexantur? Pruritu longāonis, atq; frequenti libidine uentris egerendi. Nam plærumq; cōaceruando in sextarij qualitate effundunt animalia. Vsu, ac uirium debilitate, ac solutione membrorum. Etenim parui uermiculi inueniuntur, & donec egerantur grauedinē claudunt· A puluere ægrotantes afficiuntur. Dehinc excluso morbo, denuo renascuntur. Hanc passionem in palledine ægrotantis suggeri, ueteres nostri meminerunt. Quomodo cernimus ab eo, qui ex lumbricis alienatur? Proprietatem signorum intuentes, quæ cuiq; passioni peculiariter tribuuntur. Nam in sanis querela capitis primo occurrit, quæ futurā passionem denunciat, sequentibus cæteris, quæ ab insanis aliena sunt. Ex pulsu deficiente, aut prona iactatione passionis.

Quomodo phreneticum ex lumbricis appræhendimus? Etiam hunc ex capitis antecedente querela, ac sequente iugi pseuerantia. Ex lumbricis autem debilitantur, neq; trocidismus sequitur, neq; necessario febris: aut si fuerit, non cum eius accessione mentis alienatione sparguntur, aut
D dimissione releuantur, sed iugiter plærumq; perseuerant. Quomodo cernimus lethargos? Designat febris acuta, pulsus maior, rarus, inanis, & supini iacentes passione, uultus attestante pallore, et plumbeo colore.

Ex lumbricis autem appræhensum alijs agnoscimus signis. Nam non necessario febres eos sequuntur. Pulsus etiam creber, atq; paruus, & inordinatus occurrit, rubro attestante colore, atq; pronis data porione. Item lethargum silere nō necesse est, lumbricorum oppressione interuallatum. Quomodo cernimus epilepticos? Ab eo, q̄ ex lumbricis obmutescunt. Epilepticus diuersa patit̄: cui turisma augere necesse est. Lumbricis aūt compræhensus non agit spumas, tamen sic patitur sicut cætera signa quæ diximus. Quomodo catalepticum? Cum febre silere necesse est, pulsu attestante magno, ac ueluti percusso. Ex lumbricis aūt oppressos necessario febris sequitur, similiter obmutescunt: pulsus autem parui atq; breues assistunt. Quomodo apoplectici lumbricos discernis? Ex antecedente querela in apoplectici capite, lumbricorū oppressione, intestinorum, uel uentris: dehinc ex consequentibus signis. Apoplecticos em̄ omnibus sensibus probari necesse est, supinos sæpius iacere: lumbricis silentibus per interualla exclamare, ad pronū iacere sæpius occurrit.

Quomodo præfocationem matricis discernis ad lumbricorū oppressionem? Ex antecedente querela intestinorum, uel uentris, aut diuerso motu matricis: dehinc ex consequennbus signis. Nam matricis rapiu ex superioribus partibus effecto, obtumescunt: ex ipsa parte uexantur

quæ etiam ex lumbricis in matrice quærelas supraſcriptas patiuntur. A
Quomodo diſcernis Cœliacum ab eo qui lumbricorum uexatione
torquetur? Ex occurrentibus ſignis, quæ lumbricorum tormento tribu-
untur, ut inſpiratio difficilis, uel propter conſuetudinem prona iectatio,
diſpoſitione gemitus, & uana exclamatione, cum cæteris, quæ Cæliacum
ſignificantes docuimus. Quomodo ſtomachum diſcernis ab eo qui
lumbricorũ uexatione torquet? Ex multo tumore ſtomachi, conſequen-
tia inteſtinorum, perſeuerantia tormentorum. Quomodo dyſenteri-
cum diſcernis ab eo qui ex lumbricorum uexatione torquetur? Ex occur
rentibus ſignis, querela inteſtinorum, uel uentris, quæ lumbricorum ue-
xationem ſignificat, manentibus cęteris quę dyſentericorum ſigna docui
mus. Quomodo diſcernis eos qui naturaliter, aut per plurimum ſo-
mnũ ſtrident, atq; repentino & inaniter exclamant, ab his q lumbricorũ
uexationem patiunt? Singula conſyderans quæ ſpecialiter tribuuntur.
Nam quod grauatione cibi hoc patiunt, detractione releuant: aut ſi lum-
bricorum fuerit uexatio, detracto cibo magis grauantur. Qui autem pa-
tiuntur, neq; tormentum hac paſſione uentris, uel inteſtinorum ſentiunt,
neq; decolorantur. Fiunt autẽ lumbrici, ſed peſſimi in infantibus, qui-
bus creſcunt, & his ſemper occupari ſolent, uſq; ad iuuentutem. Appa-
rent autem morſus aliquoties in locis quibus naſcuntur: & febres fiunt, et B
proprie cum fricatione aſſidua, ut eos ſubito mordeant, & clament cum
corruptela, ſine cibo, & faſtidio. Aliquibus in ſtomachũ cadunt. Tunc
eos per os proijciunt, et per nares quãmaxime. Sæpius naſcuntur ſenib.
longi, & rotundi, ex indigeſtione ciborũ, & corruptela, & ex malis cibis,
& malis humoribus. In infantibus aũt ſæpiſſime nutriuntur ex dulci-
bus cibis, ex pane calido, aut non fermentato, aut non ſatis cocto.
Curantur autem ſic. Cataplaſment ex lupinorũ farina, in careno con- Cura.
ſperſa, admixto abſinthio, ſiue melantino, abrotano, cardamomo ſimul
coctis. Comedere iubemus lupinos amaros, et crocũ modicũ, quẽ cõmiſ-
ces cum caricis: & rores ſyriacos comedendũ dato. Elixaturã de melantio
in mulſa coctam potui dato. Fortiores autem naſturtiũ cum melle come-
dant, & rephanũ, ſimiliter & ſuccos eorũ bibant, aut diamoron, aut ipſa
mora: & ſinapi tritum modicum cum oleo mixtum, & ptiſanæ ſuccos bi-
bant, ubi coxerint radices polypodij tunſi. Aut cornu ceruini combu-
ſti, triti, coclear plenum in mulſa dato potui, lumbricos mire curat. Pa-
raliſim curabis ſenibus cum febre: epilepſiam ſimiliter. Et medulla cer-
[ui]na totam ſpinam dorſi ungito, & umbilicum, & plantas cum modico
[cr]oco. Hoc adiutorium eis adhibe. Abſinthium uiride tritum, & abſin-
[thi]j pontici elixaturam bibant. Similiter et elixatura centaureæ poten-
[tur], et folia perſicorum contuſa uentri et umbilico apponantur: et medul-
[la]a oſſium perſicorum comedant ieiuni, aut trita cum careno bibant.
[Si]militer et amygdalas amaras. Et exercitationes et fricationes habeant:
[ci]bos digeſtibiles comedant.

C In dimissione conuenit ad latos lumbricos, ut aquam salsam meratam bibant: & allium comedant, uel omnia acrimonia, & sic uomitum prouocent. Et post catartico exagitentur, ex scammonea, lacteride, cocognidio, nitro, pipere, & his similibus. Et mulsam bibant, & elixaturam centaureæ cum modico melle: & sic ex stomacho eos proijciunt. Per os iactantur, ut euersio uentris sursum ad stomachum reuocet. Oportet intra os salem tenere, & conquassare, & glutire. Sic enim cõmoti discutiuntur.

DE TENESMONE.

CAP. XXX.

TENESMON passio est intestini recti quod Longãonem, uel Exalem dicimus: desyderium uentris, cum frequenti assellatione, hoc est, spissa. Mucilẽta aũt, sanguineaq; stercora reddũt: atq; ex hoc magnus dolor habetur ponderis intestini. Catamodica redduntur aliquoties, aliquoties ex ulneratione longãonis cum dolore: & uoluntaria delectantur sessione, cum pondere paruo, cum flegmatibus, uel cum rasuris spumosis. Contingit autem maxime ex frigdore nimio, aut ex indigestione, uel frigidis potibus. Fit dolor, cum extensione clunium, et lumborum & pondere ani. Curentur autem ex uaporatione encathisma-

Cura. tum. Elixatura fœnugræci, & alteæ, & rosarum supponatur. Et pro ipsius intestini uulneratione, uel ruptura, butyro sine sale, & adipe anserino

D & rosaceo, cum modica cæra alba, soluta ad prunas lenes anum ungito, & pro pondere eius intestini, pice bricia suffumigato residentem in lecto frequenter, ut fumum ipsum, uel nidorẽ intestinum recipiat. Quoties delectauerit sedere, apponatur ex iniectione. Accipiant ex oleo roseo, aut myrtino & foris ungantur. Ex oleo laurino ungãtur pectinc, umbilico: ilio, & renibus: & loca uncta coöperianť ex lana molli lota, carminata: & fascia ligato. Et lemniscum ungito ex tetrapharmaco medicamine, aut ex uaporato inijcito: aut fimum palumbinum cum rosaceo & modica cæra alba unge leniscum uel inclunium: & inijce intestino longãoni peranũ: & cataplasmate calido circa pectinem utendum est, aut uaporatione. Si sine febribus fuerint, balneis utantur, & mox ut ingressi fuerint in saxis calidis anum primum ex oleo perungant, & sic in pauimento sedeant, perfuso loco de calda, & diu sudent: exinde in solio diu fricentur, & foueantur. Et post balneum oleo calido perungantur ex oleo anetino, aut rutaceo, aut laurino, aut ex acopis thermanticis, ac suprascriptis ungantur loca: & supra calidis lanis coöperiantur, ut dictum est. Cibis digestilibus utantur, et leuibus, et potibus calidis. Quod si pondus fuerit sine aliquo liquore: encathisma facis ex caricis coctis in pusca, in qua fœnugræcum infundis, ut calda exeat, et ipsam calidã calefaciat. De muricis cõoperis, et superſedeant, aut super saccellum ex cantabro in uino cocto. Et clisterem accipiant ex decoctione rosarum, myrti, et corio granatorum, adiecto butyro, aut oleo rosino. Et potum accipiant elixaturam de myrto uiridi. Si

febriunt, in aqua coquito. Si non febriunt, in uino potui dato. Et collyri=
um in anum inijciant ex myrrha, libano, agatia, galla, & ſucco hordei. A

De Dyſenteria. CAP. XXXI.

DYSENTERIA dicta eſt a paſſione inteſtinorum. Græci
enim dyſenteriam uulnus inteſtinorum uocant. Hac paſſione in
teſtini uulnera naſcunt̃, ex alto, ex epate, & proximis locis, ex groſſis in=
teſtinis, & gracilioribus, et ex longãone. Dyſenteria item ex ſtomacho,
& uentris egeſtione, per inteſtinorum diſterſionem ſanguinatur ſine ul=
lo uulnere, quæ ſordido liquore impedimento egeſtionis uentris fit: &
ſicut ſuperius de catatrophia ſtomachi, uel cęliacorũ expoſuimus, ex cor=
ruptela ſtomachi, uel uẽtris & epatis dyſenteria fit ex frigido potu. In=
ciſuram epaticorum ſic intelligimus. Ex ſtercorum qualitate, & mucilen=
tia aliquoties, ſanguiniſq; uſu, uel commixtura. Sequitur auerſio ſtoma=
cui, hoc eſt, uomitus, ſitis, ardor, uigilia: aliquoties & febres, merore liui=
do, iactatio corpis huc atq; illuc: aliquãdo & ſomnus turbidus atq; rumo
riſſimus, diſſenſio, inflatio, mingendi difficultas: palpitans lingua fit aſ=
pera, & cinericij coloris, præcordiorum extenſiones, articulorũ frigdor,
ciborũq; frequens corruptio, aquæ recentis uoluntas: dehinc animi ſub=
ductio, & morſus inteſtinorum omnium, uicinarumq; partium. Quan=
do autem ex alta uulneratione inteſtinorum uenerit, ſic intelligimus: ut
primo ſtercora reddantur: & tum uarij liquores egerunt̃. Quando ue= B
ro ex proximis locis inteſtinorum, uel ex longãone uulnerationes fiunt,
primo uarij liquores exeunt. Dyſenteriã cognoſcimus ex doloris ſenſu
ſupra umbilicũ, & ſtercorũ qualitate muccoſa, uaria, ſanguinolenta, cum
carnis egeſtione, egeſtis quibuſdam membranulis inteſtinorum. quia
ſunt inteſtina ex triplicibus commixta membranulis, quæ quammaxi=
me egerunt̃ ex groſſioribus inteſtinis quæ ſunt fere circa uentrem.
Omnia autem uulnera inteſtinorum frigidiora redduntur, quum a li=
quore ſupraſcripto & punctilibus ſupra umbilicum craſſa redduntur, &
aliquantum carnoſa, fruſta ſtercoris in ſe cocta proijcientia. Ex gra=
cilioribus inteſtinis uulneratio ſi fuerit facta, ſic agnoſcimus. Dolor ſub
umbilico circa pectinem ſequitur, uel ibi ſentitur: ſtercorũ tenuitas ſpu=
moſa, et flegmatica. Exinde fluxum ſentiunt deſcendere ægri, cum parua
urina, et obtorſione ueſicæ, cũ dolore et pondere. Vrina parua ex longã=
ne digeritur. Item inteſtini uulnerationem ita intelligimus. Ad red=
dendam digeſtionem, ſtercorum pondus, uel dolor ſentitur in orificio a=
ni uel interius intra longãonis collum, guttæq; ſanguineæ ſequuntur, uel
mucilenta parua ex ano egerunt̃, cum quadã uoluntate et pondere et do=
lore. Tunc ſpinæ, et cluniũ tenſiones, et in pectine quoq; quidam fit ſen=
ſus quaſi aliquid ſit ibi quod urgeat. Quæ autem redduntur parua ſunt,
mucilenta, flegmaticoſa, et tota cum pinguedine primum, poſt quaſi
ſanguinolentũ ſtercus ipſum cõagulatũ, in modũ fruſti alicuius eijcitur:
quod græci tenaſmon dicunt, nos autẽ portionẽ dyſenterię eſſe dicimus,

C id est, ex uulnere intestinorum: quoniam ipsum intestinum uulneratur: sicut in crassis, & gracilioribus intestinis superius diximus. Simul autem in utroque nunquam fit. Et si tardauerit haec passio, & non curata fuerit, moriuntur. Oportet autem & nos differentiam uulnerum respicere in hac uastitudine. Fit enim uulnus in impetu, hoc est, in tumore commixtū passione, idest, in strictura et fluxu simul, siue proscindēs & depascens uicina loca, siue uulnus inmundū & sordidum, siue mundum, sanabile, siue insanabile. Ergo intelligimus in impetu esse uulnus, id est, in tumore, cū in dolore uenerit, cum quodam impulsu, cum feruidū & liuidosum redditur, & spumosum, & flegmaticum, sanguinolentum, siccum, & egestione uentris cū fœtore, & dolore, sine ullo liquoris fluxu. Vulnus quod in coliacis iam superius diximus, per intestinorum aditus, fluore uentris incessanter redditur, sine ullo uulneris liquore commixtum, ut subito soluatur, subito constringatur, cum pondere ani proscindens & depascens uicina loca. Vulnus sic intelligimus: quando cum grandi sensu, & doloribus uarijs stercora uaria, fœculenta, & nigra, & carnosa cum membranulis, & cum fœtore quodam grandi egeruntur. Vulnus inmundum, hoc est, sordidum, sic intelligimus. Quando cessante dolore, in ilio uomicationem, & feruorem animaduertimus: fæculenta reddunt, & nigra, &

D baltheosa stercora, nullamque ęgro releuationē afferentia. Vulnus mundum sic intelligimus, si quando laborat, redditione releuatur. Illud autem fit, quum stercora transient cum uulnerū egestionibus limpidis, sine dolore & facili transitu. Sanabilia autem uulnera, munda, contraria sunt uicinis quæ sunt sordida & callosa. Nullum est odoris signum ex inspectione egestionum, sine ullo sanguine: cibi appetitio, & bona digestio, sine pondere, & sine ullo dolore. Insanabile autē uulnus intelligitur & callosum ex eo, quod sæpe nihil supradictorū cum stercoribus reddunt: aliquoties simul funduntur, aliquoties cessant. Qui hoc genus uulneris habent, per aliquos dies quasi iam cicatrices in uulnere ductæ sint, & incursu sanguinolenta redduntur & purulenta, hoc est, saniosa: eodē modo ut uulnera quæ sub oculis nostris sunt in exterioribus partibus corporis, quæ cicatricem quandā deducere uidentur, rursumque post aliquos dies soluuntur: ea curabilia fiunt. Interiorum autem uiscerum uulnera facta, incurabilia adprobauimus. De dysentericorum cura nos oportet intimare, quod eorū genera sunt tria. Ex stomacho, & sursum usque ad stomachum dolores qui fiunt, ex potionibus curentur. Qui uero ab umbilico et in anum, per iniectionem, uel encathismata curentur. Ex stomacho, epate, uentre, et in grossis intestinis uulnera dysentericorum, ex potionibus curentur: et per os ex trocisc is anotericis, ide st, ex trociscorū confectionibus uarijs, diacrocodes, aut diacorallium, aut omphacio. Si febrit, cum calida aqua: si nō febrit, ex uino myrtino, et epithimo, ex citonijs et palmulis, et hippoquistide, et agatia, et gallis, strigno, et rosato, et arnoglossa, et azo, confectis cum cerotario et rosacco. Cibos accipiant

Dysentericorum tria genera.

panem, ex omphacomelle, & uino austero temperatum comedant: & A
ipsum liquorem bibant. Et potum accipiant aquam calidam, ubi coxe-
ris myrrham uiridem, turiones pampineos, aut dactylorũ, aut citoniorũ
maturorum carnes, ut dixi, unum ex istis in aqua calida coctum tepidũ
bibant: & lac caprinum. Lapidem fluuialem magnũ album, & ex aqua
calida salsa, sicut marina, in modum nucium undecim in carbonibus ni-
mium calefactum, in ipso lacte extinctũ, dato calidum, potet ieiunus per
triduum, si febris non fuerit ualidissima. Quod si febriunt, omfacomel
accipiant, uel uinum de citonijs, uel uinum stipticum. Cibos qui eos cõ-
stringant, accipiant: pultes uel ex ordeo, aut ex lenticulis, succũ coctum
puleio, & cimino, & rore syriaco. Holera aũt, caulem coctum cum aqua
cœlesti, aceto & oleo, et cimino, conditum comedendum iubeo: & lactu-
cas, siue intuba, ꝗ̃ maxime agrestia, & coliandrum, unum ex his come-
dant coctum, uel cõditum, ut de caulibus diximus. Oua in aceto elixata
comedant, aut assa in carbonibus, media eorum ieiuni comedant. Fenu-
græci elixaturam bibant ex pusca. Item agatiam, ex aqua cęlesti tritam,
sicuti collyrium: & catapotias factas in modum fabæ ad umbram sic-
catas tres accipiant glutitu in ouo sorbili, aut in calda, post cœnã ad man
sionem: aut tritũ unum, aut dimidiũ oui unius assi, simul tritum ex aqua
cœlesti modico, potum dato, si febriunt, ex calida aqua: si non febriunt,
ex uino potui dato ieiunis per triduum. Rorem syriacum infusum in ui-
no, aut in succo arnoglossæ potui dato, cum succo hordei, aut lenticulæ. B
Vrticæ semen, uel arnoglossæ tritum ex calda bibant. Pumicem tostum,
piculam tostam, corium granati sicci, hordeum siccum crudum, omnia
ex æquo tunsa, cribellata, colata: si febriunt, ex calda, si nõ febriunt, ex ui-
no. Et si non curantur, ad lienteriam ueniunt, & ibi moriuntur. Quod
si in gracilioribus intestinis, uel in longaõne uulneratio fuerit, cum liquo
ribus purulentis, uel sanguinolentis, uel diuersis coloribus, sic curantur
ex indigestionibus. Trociscos diachartõ, cõtra omnes uulnerationes in-
testinorum: qui trocisci conficiuntur ex sandaraca, calce, charta combu-
sta, et cæra: aut trociscum faustinianum per iniectionem injcito, cum eli-
xatura de myrto uiridi, ita ut primo deiectiones accipiant leues. Et lac ca
prinum tepidum, aut elixaturam cantabri, aut ptisanæ succum, aut liciũ
tritum injcito cum ouorum albumine. Pro longäonis uulnere en cathis-
ma adhibendum ex myrto uiridi, absinthio, lauro, corio granatorũ, sen-
cis turionibus, galla, strigno, turionibus pampini, & alia adiutoria, quæ
in tenesmone superius scripsimus. Et amilum cum lacte bibant.

De Lienteria. CAP. XXXII.

EX QVIBVS Lienteriacum appręhendimus? Ex eo, ꝗ cibum
mox accipiant, aqualia multum egerunt, humecta, & spumosa uel
...a, & urinæ similia, aut paulatim, aut cõaceruata, cum dolore & rugitu
...raneorum, atq; ilium pondere. Vnde Lienteria dicta est? Ab in-

C testinorum lenitate: quod facilius cibi labendo ea pertranseunt. Lion enim lienteriam intestini græci uocauerunt: aut quoties qualemcumque cibū accœperint coctum, uel inoperatum per anum digerunt: præter semina pomorum, quæ difficile digerunt. Fit aliquoties & cum dysenteria lienteria, aut post dysenteriam, a uulnere, uel a cicatrice ueniente mala: ne fiat in intestino sicut in superficie. Sic interiora intestinorum cibum quem accœperint, nō coctum statim per anum digerunt, ut uuam, uel particulas panis, & alios cibos crudos proijciunt statim: quoniam eos continere non possunt. Fit lienteria post longam dysenteriam, transeunte enim humore frequenti, lanugo fit in ore uentris, hoc est, stomachi intestino. Sicut per lapidem aqua frequens discurrens, lanuginem facit: similiter fit ex lienteria. Diligentia huic passioni adhibenda. Enemæ fortiores, & catarticum dato lene, & polypodium, quod ipsam lanuginem abluat & extergat. Et cibos fortiores apponimus. Ex holerib. radices, cauli cymas, allia, cepas, & salsamenta dato, sinapi cum ptisanæ succo coctum: coloquintidas sorbendum dato. Et ambulatio, & exercitatio, & fricatio uentris adhibenda: & cerotū ex oleo cyprino, aut tilino, rutam & ciminum, & alijs similibus horum utendum. Ex unguento acopi totum corpus ungito. Et malagmate diaspermaton, aut polyarcion, aut napeos utendum: & omnes potiones dysentericis præscriptæ, & his conueniunt.

Cura.

D

DE EPATICIS.

CAP. XXXIII.

IN EPATE multæ fiunt passiones, et acutæ, & ueteres. Fiunt ergo in epate dolor, collectio, eruptio, uulnus, tumor, duricia, & extensio nimium dura, quam græci syrosin uocant. Dolorem epatis, id est, iecoris, ita cognoscimus. Extat a parte dextera præcordiorum, uelut rotunda eleuatio, quæ sub costa reponitur, & pectoris partim cum dolore contingit, cum grauedine, repulsans usque ad ilium, pars ipsius ex scapula: & tussis arida, & pondus intestini, & urina fellei coloris cum fastidio, & pallor in facie, & febris uel frigdor exinde crescit. Tumor epatis, sicut diximus, fit ex stomachi indignatione, uel ex longa infirmitate, uel ex frigido potu, uel ex frigdore, uel sanguine. Collectio epatis fit in superficie cutis. Nascuntur habentes humorem, quem cum stercoribus digerunt, aut per urinas post cibos. Aliquibus ualde sub fumine, cum pulsatione quadam & grauedine: ac si aliquid in ipso latere ponderis sentiat ægrotans: tumor fit longi temporis, sentitur cum grauedine, cum extensione diafragmatis: fiunt: & malus odor, color, & fastidium sequitur, & duricia totius epatis. Et quando non celerius eruptionem fecerit, uentrem aquosum, aut nigrum, aut sanguinem purum, aut frustum coagulatum, uel nigrum, aut liquores habent quos de dysentericis scripsimus. In ipsa passione moriuntur. Quod si eruptio facta fuerit cum uulneratione, humor redditur multus cum stercoribus uentris, ut lotura

Dolor Epatis

Tumor.

Collectio.

Eruptio.

carnium : & circa uicina loca dolor, & ipsa loca manifestantur interius
esse. Graciliantur corpore: & uarietate ciborum delectantur, & eos uo- A
munt, aut eos non digerunt. Hos syntenticos uocant, hoc est, tabidos:
quia toto corpore tabescunt. Contingit hæc passio & uiris, sed maxime
mulieribus. Fit ex multis cibis, & assiduis corruptionibus, & ex pluri-
mis recentibus frigidis potionib. et ex multo uino, et ex multis dulcibus.
Fit in ægritudine longa, quæ in autumni tempore fit, aut in hyeme.
Et tumor & duricia fit, & scyrosis, quod infraxis epatis dicitur, id est,
prædusio epatis: ut concludat intra se pennas epatis, cum omnium uisce- Scyrosis. Infraxis.
rum extensione, & stomachi inflatione. Quod si nō curantur, ad hydro-
pem ueniunt. Ideoq; oportet nos curas eorum ad singula adhibere.

Curatio. Quod si tumor fuerit epatis cum nimio dolore & tussi, & ui-
res permiserint, flebotoment ex alio latere, & ex sinistro brachio: & infu- Cura.
sio olei rutacei adhibenda, & elixatura papaueris, & aneti seminis, & se-
men lini, & fenugræci farina cocta in uino, & dactylis, & citonijs, & ca-
ricis, & capparis radicibus: cataplasment, & stomachum curent. Et po-
tum accipiant elixaturam origani cum oxymelle. Et epithimo utantur
dialoen. aut ceroto ex oleo cyprino, aut irino, adiecta ruta: & malagma-
te diaspermaton utantur circa omnem uentrem & collectionem oris. Et
cibos leues & sorbiles dato: & potionem accipiant elixaturam absinthij,
aut centaureæ, rutæ agrestis seminis, & petroselini, si febrit, ex calda: si
non febrit, ex uino. Collectio si fuerit epatis, cataplasmentur, ut super-
ius diximus, ex semine lini, & fenugræci farina. Et potiones accipiant B
quæ eruptiones faciant apostematum, aut per urinas digerant. Diureti-
cas potiones accipiant, uel cassiam, cinnamomum, nadostaceos, phu,
meu, asarum, adianthum, & his similes decoctiones: ut per intestina di-
gerantur per uentrem. Et medicaminibus & cibis quibus caussæ dige-
rantur: maxime lactis ceruini hemina, aut caprini, si uires permiserint.
Quod si membrani, uel eruptio fuerit intestinorum cum dolore & ex-
tensione inguinum: lac eis inijciatur, uel eo potentur. Quod si febris nō
adfuerit, nec tussis, nec dolor: balneis utantur, aut in mari natent. Cibi
landi fortes de oleribus, caules, & radices. Pisces teneros quos asprati-
es uocant. Carnes teneras similiter. Conuenit autem, ut comedant oli-
as albas, quas columbiadas dicūt, & capparim in aceto conditā, & salsa
enta primum accipiant. In dimissione dimifragia adhibenda. Vinum
sterum bibant, & lene. Cataplasmentur ex caricis pinguibus, & absin-
io, & centaurea, et nitro confecto. Et potiones dato odoriferorum de-
ctiones: et diuretica antidota, ut digestionem faciant.

Quod si eruptio facta fuerit in uulnere epatis: oportet in his inspicere
iorem, et egestionem, an maligni fuerint, an boni: sicut in dysentericis
osuimus. Potum accipiant lac asininum, aut caprinum bibendum
o: et lac comedant. In dimissione accipiant antidoton diaquilon ad-
abile et maximū, aut mithridatis. Cataplasmate utant̄ ex seminibus

C lini, et fenugræci farina, fimo columbino, sale, nitro, coctis primum in aqua, alteæ radicibus, centaureæ et absinthij. Post malagmate utantur ex pice et resina, cæra libani, manna: et thermantica malagmata adhibenda sunt, quæ tumorem calefaciant, prouocent, et uaporationes ex oleo calido in uesica, aut sacellum cum sale tostum. Quod si multum manauerit sanguis, abstinendum erit a uaporationibus. Quod si innata fuerit collectio, uel in superficie: potiones dandæ thermanticæ, eligmata ex myrrha et pipermelle cōfecta, et similia quæ eruptiones purgent, et emūdent. Et quia quando fuerit purgatio uulneris huius, non possunt nisi uicina loca tumescere intestinorum, uel præcordiorum, uel intestinorum grossorum, uel graciliorum, uel renum cum scyphalorum duricia, et urinam reddūt multa sedimina habentē, et crassa siquitur et fęculenta, cum graui odore, cum nausea stomachi, uel fellinca et per uentrem & per urinam: ideo quando cibanť, primo os lauare debent ex mulsa: et cibi dandi leues qui stomachum non grauent: et uinum leue, odoriferum: et eligmata danda ieiunis ex pini nucleis confecta: et elixatura origani, aut hysopi, et absinthij succus: sed elixatura danda stomacho nō sæpius, propter fastidium. Et epithimo utendum, quod stomachum confortet, et cicatricem iungat. Confectio epithimi ex palmulis, agatia, & œnante: & stiptica imponemus. Ante omnes curas epaticorum, in cibis disciplina-
D tio maior sit, ut dentur quæ corruptelam non faciant corporis, uel a frigidis potibus: ne corruptio corporis, id est, solutio irritetur, et ibi pereāt: & obseruent adiutorium, & omnium ordinationem experimentorum secundum potiones, uel epithimata epaticorum. Quod si tumor, & duricia, & extensio nimium dura fuerit, quod græci scirosim uocant, & nullum senserint adiutoriū beneficium, ad hydropem ueniunt: ideo collectioni adhibendæ potiones, uel epythima hydropicorum.

DE SPLENETICIS.

CAP. XXXIIII.

EX QVIBVS Spleneticum appræhendimus? Stans in parte sinistra præcordiorum, et sub costis mollibus replens pectoris partes, cum dolore uexatur: qui sicut indurat epar, similiter splenē uulnerat. Nam sæpius indurescit duricia, uel extensio cum dolore sinistri præcordij, cum tensura, pondere, fastidio, & asperitate linguę, cum horrore, hoc est, frigdore: & febres sequuntur post cibos cum contractione quadam: et dura efficitur ut lapis, et cum tumore magno. Curantur aūt cum labore, hoc est, impediuntur. Ad currendum cum anhelitu grauantur, & cum dolore uiolento, cum grauedine corporis, et malo colore subliuido, uel nigro. Quando inueterauerit, hydropicum facit, ꝙ maxime si epar intumuerit, aut doluerit. Aliquoties et in splene si fuerit collectio, liquorem reddunt per uentrem nigrum ut fęcem: mox exinde feruntur cum occupationibus, sicut supra diximus ex epate fieri, cum delatione

uentris, & nausea, inflationib. Quando plus intumuerit pars splenis,
usq; ad sinistrū inguen, & præcordia ipsa usq; ad iugulum dolent, & ex A
uicinitate aliud latus dolet cum colore pallido & liuido: exinde tumes=
cit totū corpus, cum oris fœtore in capite. Ante omnia difficultas pedū t
& squibala semper reddunt. Exinde tabidi fiunt, uel hydropici ex longa
infirmitate, sicuti ex quartanis manifestauimus, ex multo cibo, & pluri=
mo frigdore potus. Quammaxime mulieres autumno ex corruptela ta=
bescunt, ex frigdore & uentositate patiuntur cum immobilitate. Et aliqui
frequenter infantes in ipsa passione consumuntur, & iuuenes, & senes,
& maiores homines spleneticis tumoribus. Curæ adhibenda diligen= Cura.
tia in initio. Si uires & ætas permiserint, flebotoment: & cucurbita utan=
tur, cum infusione ex aceto, oleo rosino, in lana succida ex spongia et pus=
ca tenera præclusa spleni apponenda: & lapides candentes super pusca
aspera obuolutí apponendi, & cataplasmata ex hordei farina, & cappa=
ris radice, & ammoniacum, & mirabolanum ex aceto tritū. Abstinendū
ab omni dulcore cibi uel potus: quoniam uentositatem faciunt. In pusca
frigida ferrum candens intingitur, in uase æneo, & potū dato ieiuno fre=
quenter, iuuat. Commouentur autem elixatura tamaricis radicis potata.
Et emplastrū ex sinapi, & nitro, & dropaces: & natationes in aqua mari=
na: & ieiuno uomitū prouocare ex raphano: et cibus diureticus, et acer=
rima malagmata; et acopus pariter tunsus, et sinapismi. Quod si post ca= B
taplasmata, et omnia adiutoria tumor inmanserit: saccellentur, et liba=
num nimium ferueat. Et de præsenti ex cucurbita scarificentur, et sanguis
ipse niger de ipso splene tollatur. Quod si uires, uel ætas permiserint, fle=
botoment sanguinem: et post illum, et circa medium digitum extensa ue=
na, aut post aurem sinistram: et sanguinis multum inde tollatur. Maiori=
bus autem utendū cauterio in eodem splene apponendo in tribus locis,
in dextera parte splenis, in sinistra, et in medio. Et potiones dandæ. Ana=
gallici succus semucia, cum pusca, magni facit. Et squilla, et lapatium a=
greste, et chamædryos, et chamæpithyos et capparis radices 3.1. ex pusca
potatæ, hederæ grana. x. et tamarisci folia, et fructus ex pusca, et trocíscos
trocudes ex pusca potui dato. Ad duriciā splenis. Am̄oniacum, liba=
num, myrrham, aloe ex æquo tritum, cum succo caulium pridie in aceto
infusum, tritum ut spissum sit, in charta inductum, super splenem dui um
imponito: et tamdiu ibi sit, quousq; sponte cadat.
Epithyma spleneticis, quod oēs duricies eius, uel extensiones soluit. A=
minis rotundi asiani ÷ 1. picis duræ colatæ ÷ iiij. ceræ ÷ ij. olei com=
munis ÷ 5. alumen cum aceto acri in mortario teris, cerotum lentum ad
ignem soluis: et ubi tepuerit, in mortarium infundis, ubi alumen tritum
et manibus diu malaxas dum indurescat; et linteolum grossum indu=
ctū. per splenem ponis.
Aliquoties ambæ partes tumescunt, & epatis, & splenis, cum uentris,
splenis, aut præcordiorum dolore atq; feruore, seu quorum partici=

C pes extant sentiunt aduenientia his. Durata exinde scyrosis fit, dura nimium ut saxum solidatum, atq; corporis totius habitudo in peius mutatur, quam græci cacexiam uocant.

De Icterico, quem aliqui Arcuaticum uocant.
CAP. XXXV.

SIC ENIM cognoscimus. Ex colore totius corporis, in fellis qualitatem conuerso: quod magis in alboribus oculorum, uel plantarum apparet cauis: & uenæ quæ sub lingua sunt nigrescunt. Vnde etiam arcuaticus dictus est, a colore arcus cœlestis. Fit ex infusione fellis in totum corpus: fellineo colore totum corpus perfunditur, & pallido, & sublíuido, quod græci melancron dicunt. Et albor oculorum similis est ac si de croco tingantur, & urinæ colore fellis rosei. Plenitudo infusionis fellis & sanguinis quammaxime in urinis apparet, cum abundantia urinarū, aut sanguine diffunditur sicut aqua: aut cum utilis uideať, affellatio uentris subalbida & dura est. Fastidium autem magnum aliquoties, & lassitudo, et pruritus totius corporis cum mordicatione et malfactione sequitur. Aliquibus & febres fiunt, aliquoties et extensio præcordiorum, et dolor epatis cum duricia. Hi periclitantur quando epar eius plus intumescit. Aliquotes multi icterici facti sunt ex splene, & stomacho, & uentre.

D Similiter & mulierib. fit ex matrice. Contingit hęc passio ex corruptela, & frigdore, & uomitu frequenti, & ex longa infirmitate, & ex discussione sanguinis cum felle, & uentositatis abundantia. Et ex multo cibo: qui cadens in uentrem sub epate, non solū sub illo, sed in toto q̄q; corpore quando operatur natura in hoc ægrotat, aut infrigidat, aut desiccat: exinde dissoluitur fel, & totas partes corporis tingit, & ictericum dolorem facit: & urina ante omnia choleram manat de proprietate epatis, & renum qui adiacent. Maxime manifestantur in albore oculorum infusiones fellis, sicut iam dictū est. Sitiunt, siccanť illi ora. Nominata est autem hæc passio, quod ea affecti, ex melino colore fellinū habent. Vocatur itē

Mustela agrestis. hæc passio ab alijs agrestis mustela: quod auratos habent, oculos icterici: lingua eorū liuida, & extensa et colore ut mediū oui. Similiť et genæ apparent ut oui mediū, et totū corpus asperū et fellineū. Sequiť eos pallor, uel pigricia ad omne opus, et imobilitas, cum pruritu nimio, et torpulatione unguiū. Contorquenť ut comedant, sed amarum ut dulce, et econtra. Assequiť aūt eos uentris cū tortura angustia, et urinā multā soluētes, redditur ut colore croceo. Aliquoties in somno pressuram patiunť, uel fantasmantur. Aiquoties inmutantur in duos colores, aut croconeum, uel medij ouorum, infusione fellis. Subalbidi apparent. Aliquoties colore nigro, pernicioso, ex melino, simili melancholicorum colore nigro, subuiridi. Tabidi moriuntur. Et uentrem uitrei coloris, uelut æris flos reddunt, quibus interitū nunciat. Contingit hæc passio in iuuenibus, et crescentibus: et mulieres similiter aliq̄ties impugnat: impugnat et infan

tes. Seniores raro icterici fiunt, quia difficile incenduntur ab eo humore.
Contingit autem in febribus peryodicis fieri ictericos. A
Quod si in cretica febre ante septem dies morbi regij, mox iecur durũ
mali loco hæc caussa inueterauerit, cacexiam faciunt, aut hydropicum,
aut tabidi facti sic moriuntur. Cura eorum diligenter erit ordinanda
sic. Quando febriunt, & præcordia extensa habent, & epar doluerit, fle- Cura.
botomentur ex sinistro brachio: & post stomachum curent, & cibos te-
nues accipiant. Quod si febres non fuerint, uentrem purgari conue-
nit ex catarticis, cholagogis, hoc est, choleram deducentibus, id est, eufor
bio, epithino, alóe, petroselino, pipere, diagridio ex æquo tritis dato ʒ.
iiij. ex calida aqua potum, aut secundum uires: magnifice ictericos pur-
gat. Ita purgẽtur. Sammonea, aloe, coloquintide, coccognidio epithimo,
ut superius diximus, & his similibus. Quod si uentrem purgare non su-
stinuerint, neq; uires habent: comedant radices intinctas oxymelle post
cibum, hoc est, post cœnam: et sic uomitum prouocent. Præcordijs adhi-
bendæ et infusiones: & cataplasma, absinthium, rosmarinus, ruta, nastur
cium, centaurea. Hæc omnia & urinam mouent, & tumorem epatis uel
splenis compescunt. Vti debent cerotario ex oleo cyprino, habente resi-
nam, melilotum, & ireos. Potio autem danda, elixatura absinthij pontici,
in aqua cocta, aut aristolochia, et sulphur uiuum, dragantum. In ouo glu-
tiendæ hæ potiones quæ ictericis scriptæ sunt, quę pateem etiam familias
non lædant, hoc est, stomachum. Cibi sint sorbiles, bene digestibiles.
Conuenit autem his & dimifragiæ potus: & nitri cum oleo anetato
unguentum: et in naribus eorum aut ciclamini dico succum infunden- B
dum, aut anagallidos, aut betarum in balneo naribus, et lac mulieris. Ta-
men initio ictericorum, post septem dies ante omnia adiutoria flebotomũ
adhibendum iubemus: quia fel ex sanguine euacuat de omni tumore, &
relaxat: & post flebotomum decem diebus ex ihera antidoto purgentur.
Quod si tensura manserit, epithimo utendum diameliloto, et diaquilon,
& potione diuretica, & elixatura seminis apij, et raphani, radicis succo ex
uino potato. Similiter autem absinthij succo in balneo.
Itẽ lapatij radices elixę in aqua aut uini heminis iij. radices manu ple-
na coquis usq; ad tertias, & potu dabis. quia & sudorem & digestionem
prouocant: & infusiones narium: & lacteridæ succus cum lacte mulieris
quæ masculum lactat mixtus, maxime in folio infundendus naribus. Ra
dices herbæ sabinæ, & rutam cum pipere ex uino potato: aut albæ spi-
cis. ix. piperis grana. xxi. trita ex uino: potato singulas potiones: aut a-
fronitri ÷ i. piperis grana numero. xv. ex uino potui dato in balneo.

De Cacexia. CAP. XXXVI.

Multis nominibus uocatur Cacexia. Sunt em̃ et Syntetici, Marax
mon, & Atrophij. Cacexiã apprehendimus, ex uiridi, atq; pal
lido, uel plũbeo colore, corpisq; cessante nutrimẽto, hoc est, fastidio cibi;

C uiriũ atteſtante debilitatione, ſoliticꝗ motus extardatione: ægrotant cum inflatione corporis, & uentris fluore, pulſu crebro, paruo, cum faſtidio, et minuta uiridi urina, ſublatente febricula cum ſtridore ſpiſſo. Ex quibus ſynteticum apprehendis? Ex nimia macie, atqꝫ corporis conuerſione, pulſu debili, paruo: oculorum concauitate, præcordiorum tumore, ac ſplenis, & faſtidio cibi atteſtante, ac uehementi epatis dein corruptione. quia acuiſſe accæpta ſentit, inualido egeſtionis officio: cum febricula, & uentris ordine turbantur, ut nec poſt multos dies ſquibala pauca, atqꝫ dura excludant, non diſſoluta frequẽtius una die, atqꝫ corrupta. Quomodo diſcernis eum ſynteticũ ex proprijs ſuis ſignis? Nam ut tyſicũ, in tuſſicula eum cum ſanioſis ſputis conſequit᷑. Ex quibus apprehendis maraxmon, uel atrophiũ? Quia oculi caui, humecti, cum pituitis pinguibus, pulſu paruo, crebro, cum feruore inflammato, magis articulorũ: & corpore rubro, tenui timpore, atteſtante cauitatem, & aliquando linguæ aſperitatem, cum faſtidio cibi. Cacecticos, ex mala cauſſa multi medici uocauerunt: quoniam fiunt per multam infirmitatem. Et habitudo corporis ſine cibo, quam græri atrofiam uocauerunt, fit ex nimia frigiditate: extenditur corpus, aut infrigidatur, aut caleſcit: debilitatur ex ſolutione antiqua et corruptela nimia, ſicut in paſſionibus ſcriptum eſt, aut ex ſplene, & epate, aut ex hæmorroidis, aut ex ſanguine, aut uomitu fre-

D quenti, aut ex dyſenteria: & ex multo ſanguine diffuſo conſumuntur.

Cholericis ſenioribus familiaris eſt hæc paſſio, & uix inde effugiunt.

In infantibus autem ſæpiſſime contingit: & ſi non adiutorijs alleuiantur ſecundum unamquamqꝫ cauſſam, in peius exacerbantur: ideo exercitare corpus debent deambulatione, uel uectatione. Fit plærumqꝫ in corporibus graciliorum uirorum, ſiue mulierum. Sequitur autem pallor totius corporis cum albore quodam: concauitas uultus apparet, maxime a ſomno: tumores crurum, ut diu ſtare non poſſint: & tumor manifeſtatur in coxis, quod in una parte ſtare nõ poſſint, præ tumore: & ambulare deſyderant, & non poſſunt. Aliquoties plus comedunt, & bene digerunt, & tabidi corpus excutiunt, in nouiſſimo laborãt. Venter eis ſoluitur cum anhelitu impulſu magno, & cum reſpiratione difficili: & cum laſſitudine deſiccantur: & periculũ eis affert, & ſic marcidi pereunt.

Cura. Cura eorum ita adhibenda eſt: ut primum cognoſcamus unde facta ſit, an ne uiſcera tumeſcant, aut inflentur, aut extendantur, aut dura ſint, aut ſcyroſin patiant᷑, nimium dura ut ſaxum, aut epati iungat ſplenem. Ideocꝫ pro omnibus cauſſis uaporationes eſſe debent, quibus locis ſuccurras: ut præ omnibus duricia epatis, uel ſplenis ſoluatur, et reſumptiua adiutoria cacecticis adhibeantur: ut quæ nimiũ ſoluuntur conſtringantur, quę conſtricta ſunt ſoluantur: & quę a dolore pulſantur, mitigentur: quæ frigida ſunt, calefiant, humecta deſiccentur. Et omnia quæ ſingulis ægritudinibus edocuimus adhibenda: ut ſi plus cibos accæperint, & corpori oberit, non plus comedant: quod ſi minus comederint, ut cibũ præ-

eentur talem qui corruptelam non faciat: et somnum cum mensura uel la
bore, similiter et uigilias: et ne graui somno in lecto cubent, fomentum fa A
cies eis adhibendum: et acre adhibeãt, licitum secundum tempus, ut nec
frigdorem patiantur, nec calorẽ. Secundum tempus item si uires permi=
serint, et febres non fuerint, nec solutio uentris, nec fames, lauacris utan=
tur, et unguento, in balneo oleo dulci cum nitro: aut cum sale fricetur cor
pus secundum uires, sed non diu: in calda autem non diu foueantur re=
cente. Secundum tempus potum, eibumq; accipiant digestibilem, panẽ
maturum, et carieas, et oua ante prandium: et unctio adhibenda. Ali=
quoties ad hydropem ueniunt per uetustatem cacexiæ: ideoq; hydropi=
corum curæ adhibendę sunt cacecticis, quod utilissimum approbamus.

De Hydropicis. CAP. XXXVII.

QVID EST Hydropisis? Extensio uentris innaturalis, aquo= Hydropisis.
sa, atq; corrupta humoris defectio Inde hydropisis dicta est, ab
accidentibus, hoc est, ab humoris ꝓfusione aquatica. Græci
enim hydor, aquam uocauerunt. Quot, uel quæ sunt species hydro=
pisis? Duæ, totius corporis, & uentris. Quarum prima leucoflegman=
tia, uel hyposarcha appellaẽ. Secunda, in duas fere similes diuiditur spe=
cies: in humores, atq; spiritũ, commixta materia. Leucoflegmantia est
totius corporis mollis inflatio, cum colore subliuido, & grauedine, atq; Leucofle-
impressis digitis tumore recedente. Hyposarcha, est carnium resistentiũ gmantia.
solutionũ duricia, cum aliqua doloris respiratione. Diuiduntur autem in Hyposarcha.
Asciten, & Tympaniten. Ex quibus Asciten appræhendimus? Ex B
inflatione uentris, & sonitu fluitantis humoris: uel si palma pulsantur, Ascites.
in aures simul plenissimos sonos reddent. Ex quibus Tympaniten ap=
præhendimus? Ex rotunda uentris inflatione, cũ tensione plurima: quæ Tympanites.
palma percussa tympanorum respirationem fingit, unde nomen accępit.
Hydropisis autem est solutio carnium, infusio humoris in toto corpore,
quæ uentrem cœperit & intestina. Leucoflegmantia, id est, albi tumores,
& solutiones carnium: qui humor aquosus ominmodo soluitur, abun=
dans & discurtens per omnes partes corporis, simulans infusionẽ spon=
giarum, cum feruore. Et fit tumor per totum corpus, subinflatus circa fa
ciem: & primo in uentris locum se infundit: per multa tempora tumes=
cunt, sicuti eclypsis coloris fit: & impresso digito in tumorem, statim mer
git, & paulatim resurgit. Leucoflegmantia nomen accæpit ab albo tu=
more & humore albi & limpidi coloris. Hyposarcha autem est tumor
pallidus, apparescens & constringens: quando diffunditur humor si=
mul, & soluitur ab aqua, & sic ipse tumor soluit carnes. Ideo nuncupatur
Hyposarcha, ꝙ sub carnes se ipse humor diffundat. Signa eorum hæc
sunt. Tumor in facie, cum cauitate & tensura uentris, cum tumore lum=
borum, et ilirou m, et præcordiorũ, et lassitudine et fastidio, et anhelitu et
tussi. Asciten autẽ sequitur tumor in uentre solum, et proclusiones cum

C sonitu, & cum grauatione pigra, a simili, sicut utres feminę pleni, sonitus reddunt, quam maxime quãdo assellantur cum extensione & inflatione uentris. Aliquoties intumescunt expletura humoris femora sua: pedes, crura, omnia tenduntur, & ueretro subinflato torquentur, & supernæ partes corporis tabescunt, hoc est, thorax brachia, ceruices, & uultus. Sequitur eos anhelitus, fastidium, pallor, difficiles motus corporis. Sitiunt incessanter: quantum autem plus biberint, tantum plus sitiunt: & urinam digerunt. Tympanitis autem hæc signa in eis apparent. Tumescunt, plus inflatur uenter, extenditur: & procluditur. Cum autem percussus fuerit palma, sonum ut tympanum reddit: ideo & nomen accæpit tympanites, eo quod sic extendatur, uel talem sonum reddat uentositate sua ut tympanum. Attenuantur cum anhelitu & fastidio, sitiunt non ualde, cũ sudore paruo, & pallore. Quod si in hydropicis leucoflegmantici, & hyposarchici exagitantur a rulli, cum febre, periclitantur, & mortem eis inferũt. Corpora autem cõsumunt Asciti, & Tympaniti per multa tempora, quæ ex aqua marcida fiunt, & sic pereunt. Catasarcha, discurrens per pulpas, fit plærumque in infantibus qui crescunt. Mulieribus autem non ualde fit sicut uiris. Hydropici fiunt ex longa infirmitate, pręcordiorum extensiõne, per multa tempora ex epate & splene dolentes, & podagra. Item ex longis febribus peryodicis, id est, ex quo-
D tidianis, & ex quartanis, in ipsis accessionibus aquam multam bibentes, uel salsa, aut ex uini liquore multum potantes. Quammaxime aquam plurimã in febrium ardore multum bibentes, uenter illis impletur: & ex multa extensione descendens per os uentris, hoc est, stomachum, intumescunt et renes et collum, et uesica, et diafragma. Apud mulieres autem ex matrice fiunt, ex dysenteria longa, et ex hæmorroidarum fluxu.

Cura. Curam eorum cum diligentia nos scribere oportet. quoniam periculosa est hæc passio apud omnes medicos. Ideoque succurrendum erit adiutorio, ordinatione, et dieta, unde possit hæc ualitudo excludi, uel medicinarum operatione, uel medicorum sollicitudine. Necessariũ ante omnia, ut cõstanter exercitentur. Hydropes qui sine febribus, et sine solutione uentris sunt, et bene cibantur, et marcidi nõ sunt, ipsi possunt ad sanitatẽ uenire: quia emissiones habent, et omnia adiutoria sunt coctionis adhibenda, & cibi leues ijs dandi. Quod si febres eos excitauerit, prouidendum erit tempus, ut in dimissione febrium cibentur, uel adiutoria adhibeatur. Sine febribus autem fricatio multa adhibenda, cum exercitationibus. Et sint lauacra balnearum tantum ut sudent: in solium nõ descendant, sed uaporationibus siccis utantur, spargentes per omne corpus, quam maxime uentrẽ, aut ubi tumor fuerit, nitrum tritum, aut salem, cũ fricatione corporis, maxime in æstate. Post fricationem in sole diu stent, & tum in mari natent: & acria omnia comedant, & salsamenta, & allium proferendum: & panem cum cibo sicco & asso comedant: & post uinum accipiant austerum, nigrum mediocriter, & parum bibant. Et

in dimiſſione radices comedant multum : & ſub umbilico ubi tenſuram
magnam ſenſerint, uaporatione utendum ex ſaccello, & ſale toſto. Iuuat A
eos murena calida, ſi obruantur, in ſole in caiiicularibus diebus: & acetũ
ſquilliticũ ſorbeant, & diureticas potiones. Similiter & hydrogoga me=
dicamina adhibenda, & malagmata deſiccatiua, id eſt, diaſpermaton, aut
diadaphnidon, aut diameliloton, & alia epithimata ex caricis, granati fo
lijs, lenticulæ farina, & his ſimilibus. Quod ſi adhuc inter initia hy=
dropicorum epar, uel ſplen intumuerit, epithimantia in ipſis locis impo
nenda, hoc eſt, ad epar epithima dialoe, ad ſplenem epithima ſtipticia
ſtrongilos, hoc eſt, ex alumine rotundo : ut in paſſione ſpleneticorum
ſcripſimus. Ambo ſimul ponantur in ſuis locis. Aliquibus faciendæ re=
ctæ inciſiones, hoc eſt, ſcarificationes ſuper plantas.

Ad uiſcera dolentia, uel extenſa, adhibendę infuſiões, et cataplaſmata,
cucurbitarum raptus, & ſanguiſugæ adhibendæ, & malagmata hydro=
picorum. Cataplaſma adhibendum ex hordei farina, eruo, cimino, ſale,
& abſinthij flore, omnia tuuſa, in oxymelle cocta : & abſinthium uiride
tritum cum caricis & cimino : nitrum cum ſale & melle quod ſufficit :
inductum iu uentrem. Apponendus & cucurbitarum raptus. Et potum
accipiant cyclamini ſuccum uiridem, et epithima ex caprino ſimo. Si ſine
febre ſunt, eſt ſpes curæ. Et unguento utantur ex nitro, aut ex ſale, aut ex
lauri baccis cum oleo uetere, aut modica cæra. Quod ſi cum febribus fue B
rint, & cum ſolutione uentris: diureticas potiones accipiant, quæ ſtoma=
chum non lædant. Vbi eſt ſpes ſalutis, potionem hanc parato. Apij ſe=
men, & radices eius, & dauci ſemen, adiantos, petroſelinũ, caſſiam, cin=
namomum, phu, meu, nardum, ſtrutium, iringium, intyba, aſpargi ra=
dices, cucumeris ſemen, corium granati, ebuli ſummitates, ex æquo
omnia in aqua cocta dulci, & inde ſecundum uires potui dato. Quod ſi
ætas parua fuerit, diuretica ſimplicia accipiant. Apij radices, ſparagi ra=
dices, cucumeris ſemen, ſimiliter in aqua cocta potentur. Quod ſi ſine fe
bribus & ſine ſolutione uentris fuerint, hydrogoga adhibenda ſunt, non
diuretica, id eſt, titimali turiones cum ſemine ſuo, & ſtrutium, polypodij
radices, ſimul coctas in aqua dulci ad tertias, colas, & bibendum dabis ſe
cundum uires, & menſuram dierum. Et ſi plus eos ſoluerit, ſemel dan=
dum : ſi mediocriter, ſecundo, ſi parum tertio die, ut diximus ſecundum
uires. Quod ſi ſtomachũ doluerint, uel aliquantũ ſanguinem exſpue=
rint, aut ſolutio uentris eſt : hydrogogo abſtinendum, & diuretica adhi=
benda, uel alia cætera. Cibos accipiant leues qui ſtomachum digeſtibilẽ
nõ lædant, maxime in aſclitis hydrope. Adhibendę chirurgię humori,
ut patientes ſedeant recti, & extenſi, preſſi, uel contracti a multis, ut ſe nõ
moueant, cubitis rectis contra latera, ut recta inciſio fiat, ex flebotomo
puncta, ab umbilico in uiſum digitis quatuor: atq; id ꝙ maxime faciendũ
quibus umbilici tument multũ, uel dolent mediocriter. Inciſura autem
recta facienda, & ſpongia molli orificium inciſurę claudendum, quæ hu=

C mectetur ex calida, aut tepida aqua, & cooperiant uentrem totũ, ex tullo
lanarum: & delatis fasciolis ligenẽ per septem dies: ut humor ipse defici-
ceetur, & tumor recedat. Diligentia plagarum adhibenda, ut in omni chi-
rurgia monstrauimus: et in catasarcha hydrope hoc adhibendum, ut ali
quoties cutis eorũ scarificetur in sanis partib. super plantas, et circa ingui
na, & femora rectis incisionibus. In catasarcha hydrope omnes medici
uomitũ prouocare iusserũt, ex radicibus: & post ihera antitodo purgen-
tur. Cibi aũt adhibendi uiles, unde omnis spes saluus componitur, sicut
multoties diximus. Panis nõ azymus, bene coctus, oua, pultes. Potiones
aũt quæ sitim compescant: aquam dulcẽ bibant, non salsam, neq; grauis
ponderis: & appræhendere debent quod sitim ualde cõmoueat: simili-
ter ex uino, sicuti de aqua diximus: ne frigidũ multũ præsumant: ne per-
cussa uiscera plus tumescãt. Post cibos deambulent mediocriter, uel post
cœnam: & simplici unctione unganẽ: & cibos uarios accipiant, & pisces
teneros, sardos, mullos turdos, parcas, gobiones, ostrea, mordica, locu-
stas marinas. Ex uolatilibus attagenas, anates, perdices, ficedulas. Ex
omnibus uenationibus lepores, capreolas, & alia agrestia. Et herbarum
siue holerum accipiant, porros, apia, sparagos, atriplicem, sinapi, omnia
in iuscello. Omnibus aũt dulciatis in cibo q̃ in potu abstinendum. In di
missionis tempore accipiant ficus, dactylos, cibos digestibiles, & granata
D parũ, propter desyderium: ne solutione uentris irritentur: amygdalas ue-
ro piltatas, quantũ delectauerint comedant. Post cœnam modicũ deam-
bulent: & ungantur, ut celerius somnũ accipiant. Lauacrum utilissimũ
est illis, aqua marina, uel salsa aqua: quoniã eos deficcat, ita ut in balneo
ex aqua salsa lauentur. In uapore aspergantur per totũ corpus, uel uen-
trem, puluere de nitro cũ sulphure: ut sudor excitetur. In caldam nõ de-
scendant: sed siccum lauacrũ, hoc est, in uaporẽ: fimo bubulo recente to-
tum corpus perungatur, ut cum illo diutius sudent. Die intermisso, una
hebdomada iterũ adhibendũ, multis utilissimũ adiutoriũ probauimus.
Non cõtemnas: quia multũ est necessariũ. Tumori item uentris hoc erit
adhibendũ. Vuæ passæ pinguis enucleatæ lib. i. cimini triti ÷ vi. tundis
primũ uuam passam, et sic ciminũ addis primũ in unum, et teris, inductũ
in linteolo tundes, & cataplasmabis. Quod si uulnera illis in superficie
nascunẽ: ciminũ puluerisatũ imponendũ, quod siccatiuũ est hydropicis.

De Diabiti. CAP. XXXVIII.

SEQVITVR Diabites sitis multa, & fortissima. Pariuntur ex
stomacho, & epate, aliqui ex renibus. Apparescent autẽ ex hydro-
pisi fortificata. Fiunt ex aduersitate grauidarum. Plærumq; contingunt
et ex purgatione frequenti medicaminũ. Commouentur aũt in hac pas-
sione, et in frigdore soluunẽ, et sic exinde discutiunẽ. Et quãdo admoniti
fuerint, in passione iuuari debent ut hydropici: quoniã prope una est il-
lis passio, ut et ipsi ab siti nuncupentur. Et multis comestio fit ex siccatio-
ne stomachi sub acredine, et secundum humorẽ quo potanẽ, uel discuti-
untur, sicuti foris apparent. Sequitur eos et hebetudo totius corporis.

ǫ̃uam maxime nolunt. Vrgentur autẽ in superficie: & uenæ nigrescunt, A
ex gelatione sanguinis non currentis ex matrice, aut ex aliqua parte cor=
poris, cum febre & grauedine, per totum uentrem cum rigore male ia=
ctantur Circa pectinum loca tumescunt. Multum bibunt, & parũ come=
dunt. Ideoq; paruo potenẽ, & aliquanto plus eibenẽ, propẽ uires. Quan=
do exercitantur, uigilias patiuntur, & sitiunt, ac somno paruo dormiunt,
& fantasmantur in somno a flumine, uel cisterna, quasi inde bibant, aut
ibi natent. Consumuntur autem ab hac passione crescentes iuuenes,
maxime senes: et infantes tabescunt, quammaxime in medicaminum po=
tionibus assidue, et maxime desiccatiuis potionibus. Oportet ergo cu=
rare hanc passionem ut dictum est, pro siti, confectionibus quę sitim arce=
ant. Et epithimo refrigeratorio utendum, & non humectiuo: cibis simili=
ter & potionibus, & uino non forti, nec uetere. Et aquam accipiant, ubi
coxerit aliqua herba desiccatiua, ut apium, aut sparagus, aut tyriaca. An=
tidotum accipiant quammaxime pro somno, & ex parte hydropicorum
utantur, ut de hydropicis scriptum est.

De Elephantiasi. CAP. XXXIX.

ELEPHANtiasim ita apprehendis. Primo ex maculis quę in in=
itio impetigini similes nascunẽ, & flauæ, sine pruritu, atq; sine ul=
la curatione adhibita, & sponte transeunt, & rursus nascunẽ, et eminentes B
perseuerant. Exhinc transgressæ, extensiones solidæ efficiuntur & nigræ,
quibus uulneratę partes putrescunt, attestante uocis asperitate et tussicu=
la, & uentris solutione. Vnde elephantiasis dicta est, ab omniũ animaliũ
maiore: quia color eorũ in superficie corporis supradictis similat anima= Elephantiasis unde dicta.
libus in asperitate, & nigredine oculorũ. Dicta est aũt elephantia hæc
passio a magnitudine quadrupedis agrestis, quod grande est inter omnes
elephantes: & simile coriũ habet ut elephas, et magnam uirtutem: ideo &
maior est omnibus passionibus: & maligna passio est. Initio nascunẽ
maculæ in superficie et facie nigra siue rubicũda, sine pruritu, ut diximus:
& cutis illis ingrossatur, quasi cochleæ exurgunt nigræ. Quando in ipsa
commotione adducuntur eis cilia, & palpebræ, et nares illis clauduntur,
& odorem non sentiunt, & sanguinem emungunt: oculi rubescunt: fit la=
bis & uox rauca & aspera: et temporis qualitate et uetustate cacumina pe=
dum uel manus pinguescunt: & aurium, & nariũ, et labiorũ partes mar=
cescunt, uel putrescunt, et foetescunt: et uiscera extenduntur, et suffocati
pereunt, si non iuuantur a medicis. Fit autem hæc passio magna ex me=
lancholico humore: exinde pascunẽ, uel exacerbanẽ. Initiante passiõe, co=
lor faciei fit rubeus, aliq̊ties liuidus ut melancholia: et in rubore ipso cri=
nẽ cum ciborũ grauedine, et tumore q̊dam apprehenduntur, et asperi=
te uel solutione totius corporis cũ sanguinea facie. Initio caussæ hu=
ius si apparuerint supradicta signa, flebotomari oportet: et clystere pur=
gare uisum, hoc est, deorsum, et excitari catartico sursum uomitum.
Cimolia ex libano cum aceto trita faciem perungimus ad mansionem.

C Ad omnem superficiem: mirabolanum, ex rhodino, cũ myrtino oleo, & aceto similiter, stipteriam, & ammoniacum, et alia quæ constringere possunt, et desiccant, adiutoria his adhibẽda: & argilla alba cum aceto conspersa, perungi debent in sole, ut desiccari possint. Fricatio & lauatio eos iuuat, aut in marina, aut in salsa aqua. Quod si aqua fuerit dulcis, eos non desiccat. Et multo unguento ex nitro, bitumine, stipteria, sulphure ex æquo trito cum oleo ad crassitudinem mellis perunges faciem. Obseruent oculos ne irruant medicamina. Purgari autem uentrem oportet ex hac confectione. Coloquintide pulparum ℥.iij. nardi ℥.i. salis ammoniaci ℥.ij. myrrhę ℥ i. epithymi ℥.i. teres diligenter cum aqua cœlesti, & dabis secundum uires: cibos dando leues. Obseruent se a salsamentis, cochleis, leguminibus, & ab omni mala carne, a bubula, & ab omni malorum humorem cibo. Holera autem accipiant apia, & porcadas cum aceto: & panem, et pisces aspratiles, & non meratã potionem. Vomitum ante omnia prouocent ex radicibus post cibos.

Purgentur ex elleboro: & antidotum diæchidnes accipiant, hoc est, ex carnibus uiperarum confectum, sic secundum curationem coctum, nesciẽti in cibo dandum. Magna ista caussa apud medicos de uipera. Inciditur post caput & caudam quatuor digitorum mensura, et medium eius exenteratum, et excoriatum deforis diligenter, lauetur munde, &
D aspergatur sale: deinde perfundatur aceto, & sic in aqua dulci, cum aneto & sale modico cum oleo coquitur simul cum aqua diligenter, sicut mos est anguillarum: & de eis dandum erit. Si initium caussæ fuerit, sic accipiant, & in perpetuum curabuntur. Quibus autem hæc passio inueterauerit, uulnerantur & depannantur uulnera eorum, et putrescunt ut tineæ. Fœnugræci farina cruda aspergendi, et litargyro, et ex cerussa: aut cimolia trita cum aqua modica: et rosaceo perungendi, et loca tuberosa cauterisamus. Ante omnia uulneribus eorum malignis puluerẽ hunc adhibemus. Calcitum assum, cimoliam assam, et similam triticeam ex æquo omnia tunsa, et cribrata. Puluere utendum, et in labijs et in ore, et in auribus ubi fuerint tineæ. Tere puluerem cum melle mixto. Vtendum hoc est ad perungẽda loca, et adhibẽda adiutoria quę supra scripsimus. Ante omnia per singulos annos euacuentur a sanguine, et a uentris solutione, uel omnibus quæ superius scripsimus, ante accessionis tẽpus, hoc est, uerno tempore: ne humor ipse eos penetret, uel occidat.

De Renum caussis. CAP. XL.

ASsidue in renibus passiões uariæ, et longę. Fiunt ergo tumores, collectiões, uulnera, sanguinis eruptio, et calculus. Contingit aũt ex corrupte la, multo coitu, multa equitatiõe, uel uiarũ frequẽti ambulatione, ex pondere, multũ currẽdo, ex uẽtositate, ex frigdore, et frigidũ bibẽdo. Tumor aũt efficitur in renibus, aliquoties in una parte renũ, aliqties in ambabus. Quando multũ extendit, tunc fortius periclitant. Quando præcluduntur ano, et uesica, tunc subito moriunt: et cũ dolore magno nec uentrẽ, nec

urinam reddunt, quia a lapide clauduntur: dolent illis utreq; partes ilio=
rum, cum mingendi difficultate, intus attestāte urina aquata, & mucilen= A
ta qualitate, uel flaua, uiridi uel saniosa, aliquoties sanguinolenta. Post
hanc consequitur & tumor membrorum. & interaneorum tormentum,
cum inflatione ex corruptionibus, atq; cum fastidio cibi ac potus, & arti
culorū frigido torpore, cum grauedine & febre leni, cum frigoribus mo=
dicis, & difficili respiratione, & uertigine, & cholerum uel flegmatū uo=
mitu. Quammaxime fit iuuenibus crescentibus, & in peryodicis passio=
nibus. Collectio fit in renibus, quod apostema, uel apotasin græci di=
cunt. Primo tumescunt: & omnia signa in eis apparent quæ in tumore su=
perius diximus. Quando ex tumore ad collectionē ueniunt, tunc & sto=
machus euertitur cum febribus acutis et nausea, fiunt et cholera et flegma
cum sudoribus. Multoties tarda fit passio, quando in collectione, & a la=
pide clauduntur, et tarde urinam digerunt. Pre tumore collectionum in=
mutatē collectio, uel tumor, et ut saniies erumpit. Tunc omnes dolores fi=
unt, ut aliquoties sanguinem ex renibus mittant: atq; hinc cognoscimus
maturum apostema erepuisse, quando dolore suprascripto paulatim in=
tumescunt, & cum urinæ humor digeritur crassus, ut mellis figura aliquo
ties emittitur, cum ex urinis uulneratio renum fit. Post eruptionem col=
lectiones uariæ medicamine aliquo corroduntur, & urinam digerunt ca=
tamodicam, cum sanierum fluore uelut fęces: est liuida urina, & in ipsis re
nibus morsum sentiunt cum frequenti delectatione urinæ. In ano pri=
mum morsum doloris patiuntur, et reumatismum aliquod fit: & frequen
ter tristantur, & circa peryodicas passiones fiunt sine aliquo sensu: pruri= B
tu, & dolore acutissimo occupantur, & periclitantur ualde: & ipsa occa=
sione contractionem neruorum patiunt, & musculorum duricia uexant:
quando uelocius & plus exercebantur, aut ex equitatione acerba, aut
ex labore plurimo, aut ex uaporatione, uel sanguinis feruore, et urinæ.

Sunt autem signa communia colicis et nephriticis, ut tarde urinā di=
mittant, cum dolore ac tumore: tamen colicis quando digestiones urina=
rum uel uentris habuerint, dimissiones efficiuntur a doloribus: nephriti=
ci uero egestiones & egressiones habent, et dolore non releuantur: quo=
niam coniunctiones ossiū dorso uicinę suut: ideo est passio grauis, et tar=
da. quoniā renes natura musculosi sunt, et nerui se ibi iniecerūt in cauer=
nam eorū quę genitale semen cōtinet. Colica passio accessionē habet, et di
missionē, et nō periculosam passionē, nisi solū intestinorū obtorsione et
tensione et dolore. Nephriticis uero nerui attrahunt, quammaxime in
opere uenereo, sanguinis eruptione. Et in senib. simili modo fit. Et aposte
matū eruptione, fit eruptio uenarū: ut in sanguinis anagogi, et hęmopto=
orū caussis supra scripsimus. Eruptio renū ex uno loco, est emanatio
sanguinis, et uenarū renū eruptura. Senibus aūt ex locis dolentibus de=
scitur, ut sanguinem per uesicā digerant abundanter, et quantitate cal=
culorū urinæ in renibus creantur. Primo arenæ in eisdem creantur, et

C dum non purgatæ fuerint, lapides faciunt magnos. Aliquoties fiunt urinæ lenes & molles & subsolutæ, aut arenarum, quæ rubicundæ fiunt: et hæ multis temporibus digeruntur. Quod si non commoti fuerint a potionibus thermanticis, uel conditis, obdurantur non soluendo, & asperæ efficiuntur, & uariæ figuræ inueniuntur, triangulæ, & quinquangulæ, aliquoties pertusæ: magis autem quando per nimium dolorem crepant, sicut in figura baccarum. Aliquanti dixerunt in renibus non nocere lapides, sed in uerettro, hoc est, in uirga. Quod manifeste probaui uerum. quoniam nõ fiunt in uirga, sed in renibus sibi cohærent, & suffocant uirgam angustia: ac si homini cuidam aliquid in faucibus inhæreat. Nam in renibus creantur, & ibi crescunt, et digeruntur per urinam: & nisi præcesserint urinam, lati efficiuntur, meatũ non habentes de renibus. Aliqui ex uapore renum, & stomacho calido, uel coitu, sine labore eos proijciunt per multa tempora. Significatur autem in renibus factos calculos ex dolore lumborum in costis minoribus, uel in iliorum locis: & infrigidant loca lumborum, uel uerendorum, et curationem spinæ, et iuncturas lumborum usque ad clunes: & digerunt urinę tenues & aquosæ: aut cum multo desyderio sedimina non habentes, crassæ & spissæ deducuntur ex renibus, sicque concluduntur, & ex uentositate non egeruntur. Curationes singulorum oportet nos dicere. Humores autem diligenter siccu-

Cura.

D rare oportet. Primum si ætas permiserit, & uires, sanguinem ex contrario cubito satis auferamus, cooperientes loca dolentia ex lana, & oleo calido. Quod si febres acutę non fuerint, purgari debent ex ihera, quã maxime post flebotomi euacuationem: & post infusiones cataplasmari bus talibus. Rore marino, samsuco, & his similibus. Quod si ista omnia non iuuant, cucurbitarũ cuphas imponimus: et sic scarificentur et infundantur: et iterum cataplasma, et uaporationes, et post hoc cerotaria et emplastra malactica, hoc est, mollitiua: et in nouissimo malagma: et ne ad collectionem ueniant, sed ut tumor spargatur, cataplasmandus erit ex lini semine, et fœnugræci, et hordei polline, adiuncto pollio, ita ut primũ alteæ radices sole coquantur, et abrotanum, et columbinus fimus, fęces resinæ, cum libano, galbano, et oleo rutaceo quantum sufficit: et genus epithimi conficis, et imponis. Quod si magnus fuerit impetus doloris in uesica, oleum calidũ infunde, et uaporiza loca dolentia. Quod si non fuerit necesse ut infuudantur, anodinos trocíscos accipiant, et in accessionis tempore antidotum Mithridatis, aut tyriacam, aut de duobus piperibus, et theostinum: quod dicimus his solis frequentius utendũ. Cibis utilibus utendũ mediocriter: et recentes obseruent. Et calidis potionibus utendum, diureticis, qui omnem dolorem uel tumorem soluant et apostemata. Propinandum ex sparagi radicibus, fœniculi, graminis, cucumeris semen, in aqua ad tertias coctũ, et conditi. Nephritica collectio fit ex tumoribus, ut diximus, qui eruptionem fecerunt, et uulnus inuenerunt. In ipsas partes quæ dolent, uaporationes adhibendæ, infusiones, et cata-

plasmata: leues et diureticæ potiones, quæ exacerbent uulnus, quæ & ca lefaciant reuma & desiccent. Cibentur autem ex sorbitione succorum, & lacte. In dimissione si ad melius uenerint, fricationes totius corporis adhibendę, & his locis dolentibus leues raptus cucurbitæ: & minores carnes & recentes accipiant: & imponant malagma diaspermaton, aut polyarcion, aut diadaphnion, diastorace, galbanum, & uuam passam enucleatam simul tunsam apponant. Et in hac potione diureticis utendum quæ uulnus et urinam extergāt, dauci sperma, petroselinum, myrrham, crocum, amygdalas amaras, et alias potiones nefriticorum. Trocisci crocodes dandi, cū elixatura de myrto uiridi in aqua coctæ. Bethonicam ex mulsa dato, et lac caprinum. Sanguinis eruptio ex renibus fit, quando aliqua uena ex renibus crepuerit, sanguis in uesicam fundit, et ueluturina mingitur sanguis purus cum dolore renum. Adiutoria adhibenda, collectio carnium, et ammoniacum cum libano et myrrha, et accto tritū, in charta inductū, renibus apponendum: et tamdiu ibi sit, donec sponte cadat. Et potum accipiant ex trociscis qui sanguinem cōstringant, uel de adiutorijs hæmoptoicorum. Et his adhibendi aut trosci diacorallion, aut dialectrum, aut diachordon, aut succus arnoglossæ ex pusca. Calculi uero quando in renibus nascuntur, omnem uesicam subtorquent, et procludunt cum dolore magno. Vtendum embroce, hoc est, adinfusione renum, et uaporationibus, et cucurbitarum raptu cum scarificatione: et præparandum antidotum dissoluriuum, hoc est, pertundens lapidē, hoc. Phu 3. ij. saxifragiæ 3. iij. meu, 3. ij. bethonicæ 3. iij. asari 3. I. petroselini 3. ij. piperis tunsi cum melle mixti, dato coclear I. cum apozimа alicuius herbæ diureticæ, ut radices spargi, aut apij.

A — Sanguinis eruptio.

B — Contra lapidem.

DE VESICAE caussa, CAP. XLI.

OMNES caussæ Vesicæ ex renum indignatione fiunt multæ et uariæ: quarum nos oportet singularum caussarum signa docere, uel curarum earum uocabula, sicut & de renibus scribentes docuimus. Vesicæ ergo caussę sunt, tumor, duricia, collectiones, hæmorrogia, trombosis, uulneratio, ptiriasis, striciasis, atonia, almodes, lithiasis, disuria, reumatismus, diabne, stranguiria, scuria. Tumorem uesicæ cognoscimus ex dolore renum atq; genitalium, iliorum, uel clunium, et magis in fine, aut in initio mingitur, attestante etiam earundem partium feruore, et strictura atq; inflatione, cum frequenti libidine mictus, et ipsius urinæ mutata qualitate, ut nō tenuis, sed cū sedimine mucilenta excluatur. Peiorante passione, supradictis augmentis etiam sitis et ugiliæ accedunt, aliquoties ista demingunt, aliquoties catamodicum instillant, aliquoties et collum ipsius uesicæ tumescit. Sic agnoscimus ex omnibus supradictis signis, quæ in nefriticis memorauimus, cum dolore nimio uiris et intestinorum conclusione, ut nulla uentositas excludatur: uicina

Vesicæ Tumor.

C loca contumeſcant concurrentibus febribus ualidiſſimis, ſtomachi euerſione, & uentoſitate uentris, & uomitu, cum perfricatione & uigilijs.

Duricia ueſicę

Duriciam in ueſica agnoſcimus ex feruore atque dolore, aucta duricia, & perſeuerante impedimento mictus, cum inflatione, et tactui noſtro reſiſtente, præ tumore ueſicæ, uel colli, uel fundi, uel duricia cum difficultate intus, & dolore ualidiſſimo. Ex cubito ſanguis emittendus erit ſecundum uires: uel ſi ætas permiſerit, utendum cliſtere qui uentrem deducat. Et ne forte ſquibala procludãtur urinæ per exitũ, aut inteſtina de uicino tumeſcant, mulſa calida & cum oleo quod ſufficit inijciendum: ut ſquibala prouocent, & uentrem deponant. Et pro dolore compeſcendo, adhibeatur oleum ubi coxerit ruta in calida lana tincta. Coöperiãtur ueretrum & coxæ, aut infuſionibus oleorum amaracini, aut ſamſucini: aut ex crocino in lana limpida infundenda loca: & cataplaſmata cõmunia adhibenda ex meliloti floribus, admixto papaueris ſemine tunſo cũ palmulis: ut primo uaporetur ex pectine, & ſic cataplaſmetur, ut diximus. Si creuerit dolor, oleum calidum in ueſicam fundendum, uaporandi pecten & renes: & encathiſmus adhibendus in calda & oleo ubi coxerit melilisfagus, & melilotũ. Quod ſi per multũ tempus manſerit dolor, aut tumor: cucurbita utendum cum ſcarificatione, in renibus ſanguis tollatur mediocriter: & cum faſciola in pectioe, & ilibus, & coxis, & in uicinis locis apponendum. Quod ſi ueſica & anus ſimul intumuerint, et totam urinam non dimittant: uaporationes aſſiduæ adhibendæ, & cataplaſmata circa pectinem: aut ſpongiarum uaporationes ex calda ubi nitrum mittatur, & encathiſmo hydrolei calidi diu ſudent, donec urinam prouocent. Quando in ſanitatem uenerint, cauteriſmum adhibendum, ſicut in chirurgia ſcriptum eſt. In dimiſſione urinæ cum cataplaſmatibus, & cerotarijs, & emplaſtris, & malagmatibus deſiccatiuis, diaſpermaton, aut diameliloto, & alijs ſimilibus quæ conueniunt medicaminibus. Aliquoties non reſiſtente tumore, ex igni ſacro occupatur pecten uſque ad ilia. Adhibenda adiutoria calida, & uaria inſtanter quæ maturent, & eruptionem faciant, ut diſtillatio ſanierum fiat, & ad uulnus ueniant, & ſic curari poſſint. Et potiones diureticæ dandæ, quas in nefriticis diximus.

D

Collectio Veſicæ.

Collectio autem in ueſtica fit poſt tumorem, fitque in ueſica ex arenarũ differentia, ſecundum colorum urinæ qualitates per ueſicam manantes: aut per calculi colores, ut diximus, digeruntur, aut urinæ, cum aſperitate lapidum, uel arenarum. Aliquoties ſub ſanguinolenta urina & ſaniosa: unde ſequitur eos uulneratio. Sic eam agnoſcimus. Ex urinarum liquoribus, et mellis lotura humores cum urina digerunt. Hæmorrogia ueſicæ, hoc eſt, ſanguinis fluxus, fit ex ruptione uenarum, uel collectione, aut ex nimio coitu, ut per urinam ſanguinem mingunt, aliquoties parum, aliquoties ut loturam carnium, cum grauedine lumborum, cum uicinis locis ueſicę, et modicum urinæ difficultatis, aut cat: modicum reddi-

Hæmorrogia

tur, aut ex toto negetur, aut cum urina guttæ ſanguinis cadant, aut ſuper=
natent, ex fricatione corporali. Aliquoties carcerantur, & ſanguis plus A
prouocatur. Quando præ dolore & iracundia clamant, tunc fit urina
acerrima et calida, & hinc trombus proijcitur, hoc eſt, gelatio ſanguinis.
Pro ſanguinis fluxu diligentia adhibenda, ne plus ſanguis irritetur. Sed Trombus.
iſtud iuuat, ut cöoperiãtur pecten, & renes ex ſpongia in puſca, & ibi fa-
ſciantur, ubi pus ipſum remanet, et extenſio fit uenarum, uel neruorum.
Poſt ſpongiam adhibenda erit lana ſuccida, ut intingatur in uino & o-
leo roſeo, & ſuperfaſciando utiliſſimum: & ſi ætas permiſerit, ſanguis ex
brachio tollendus eſt: & collectica adhibenda, quæ ſanguinem conſtrin=
gant in renibus: ſicut in nefriticis iam diximus: & cucurbitarum raptus
circa uicina loca, & in cruribus, & in coxis ponendi. Potanda autẽ erunt
ſimpliciter compoſita, quæ in ſanguinis ſputo, uel uomitu ſupra ſcripſi-
mus. Conuenit & epithima, & enema, et encathiſma conſtrictiua, quæ in
dyſentericis ſcripſimus: ut conſtringantur.

Tromboſis ueſicæ fit poſt ſanguinis eruptionem, ut ſanguinis fru=
ſta proijciant, cum impedimento mictus. Iacere debent immobiles: et Tromboſis.
ſilentium habeant, ut non corpora moueant, et non cancellent. Et ſi ætas
permiſerit, uel uires, flebotoment: et cuſæ circa uicina loca, circa perito=
neon pectinem et renes: et lana ſuccida cum puſca in ea loca ponenda.
Quod ſi trombi aliquid humoris in ueſica manſerit, puſcam bibendum
dato, et radices coctas comedant, et ſalſamenta cum oxymelle: et foris ca
taplaſmata adhibenda, quæ reuma, hoc eſt, humorẽ abundantem ex ue= B
ſica prouocent. Et uaporationes pectini, et peritoneo apponant, et in a=
lia loca quæ condolent, atq; ad renes: quammaxime, quando eos urina
delectauerit, in ipſo impetu adhibendæ: et diligenter curentur ex embro=
cis, hoc eſt, infuſionibus olei roſei, cum uino calido, intincta lana ſucci-
da, et alia infuſione de ſpongia intincta in uino calido uaporandum, et
oxyrhodinum calidum ſpinali intinctum, imponendum frequenter.

Vulneratio ueſicæ fit poſt ſanguinis emiſſionem, uel tromboſim. Vri Vulneratio.
nam reddunt ſanguinolentam et ſanioſam, cum uarijs liquoribus et ſœ-
toribus, aut uelut loturam narium: et uulnera procedunt. Signa in eis ſic
apparent. In exitu urinæ ſentiunt morſum, in ipſo meatu etiam urinæ,
quæ ſignificant uulnus eſſe cum dolore uicinarum parrium. Quibus fo-
ris epithymata erunt imponenda, et encathiſma ad uulnus expurgandũ.
Cibi utiliſſimi dandi, dulces, conſtrictiui, et potiones ſimiliter, et inducti-
ones a foris ueretrorum. Et inijciendum per ueretri collum, lac, aut om=
cinum, aut diaquilon ſolutum, et roſaceum multum, aut tetrapharma=
m, diacaſmias cum roſacco ſolutum, ut liquidum fiat, ut celerius per-
nſeat ueretrum, aut uirgam. Et fomentum, uel uaporationes adhiben=
ex mali coriorum decoctione, et folijs oliuarum coctis ſimul, et ſpon=
uaporatio. Et poſt hoc oxymelle ex uino inijciendum tepidum, ut
imus per ueretrum, propter cicatricem iungendam: & foris cataplaſ

C matibus utendum constrictiuis, uel desiccatiuis: ut est, caricæ coctæ in mulsa tunsæ apponendæ pectini, et ad loca dolentia: et simplicis uirtutis medicamẽ iniiciendum. Quod si in uulneratione sanguis se iterum emiserit, cataplasmate utendum ex corio granatorum. Tamaricis turiones, uel myrti coctos in aqua proiicis, & addis in ipsam elixaturam, dactylos tunsos cum polenta. Cataplasmato pectinem, & renes, aut in pusca cocta similia. Et iniicienda per anum constrictiua: ut rubi succus, aut gallarum decoctio, aut balaustium, aut hippoquistidos. Similiter & potiones ex eorum substantia adhibendæ frigidarum uirtutium, ut sunt dactylorum, & citoniorũ. Apozima quoq; potandũ, & potio danda ad omnia uulnera uesicæ. Nucleos. xxx. amygdalarum, aut dactylorũ xv. draganti 3. iiii. tundis simul, & das 3. ii. cum calda ubi coxerit myrtus uiridis: & trocisca riis potato ad uesicæ, uel renum caussas ptinentibus. His q̃ abun

Ptiriasis. de & ptiriasis efficitur, hoc est, furfura in urinis. Id cognoscimus ex urinæ densitate, cũ pondere, ueluti uesiculis sordidis, & sedimine muccilento a corpusculis auro similibus, attestante dolore cum quadam suauitate pruritus in uulua, ac folliculo, uel proximis locis. Mulieribus autem cõtingit in pube pudendorũ, quod hysterigomata dicunt, hoc est, pennas. Fiunt ex his cauearum uesicę uulnerationes, modico cum dolore, & pruritu, & tensione uerendorum. Vaporationes renum, uel pectinis adhi-

D bendæ, & potiones catarticæ quæ eos extergant. In cibis, uel potionibus utantur dulcioribus, ut uesicam extergant, & lac bibant, uel eo cibentur. Et antidotum diureticum, & cucumeris semẽ, & amygdalas amaras coctas in mulsa potum dato, & elixaturas diureticas de herbarũ radicibus, & condita nefritica in accessionis tempore. Quando urinã faciunt, pruritum patiuntur in acumine, & pectine, & in orificio ani. Dulcia ut diximus, comedant, & adiecto in uino dulce coctum propinato: & uirgæ iniicienda initio fici elixatura, aut apii, aut melanthii, aut sileleos, aut cum melle, aut oleo modico mixtum iniice. Holera autem comedant, et pisces aspratiles, carnes molles, uolatilia: exercitatione, & deambulatione secundum tempus, fricationibus, & cibis resumptiuis utantur: & ab iracundia & a uocibus se obseruent.

Striciasis. Striciasis est, quibus capilli in uesica fiunt, et neruorum frigdores, uel humorũ infusiones rumpuntur, et capillos faciunt. Hos cognoscimus. Cum dolore fiunt punctiones ex alto uenientes, cum capillorũ mictu, et tensione inguinum, uel genitaliũ, cum grauedine, et morsu in uesica. Vaporationibus, encathismatibus, & epithymatibus utendum, & exercitationibus plurimis, & fricationibus multũ utendum, & natationibus in aquis naturalibus: & potionibus ex bitumine & myrrha. In dimissione

Atonia. similium potionibus. Atoniam agnoscimus, ex mictu difficili, atq; conatu ægrotantis: sine dolore urinam reddunt, aut præter uoluntatem dormiunt. Renes & pectines ungantur ex acopis thermanticis, & oxymelle; aut omfacomelle bibant, cum apozimo de myrto uiridi.

Almodes in uesica sunt arenę, quas agnoscimus ex mictus difficultate,
& semine rubicundo: & cum eã urinam colauerimus per linteum, in fun=
do arenosa sedimina inuenimus, aut lapides minutos, cum dolore &
grauedine renũ, & uesicæ difficultate: quæ magno conatu & pruritu ue=
tri exeunt, ut id manibus attrectent. Nascuntur ex indigestione ci=
borum, quam maxime ex aqua turbida & sediminosa bibita. Quæ si non
purgata fuerit, ut per urinam ipsæ arenæ digerantur, calculum faciunt.
Curationes autem ut calculosis adhibendæ, sicuti supra docuimus. Li=
thiriases, id est, calculosos in uesica sic agnoscimus. Lapis generat in uesi=
ca cum grauedine eiusdem & pruritu, mictus item difficultate, aut in to=
to abstinentia, cum uehementis doloris interpellatione testium, aut ni=
mia tensione, plærisq; longâonis, cum frequenti uentositate: ac si supini
iacuerint ægrotantes. Ipsa quoq; urina uaria, cum sedimine emittitur,
nunc carnosa, nunc frustis subliuidiorib. aut sanguinolentis confusam e=
gerũt. Lapides in uesica sentiunt, quando testes dolẽt, uel infrigidant, ut
uirgã quoq; differant. Lapis hic per chirurgię rationẽ extrahẽdus, quo
urinæ denegatum officium aperiatur, seu mictus difficultas. Quæ inter se
differunt. Nam negatum officium urinæ in totum abstinentiam signifi=
cat: Difficultas autem mictus, ex qua ratione sui impedimentum fecerit.
Et quia diuersa fit generatio lapidum, ideo non uno genere egeruntur.
Sunt rotundi, diuersæ magnitudinis, aut longi, rubei, subalbidi, liuidi, an
gulosi, sunt & asperi & lenes. Quotquot ergo diuersitates habent, tot &
tam diuersas egestiones per uesicam.

Mictus difficultatem medebimur sic. In ipsa accessione doloris uapora
tionibus utendum: ex furfuribus in pusca coctis, saccellamus pectinem
& renes, & cum fricatione acopi thermantici. Si febres non fuerint, bal=
neis utantur.

Quod si fibrescunt, fricatione utendum ex acopis, & uinũ dulce pro=
pinandum mediocriter: & nucleos conditos comedant, & cucumeris se=
men & papaueris semen: aut piper tritum, ex mulsa potui dato, ut per u=
rinam lapides digerant: & uaporationibus utendum, & saccellis cum sa=
le. Encathismate, hydrolea, & cerotarijs thermanticis, & malagmatis &
uaporatione circa pectinem, peritoneum, & renes, ex oleo anetino, & in=
iectione ex oleo dulci, ubi coxerit anetum, fœnugræcum, semen lini, et
altea iniicienda. Et cibis diureticis utendum.

Quando uenerint lapides in uesicæ collum, aut in uirgam: tunc plu=
rimum ab urina suffocantur, quoniam occluditur collum foraminis uesi=
cę, et urinam non dimittũt. Quibus chirurgia adhibẽda erit, ut ex incisio=
nis opera urinæ et lapides exeant. Quibus danda erit mulsa primum:
et clistere iniiciatur, propter squibalas per singulos dies. Et quia squi=
balarum duricia, & uesicæ collum suffocantur, & urinam non di=
mittunt, et lapides et arenas continent, et exasperationes accipiunt,
eis diuretica, melanthij elixaturam, flomum, silfium, aristolochiam,

C petroselini semen, et meu: uinum ex his in aqua coctum dato potandum. Omnibus tunsis, ex eis in unum cum melle mixtis, dato coclear unum ex condito: si febrit, ex mulsa: si non febrit, ex condito in balneo dabis in solio: & diu ibi sedeat ut sudet. Post uaporationes omnes, diureticae potiones calculosis dandae, quae & calculos frangant, & arenam minuant, ac per urinas digerant. Quammaxime ex cirenaico opio, hoc est, lasere constrictum cum condito dandum, ut superius diximus: aut cum mulsa soluant. Ac potione ex duorum lapidum confectione utantur, quae conficitur ex lapide qui inuenitur unus in uesica porcina masculi, & alius in uesica porcina feminae, si adiungatur cum hac confectione quae dicitur lapidem pertundens, quae in unum conficitur sic. Herba betonica, petroselinum, phu, meu, nardostatios, daucum creticum, asarum, acorum, ana ÷ ij. saxifragiae ÷ iij. piper ÷ ij. sic & lapides supradicti, aut similiter lapides qui per uesicam hominum cum urina prouocantur ex uiris & ex mulieribus: simul omnia tunsa, adiecto melle reponuntur, in dolio plumbeo, & quando opus fuerit potum dato 3.1. si febrit ex mulsa, si nō febrit, ex condito nephritico, uel diuretico omnia dato, cum elixatura de radicibus herbarum diureticarum, aut sparagorum, aut apij, foeniculi, graminis, & aliarum similium.

Ad calculum.

Disuria. Disuria uesicae, est tarda urinarum digestio, D quae operose sequit. Constringitur uesica aut ex frigdore, aut ex tumore aliquo, aut ex arenae collectione. Et concluditur orificium uesicae ex calculis minoribus, ut urinam de praesenti non digerant, sed per multas horas.

Stranguria. Stranguria, est proclusio uesicae, ut catamodica destillatione urinā non dimittat. Fit ex supradictis caussis, calculorum proclusione cum dolore magno, & cum pruritu, & grauedine uerendorum.

Scuria. Scuria autē est suffocatio uesicae, ut omnino urina denegetur, uel uentris officium, ut et ipsa uesica contorqueatur, ominum uenarum partium dolore: & tumor in pectine reperitur, & periculum infert. Hos iubemus flebotomari, & omnia adiutoria illis adhiberi, quae in calculis scribentes docuimus adhibendum, & dysenteriae.

Reumatismus. Reumatismus uesicae fit ex frigido potu, uel ex frigdore, cum frequenti mictu, & prurigine: & urinam frigidam digerunt cum frigdore uerendorum & clunium. Curentur ex thermanticis unctionibus: id est, ex betonica: & piper, & mulsa dandum in balneo.

Diabne. Diabne est uesicę, & urinarum frequens dimissio: ut quantum acceperint, facile per urinam labatur. In quantitate ciborum insatiabilium uexantur, & mox acceptum potum statim per urinam reddunt, torporis attestante macie, atq; pallore. Thermanticis curandi unctionibus, uel potionibus, sicut iam in reumatismo uesicae scripsimus: & cum costo in calda bibant. Cancros fluuiales tritos, & cum uino potui dato ieiuno, aut uesicam scrofinā assam, tritam, simpliciter dato.

DE VERETRI caussis.
CAP. XLII.

A

GONORHIA est passio uesicæ, cum ueretrum seminis lapsu
uexatur creberrime sine ulla tinctione, uesica quoq; attestante,
cum pallore corporis ac macie. Hæc passio maxime fit uiris, & mulieri-
bus sęuissime & turpe ualde, ut nesciant quomodo genitale semen dimit-
tant. Cum enim patitur seminalis meatus, non possunt continere substan
tiam seminis præ debilitatione: & diffundunt urinam tenuem, rubicun-
dam et acerrimam, et aquosum semen, et humorem multum frequenter.
Tempore incerto sponte proijciunt, non tardantes post unam diffusio-
nem cum morsu factam. Aliquoties autem purgatur corpus: & expurga
ti debiles fiunt ad usum uenereum: uel corporis sequitur lassitudo, fastidi
um, malfactio, gracilitas, et im̃obilitas corporis. Quod si diligentiã non
adhibeant, morientur: aliquanti silentio utentes, & per negligentiã præ-
occupati passione, & non adhibentes curas, deficiunt in passione. Quan-
do exagitati fuerint a frigdore, & a labore circa coxarum loca, et labori-
bus super laborem itineris, aut ex coitu, aut ex uinolentia multa, aut ex sa-
tyriasi, aut ex uesicæ frigdore, aut urinarum multa conclusione, uentosita
tẽ non egerentes per exitum, seminis foramina obcluduntur. Cura aũt B
eorum inuenitur sicut reumatizantibus. Circa coxas, & in pectine coope
riantur ex lana succida, infusa in oleo roseo, aut lentiscino, aut anerino, aut
alijs similibus: & epithymo utendum simili substantia facio. Post ho-
ras proiectionis molliter facto hydropace utantur, & deductione totius
corporis. Abstineant se ab iracundia, a uocibus: & confectionibus epi-
thymatum utendum, quammaxime quæ constringant: ut est epithymũ
diaurantes. Iuuant post hoc inductiones paruę: in nouissimo diadaphni-
don ex lauro uiridi, quo refrigescat corpus. Quod si uires perman-
serint, infrigidandi natent in aquis naturalibus, in alueolis tiliæ. Et potio-
nes dandæ simplices, confectæ ex castoreo. solum potatum probatissimũ
est. Aliquanti autem erucam bibant, ad mansionem, & quiescant: & coi-
tum exerceant cum fœmina, aut cum ipsa primo coniaceãt, ut nullus ibi
uirorum aliquis, sit præter uerecundiam. Et bibant medicamina mithri-
datis cum confectione escarũ. Quod si febrierint, de lenibus adiutorijs,
uel cibis iuuentur. Oleribus, & carnibus leuioribus et digestibilioribus
utantur, & encathismatibus stipticis: sicut in reumatismo uesicæ dixi-
mus.. Perungi debet autem ueretrum, & lumbi, & pectines, ex agaria,
hippoquistide, papauere: & purificatione purissima circa lumbos uten-
dum: & cibis constrictibilibus ex aceto confectis, & lecto durissime stra-
to. Et lana lota circa renes, hoc est, in lumbos, apponenda, ut ex frigdore
lumbi frigescãt, et glutinet̃ digestio seminis: et hi sicut athletę opus exerce
ant, et sic cöeant. nam læduntũ quãdo se molliter agent. Et exercitationẽ o-
mnẽ iubeo adhibendã, cibis teneris utẽdo, unguentis aromaticis, hoc est,
odoriferis: et mulieres ualde pulchras inspiciãt, qui uenerem interritent

C suauissime. Cibis ideo utendum desiccatiuis, ut diximus, ex nimia pudendorum tensione cum dolore atque feruore & pruritu, cum modica uentris appetentia, ac pulsu cerebri & anhelitu, cum creberrima respiratione. Hæc passio turpissima & periculosa. Satyriasis. Satyriasis aũt est appetitus ad res uenereas incessanter, cum erectione ueretri fortissima & turpissima. Aliquoties accidit cum iactu seminis, cum tensione neruorum & tremore, et quando explicant, sperma dare uix possunt, cum defectu et periculo. Curentur sic, ut insanæ partes fricentur, cum frequenti exercitatione, & alijs quæ in gonorhria diximus. Abstineant a cibis calidis, & odoriferis, & pinguibus carnibus, & a uino multo, & a lacte, & ab ouis similiter omnibus. Vnde satyriasis dicta est, quod sint deorum satyrorum similes, quos nimium pronos in uenerem fama uulgauit. Priapismus. Priapismus est pudẽdorum erectio cum sensu nimio, plurimo tempore perseuerans, nulloque satis aucta periculo, ueluti in satyriasi: unde est passio. Sed habent in se distãtias: quod satyriasis est perfecta res uenerea, et fit uirga marcida: in priapismo & ante operationem & post rem uenercam erecta uirga permanet. Cura autem, uel obseruatio eorum adhibenda est ut in satyriasi diximus, de operatione earum partium, quæ impossibiles in rebus uenereis fiunt, ex debilitate neruorum. Eos apprehendimus ex solito motu corporis pigrescendi atque exercitandi facillima fatigatione, attestante grauedine omnium membrorum, cum impedimento digestionis,

D & fastidio cibi, atque parua iracundia, sudoris facili laxamento, et aquæ potandæ incommoditate: ac si aliquis se motui uehementi ægrotans dederit, cremari interius sentit, et omnium sensuum obtunsione confunditur. In usu etiam uenereo difficilis est in ipso usu, atque seminis iactu non facile celebris. Non affectantes, neque perficientes opus uenereum. nam dum patiuntur, aliquoties impetũ faciunt, et debiles ibi fiunt, et deficiunt sine operatione seminis. Quammaxime contingit senioribus, qui cupiunt adire mulieres, & si ætatem uideant, non possunt cõmisceri, quammaxime puellis: impossibilis enim est illis uirtus ad operandum coitum. Sicut infantes, sic tædent, & deficiunt. Exercitari autem debent, & fricari insanæ partes, & ungi: et lumbi unguento ungantur, quod morsum præstet & titillationem. Ex pipere, nitro, & euforbio fricentur loca fortius. Escas autem accipiant calidæ naturæ, et uinum odoriferum, & mulsam. Et olus comedendum conuenit, porri, erucæ, bulbi, portulacæ. Et bibendum dato piper, & erucæ semen, ex æquo tritum, cum uino confectum, & similes uirtutes quæ uiros ad ueneris prouocent desyderium: et dormentes somnient, et complectantur pulchras mulieres, ut primo eas aspiciant: et lectionem legant amorum, sicut inscripserunt Amphipolitus, Philippus, et Acistidos, et similes fabulæ dandæ. Vtilissimũ lac bubulum bibendum, et ad masnionem calidis unguentis unguntur: id est, lauri baccis, rutæ semine, sulphure uiuo, nasturcij semine, fimo columbino, pipere, sale, cæra, terebintina, singulis olei ueteris lib. ij. omni-

bus mixtis, ungantur loca suprascripta: et trociscos, et potiones sumat ad
id conuenientes. A

De Veretri caussa in orificio ani.

CAP. XLIII.

IN ANO multę fiunt caussæ. Aut condilomata, hoc est, glandulæ:
acrocordines, id est, uerrucæ, uel potius diuersorũ generum, magni- Caussæ ani.
tudine granorum, uel pisæ, aut fabæ. Aliquoties & nuci similes fiunt ra-
gadiæ: aliquoties tumor eminens, ut ipsum orificium claudere uideatur.
Pro his omnibus tumoribus adhibendũ erit hoc. Mortariolum facis
ex molli cum pistillo suo, et mittis ibi olei rosei partes .ij. et uini boni par-
tem .i. simul diu terantur, ut unum corpus fiant in modũ ceroti spissum:
et loca tuberosa, uel granorum similia, uel condilomata ad mansionem
perunges, ita ut primo uaporationem adhibeas ex calda, ubi coxerit aut
lini semen, aut fenugræcũ, aut altea. Primo uaporabis orificiũ, et spon-
gia cum calda suprascripta extergis: et dum calet, de ipso mortariolo per-
unges ad mansionem. Quod si magnus fuerit tumor in orificio, ut id
claudat cum feruore: oui assi medium durum teres cum rosaceo, et uino
modico, ut spissum fiat: unges ad mansionem. Quod si ragadia, uel
scabies ani fuerit, oleo roseo cum oui albumine ex æquo trito, hoc est, be
ne commixto, ungito loca. Quod si collectio fuerit ibi, et excrepuerit:
emplastrum diabsimitium apponendum. Quod si fistulauerit: insi-
bilandum erit, aut iniiciendum sicut in chirrurgicis scripsimus. Caussæ B
ani, indecoro, hoc est, turpissimo cũ dolore, uel põdere, longo tempore,
uel frigdore non curatæ procedunt: et non solum ipse tumescit, uerum
etiam et uicina loca compatiuntur, et ueretri uulnera exinde fiunt mali-
gna, et inmunda ut feces: tales sordes, et ipsas immundicias non curanti-
bus, uel non extergentibus, neq; sollicitudine medici diligentius fouen-
do uel extergendo, nõ curando, uel inspiciendo, uel nõ uocando ueteres
medicos incisores ut incidant: uel nõ cõmonentibus inspicere stercorum
fimos, uel fœtores diligentissime in passione ani. Curantur autem per
stercorum eiectiones, uel urinarum sedimina, similiter & uulnerum gra- Cura.
ues liquores, humorum, sanierum uel sanguinum, operationes ut habe-
antur. Vnde & nos supradictas has colorum, uel uulnerum sordes in-
spicere, palpare, uel extergere non pigeat: quoniam & eorum sordes, uel
per urinam immundicias tractantes, uel operantes, ad salutis portũ cum
magna uictoria pertingemus, ut cum laborantibus uere ad saluus pal-
mæ uictoriam curramus. Quod si negligentes, aut turpia supradicta cõ-
temnamus, uel diligentiam nõ adhibeamus, diffamationis locũ incurri-
mus, ut læsus infirmus & uulneratus pereat. Ergo ui diligentia debent
pro caussa ani operatione medicinæ, & uaporationẽ spongiarum appo-
nendo ad casum, uel tumorem eius: ut supini iaceant in lectulo patientes:
ex spongia tenera, uel lana molli, post uaporationem ex calda ubi coxe-
rit aut malua, aut lini semen, aut fenugræci uaporando, ut dixi: & post

C hoc apponendo ut dixi ſpongiam teneram, uel lanam mollem, & ſuper
ligando. Quod ſi ſæpius procedit: cyclamini elixatura, aut ellebori fo-
mentandus, & granati ſucco, aut ſenticis perungendus: & cochleis cum
teſtis ſuis combuſtis & tunſis, cinis earum ſpargitur ſuper anum caden-
tem. Item ſenticis turiones, granatorum coria, arnogloſſæ folia, turiones
pampini, lenticulæ modicum, omnia in unum cocta in uino auſtero, fo-
uendus anus, & eo puluere ſpargendus. Baulauſtiam, hoc eſt, centifoliū,
& corium granati tundis ſimul: aluminis ſciſſi, agatiæ, croci modice tun-
ſa; in unum cōmixta, puluis apponendus, ita ut primo fomentetur ex ui-
no ubi coxerint herbæ ſupraſcriptę, & ſic puluere ſpargendus. Curan-
tur etiam ex encathiſmatibus & epithymatibus conſtrictiuæ ſubſtantiæ,
ſicut multoties iam diximus. Cibis autem conſtrictiuis utantur, & po-
tionibus ſimiliter, cum ijs quæ non prouocent, & iniectionibus conſtri-
ctiuis, et fricatione lumborum et coxarum fortiſſima, cum quadam leni-
tate unguenti. Exercitentur ſecundum uires, ex lauatione aquarum. Ci-
bis qui uentrem non conſtringant, aut iniectionibus ſimiliter, & omni-
bus alijs æqualem habentibus uirtutem utantur.

De Sciaticis. CAP. XLIIII.

EX QVIBVS Sciaticum apprehendis? Primum ex ipſo do-
lore oſſium: eo q de coſtis deſcendat uertebra ex ueſicæ compagi-
ne, atteſtante formidabili corpore, cum grauedine, difficultateq; mo-
D tus. De his uehemens dolor, cum punctione & feruore, deſcendens ex
inguine, & ſura, uel tibia ad talium, cum ueſtigijs pedū. Quæ etiam nu-
trimento eius clunis tenuitas conſequitur, incipiens a coxa, uſq; ad femur,
ad genu, & tibiam, & ſuram, & plantam. Si inueterauerit per tempora,
Cura. claudi efficiuntur, & læſi turpes fiunt. Diligentia patientibus adhi-
benda, & primum infuſiones, & calidæ uaporationes & fricationes mi-
niſtrandæ. Cataplaſmatibus, & cucurbitis circa coxas utantur, & diſtere
acerrimo, & non parum deponant. Sudent multum. Iuuant & uapora-
tiones ſpongiarum, aut ſaccelli ex ſalibus, & ueſica oleo calido plena, &
aliarum ſimilium uirtutum. Poſt uaporationes ungantur ex acopis acer-
rimis: in ſole diu multum fricentur. Vtendum exercitatione. Dein ſcari-
ficationibus acerrimis. Fricatio autem fiat diutiſſima ex pice liquida cum
oleo ſicionio, alöe, &, caſſia: oppopanace & adarce ſimiliter ungatur.
Aliquoties ſecundū tempus curari debent. Quammaxime quando paſ-
ſio inueterauerit, utendum hydropace, & ſinapiſmo, & mordacibus me-
dicamentibus. Et cauterio ſecundum loca utamur in eadem coxa ubi uer-
Experimentum auctoris. titur. Curare autem oportet ex acopis & malagmatibus acerrimis, &
emplaſtris deſiccatiuis, quæ probata experti ſumus.

De Scialgicis. CAP. XLV.

SCIALGICI ſunt qui in lumbis dolent. Ex utraq; coxa ſurgit do-
lor uſq; ad femora, & genua, & tibias. Aliquanti coxas uocant: qm̄

ſigna dolorũ per coxas diſcurrunt, & ex coxa lumbi dolent. Quamma‑ A
xime infixus morabitur dolor, ubi uertebras incidit, uel reſidet ſecundũ
naturam. Curantur iſti ex infuſionibus, & uaporationibus, & cata‑ Cura.
plaſmatibus quæ prodeſſe ſciaticis diximus. Quammaxime uertigiorũ
uenæ incidendæ circa digitũ puſillum pedis. Et unctiones ex acopis lum
bis adhibendæ ex ſale, nitro, ſulphure, & ſimili ſubſtantia utendum: &
fricatione ad ſolem & in balneo circa loca ſciaticis præſcripta. Scialgicos
item appræhendimus ex clunium difficultate, ut uix ſe incuruent, atq;
tardius, cum uehementi dolore: ita ut uix erigere ſe poſſit ægrotans. Plæ‑
roſq; etiam earum partium contractus ſequitur. Cuſæ in utriſq; parti‑
bus coxarũ imponendæ, uel unguenta, uel omnia adiutoria quæ de ſcia‑
ticis diximus.

De Artriticis. CAP. XLVI.

FIVNT Artritici in omni corporis parte, ſcilicet articulorũ, digi
torũ ſiue manuũ, ſiue pedũ, ſiue omnium cõmiſſurarũ, ſiue nodo‑
rum ſpinæ, ſiue iugulorũ, ſiue iuncturæ oſſiũ, ſiue ex longa podagra. Fit
ex humorib. frigidis. Aliquoties & uulnera faciunt cũ lapidib. Quam‑
maxime irritantur loca dolentia ex temporum qualitate, ſcilicet ueruo,
autumno, & hyeme. Silentium & his adhibendum uſq; in tertium di‑
em, uſq; quo uires permanſerint. Spongia tenera in puſca tincta ſecundũ
uires, ſi eſt æſtas, in frigida, ſi hyems, in calida his ponenda. Sed primo
apponenda eſt ſicca locis dolentibus. Primo mittis adiutoria, quæ come‑ B.
dant, hoc eſt, morſum præſtent, ut acetum: & oleo fricanda loca ex uino,
quod abſumat. Aut hi ſæpius cũ aqua frigida ſoluto pane cataplaſman‑
di, aut ſtrigno, aut arnogloſſa, aut polygano, aut uitis turionibus, aut co‑
liandro, aut pulicaria, aut ſemperuiua, aut papaueris folijs, aut intybo cũ
medulla panis: & horum ſimilibus utendum. Ad iungendum, conſtri‑
ctiuum oleum roſinum, aut lentiſcinum, aut citonium apponendum lo‑
cis dolentibus: & cum papauere & polenta cataplaſmato, & lenticula
multa, & bulbis, cũ melle & hyoſcyami folijs, aut radicibus eius cum ſto‑
race, & lilij radicibus, & hyacintho, & marrubio cum ſale & caſeo recen‑
te, & asbeſto, et nitro cum porcino adipe uetere, et roſaceo, & ſimilẽ uir‑
tutem habentium. In acceſſionis tempore, coöperienda loca ex munda
lana, & infundendum ex oleo dulci calidum, ubi coxerit in aqua altea,
fenugræcum, lini ſemẽ, & calamite. Quod ſi fortiſſimus increpuerit do‑
lor, flebotomia adhibenda, ſi tempus & ætas permiſerit, ad partem bra‑
chij ubi paruus eſt dolor, inde ſanguis emittendus eſt. Et fricationibus
calaſticis utendũ. Et cibo humaniore, molli, ſimplici, digeſtibili, calido.
Et per uentrem deducendum ex ſolutione confecta: & in locis ubi cucur‑
bitarum ſcarificatio operari non poteſt, ſanguiſugæ apponendæ. Sed ta‑
men ſcariſicentur in locis dolentibus. Quod ſi morſum fecerint ſangui‑
ſugæ, uaporationes adhibito: & poſt hoc fomentationes ex aqua calida
ſolutiua, & oleo, ubi coxerit fenugræcum, lini ſemen, maluæ agreſtes: &

C sic cataplasma paragoritam habens uirtutem: quo uis doloris & tumoris marcescat. Item panem infusum cum rosaceo tritum, cum simplicium radicibus, aut altea cocta bene, & alias similes uirtutes & uaporationes. Si id meliorauerit, balneis utantur, & uaporibus, cibis & potibus aquatis, cum auersione morbi, & cerotarijs, & dulci oleo, & cyprino: & ex adipibus: & malagmate diaquilon, fenugræco, aut ex oleo. Agitetur uectationib. uel deambulationib. nudis pedibus, et obseruatiōibus a uino multo, & ab indigestione, & a uenere: quoniam exinde irritantur nerui, acerrimātur, & reumatizātur. In hac passione in initio mediocria adhibenda adiutoria, mordacia circa accessionem, in statu mollitiua: in dimissionibus fortissima, & diutissimæ uirtuos. Circa frigidissima, mordacia, & igne acerrima inducta fiant diuersa. Sapientissimus sermo hoc iussit, in omnibus tumoribus frigidis, contra frigida calidis, contra humida siccis, contra sicca humidis uti. Mirabile contra podagricos dixerunt, pedū porcinorum adipes. Si ragadias habuerint, caprinas aluos, cerotaria, & cinerem mustelarum facere attestantur. Similiter & podagricos ungi iubemus ex adipe genæ lupi, cum cerotura. His contra omnium articulorum, uel podagricorum cerotaria, utendum diafricon emplastro, quod ex bulbis conficitur, per singulos annos necessarium medicamentū: conficis & antidotum artriticeum. Contra omnes articulorum, uel podagricorum caussas hoc unguentum, siue emplastrum diligenter adhibeto.

Not.

D In dimissione fortissimum adiutorium deambulatio, cum exercitatione. Sed in ipsa accessione fricatio adhibenda: & lauacris utantur. Adhibendi in dimissione & cibi uarij, mediocres, uinum paruum & lene. Post cibos dropacem simplicem, & medicamentum paroptesum, & uaporationes solis, & pullorum calidorum circa maris areoas, & simpasmata, & nitrum, adarces, euforbium, & his similia adhibere sæpius diximus: & unguenta, uel acopa ex squilla, & cucumeris agrestis radices, & euforbium, adarces, et malagma dialoen, aut diarcina, aut diadaphnidon, aut diastacte, & similium confectionum: & ex radicibus uomitum, & ex elleboro purgationes: & decoctiones artemisiæ herbæ. Et in aqua marina calida natent, aut in salsa naturali aqua calida, aut frigida in æstate. Quales sunt aquæ in Italia: in ipsis reficiantur. Quando exacerbata fuerit passio, leniora adiutoria adhiberi ex acerbatione doloris poterunt.

DE PODAGRA.

CAP. XLVII.

A PEDVM dolore nomē accæpit Podagra: quemadmodum Artriticus ab articulorum dolore nomen accæpit. Podagricos appræhendimus, ex tardo dolore pedum, inchōante a maiore digito, id est, a pollice, aut uestigio, aut capite plantæ. Aliquando cum immutatione a naturali colore: aliquando cum rubore, & inflammatione, attestante dolore, aut frigido turbore. Podagrarum genera sunt duo, calida,

& frigida : quæ ſic cognoſcimus. Calida podagra eſt, quæ cum tumore, & rubore uenit. Frigida podagra eſt ſine tumore, ſeruans naturalem colorem cum uehementi dolore. Quibus medebimur ſic. Contra calidam Podagram frigidis adiutorijs medemur, contra frigidam calidis. A

A pedũ dolore (ut dixi) nomen accæpit podagra, ſicut ab articulis artritica, hoc eſt, commiſſura totius corporis. Nam uicinam paſſionem hac ſuſpitione credimus curari, cum hæ paſſiones ſeneſcunt. Poſſunt enĩ medelæ adiutorium habere, amputari autem nõ poſſunt. quoniã omnium paſſionum plus chronica, hoc eſt, multum longa, quammaxime periculoſa et grauis eſt frig. quæ & uulnera, et lapides: creat: et maximis doloribus irritati podagrici laſſi fiunt, uel exacerbantur: & ne diutius fatigentur, calidis in ætatibus inuenimus iuuenibus ſactum beneficium, & adiutorium ſentiunt. Oportet ergo cognoſcere dolorum loca: quoniam incipit dolor a maiore digito, & planta, & calcaneo. Ab uno pede incipiens dolor, aliquoties ſua ſponte recedit, aliquoties in anno ſemel, aliquoties ſecundo exacerbatur, non ſolum uno mẽbro, uerũ etiam & per totum corpus. Vnde a uino, ab uſu uenereo, a carnibus & leguminibus uetuſtioribus ceſſent, ab iracundia, triſticia, & indigeſtione omnium. Ante omnia habeant exercitationem tenuiſſimam. Vtendum tenuibus cibis. Et in dimiſſione uomitus prouocetur. Radicibus utendum, & fricatione, exercitatione, & deambulationibus pedum in arena calida.

Quod ſi in pede uno fuerit dolor magnus cũ tumore & rubore, ſi uires uel ætas permiſerint et tempus, ex alio brachio ubi dolor nõ eſt, flebotoment: & poſt ſex dies uentrem purgent, & dropace utantur, & ſinapiſmo, & unguento ex oleo ſicionio, & alijs ſimilibus. Puluere deſiccatiuo commixto ſoluendum. Lauacro item utendum in ſole, & aceto ungendum. Initio paſſionis podagricorum adhibenda bene digeſtibilis, & parua commixtio, & aquoſæ potiones. A uenere abſtinendum conuenit, & ab unctionibus acerrimis, & a manuum operationibus. Fricentur quantum ferre poſſunt, & nudis pedibus gradiantur: & uentres illis ſoluantur, & urinæ prouocentur. Et ſimiliter uomitum ex radicibus, ut diximus, tertio in menſe prouocando per decem dies interuallent. Et pro doloribus mitigandis, cataplaſmatibus, & embrocis, hoc eſt, infuſionibus, uel unguentis & emplaſtris, ac diuerſa potione utendum. Conuenit ergo purgari uentrem ſecundo in anno. Temperantia corporis fiat, ut non exacerbetur paſſio podagræ. Et adiutoria ad hibenda, ſicut docuimus, ut contraria contrarijs adhibeantur. Quammaxime ſenioribus utendum eſt calidis adiutorijs: quoniam corpora eorum calida non ſunt. Vbi plenitudo eſt, ibi euacuatione opus. Omnis nempe ſalus humani generis regitur ſecundum genera cauſſarum, ſigna impetus doloris, & circa regionis competentiam. Podagra, pedum dolor nominatur, ſicut chiragra a manuum dolore: quando uero ſimul genua, & cubiti, & articuli omnium membrorum condoleſcunt, Artriticus uocatur. Tunc B

Podagra.
Chiragia.
Artritica.

C ſæuiſſima ac moleſta eſt illius paſſio, & tarda receſſio. Si fuerit poda=
gra calida, cum tumore et feruore, quæ fit ex ſanguine & choleribus ru=
beis: frigidis adiutorijs curentur. Fouenda loca ex puſca frigida, & ſpon=
gijs teneris, aut uino aut oleo roſeo: & cataplaſmandi ex herbis, aut ſtri=
gno, aut coliandro, aut arnogloſſa, aut polygano, aut apio, aut petroſeli=
no, aut aizon, hoc eſt, ſemperuiua, aut turionibus uitis, aut papaueris fo=
liorũ man. I. aut intybo cum panis polline, infuſa ęſtate in aqua, hyeme in
uino, adiũcto oleo roſeo, aut lentiſcino, aut melino: et cataplaſmabis. Q.
ſi feruor grãdis fuerit cũ tumore: lenticulę puluere coctę in mulſa & oleo
roſeo cataplaſmentur, aut apij folijs, coctis in aqua tritis, adiuncto aceti=
mo, uel ouorum aſſorum uitellis duobus, uel tribus: addito roſaceo oleo:
cataplaſmabis loca illa cum adiutorijs frigidis quæ in artriticis ſcripſi=
mus: & poſt dies. xl. utantur cerotario diaquilon cum roſaceo. Quod
ſi frigida podagra fuerit, ſine tumore, & ſine rubore: fit cum uehementi
dolure, & uulnera faciens. Vaporationibus omnibus utantur, et ſaccello
ex ſale toſto: et poſtea cooperiantur loca ex lana intincta in oleo dulci, ue=
tere, & calido. Poſtea foueantur ex calda ubi coxerit malua agreſtis, cum
fœnugræco, & lini ſemine, & diacalamenti. Quod ſi magnus accre=
uerit dolor, poſt ea adhibendæ ſunt purgationes. Secundum tempus &
ætatem flebotomia conuenit: & fomentationes ex aqua marina: & uen=
ter eis cum aqua marina, aut ex aqua uaturali ſalſa calida foueatꝰ, ut com=
moueatur: & ex acopis calidis ungantur, aut ex oleo laurino. Et poſt dies
D xl. ceroto utantur quod eſt diafinicon, et malagmate oſquiron, aut diaop
poponace, aut diaſpermaton. Et in dimiſſione balneis utanꝰ: & ſuper lo=
ca dolentia puluere ex nitro, euforbio, adarce, & pipere aſpergantur, &
baccis lauri. Et poſt lauacra unguento ſimplici uti debent. Itẽ unguen=
tum ad hanc paſſionem. Squilla, ruta, cucumeris agreſtis radices coctę in
oleo uetere partes. ij. aquæ pars I. & tamdiu coquatur donec purum o=
leum remaneat: & herbas proijcies, & addis ibidem cæram modicam, &
ſpargis ſuper puluerẽ de nitro, & euforbio, adarces, pipere, & baccis lau=
ri: hoc acopo in balneis utantur, et purgentur ex iera Archilenis ex ellebo
ro. Quod ſi tumor fuerit cum ſciroſi: panis candidi medulla in uino in=
fuſa, trita, in linteolum inducta ſuperimponatur, et ſæpiſſime renouetur.
Et cataplaſmabis ex fœnugræci polline, & lini ſemine, in mulſa coctis.
Quod ſi uulnera lapidoſa fecerit, emplaſtrum fenicen adhibeas: aut
hanc confectionem mirificam. Ceræ ÷ vi. olei ueteris ÷ xxi. terebintinæ
÷ vi. afronitri ÷ vi. lixiuiæ de ſaponarijs primæ ÷ xxx. Coquis ſimul,
& oleum & lixiuiam & afronitrum, ut ſpiſſum fiat. Deinde mittis ceram
& terebintinam, ut paſtilli genus fiat. Inducis in alutam, & ſuperimpo=
nis. Quod ſi in acopum facere uolueris, plus de oleo uetere addis, et inun
gis. Quod ſi duricia remanſerit: malagma diaquilon durum in calda
molliatur, et in alutam inductum impones ſuper neruorũ contractiones.
Abſtineant ab omnib. maiorib. carnibus, maxime a bubula: et a legu=

Podagra calida.

Podagra frigida.

minibus, uel a salsamentis, & ab acrimonia: adiutoria adhibeant: uel sic se obseruent, sicut in artriticis superius diximus. In omnibus uero supradictis caussis utendum est medico, ad uirtutem eius qui patitur, ut non lædat potius quam iuuet.. Ille est itaque rectus medicus, qui cognouerit quæ fuerint præterita, & quę sunt præsentia, et quæ sunt futura. Hæc igitur ei reddenda sunt magis, quæ humanis corporibus ad operandum sanitatem conducunt.

FINIS.

INDEX uniuersalis omniū Contentorū totius Operis.

INDEX TO

TIVS OPERIS.

FINIS.



